



80

Sylvestri Aldobrandini . in p.m Institutionu Justiniani, libru,

Annotationes.

Laurentij Claricini Gambari præfatio in Institutiones et capita quadã quæ perpendi debent ad eax. declaratione.




SYLVESTRI
ALDOBRANDINI
IVRECONS. FLORENTINI,
VRBINI DVCIS
CONSILIARII,

In primum Institutionum Iustiniani librum,
Annotationes.



M. D. XLVIII.





Nomenclatura autorũ in hoc primo Annotationum libro citatorum, præter legum & canonum interpretes.

Aelianus.
Alciatus.
Alexander ab Alexādro.
D. Ambrosius.
Ammianus Marcellinus.
Andreas Tiraquellus.
Angelus Politianus.
Antonius Augustinus.
Appianus Alexandrinus.
Apuleius.
Aristoteles.
Asconius Pædianus.
A. Gellius.
D. Augustinus.
Ausonius.
Blondus.
Boethius.
Budæus.
Cælius Rhodiginus.
Callimachus.
Cassiodorus.
Catullus.
Claudius Cantiuncula.
Constantinus Harmenopolus.
Cornelius Tacitus.
Demosthenes.
Diodorus Siculus.
Diogenes Laertius.
Dion.
Dionysius Alicarnasseus.
Doletus.
Egesippus.
Erasmus.
Eustathius.
Eutropius.
Fenestella.
Festus Pompeius.
Florus Septimius.
Florus.
Franciscus floridus.
Genesis liber.
Haloander.
Herodianus.
Herodotus.
Hesiodus.
Hieronymus Cagnolus.
Homerus.
Horatius.
Io. Ferrarius.
Io. Grammaticus.
Io. Oldendorpius.
Io. Pyrrhus.
Io. Riuius.
Iornandus.
Iosephus.
Isidorus.
Isocrates.
Iulius Pollux.
Iuuenalis.
Lactantius Firmianus.
Liuius.
L. Florus.
Macrobius.
M. Antonius Sabellicus.
Marius Salomonius.
Martialis.
M. Tullius Cicero.
M. Varro.
Nonius Marcellus.
Numerorum liber.
Octauius Pantagathus.
Origenes.
Orosius.
Ouidius.
D. Paulus apostolus.
Paulus Diaconus.
Pausanias.
Persius.
Petrus Crinitus.
Philippus Melancthon.
Plato.
Plautus.
Plinius.
Plutarchus.
Pomponius Lætus.
Procopius.
P. Nigidius.
Quintilianus.
Q. Curtius.
Riuallius.
Rodolphus Agricola.
Rutilius.
Seneca.
Seruius.
Sipontinus.
Spartianus.
Spieglius.
Statius.
Strabo.
Suetonius Tranquillus.
Suidas.
Tertullianus.
Theophilus.
D. Thomas Aquinas.
Thucidides.
Valerius Maximus.
Valla.
Virgilius.
Xenophon.
Zasius.

ANNOTATIONVM SYLVESTRI ALDOBRANDINI IVRECONSVLTI FLORENTINI, VRBINI DVCIS CONSILIARII,

In primum Institutionum Iustiniani librum,

AD AMPLISS. CARDINALEM RAVENNÆ BENEDICTVM ACCOLTVM,

PROOEMIVM.



IDI ego q̃plurimos ACCOLTE clarissime magnopere mirari solitos, quanã ratione fieri possit, vt cùm legum scientia, tam nobilis ac clara sit, tam vtilis ac salutaris, cumq; iureconsultis summa quotidie atq; amplissima pręmia proponantur, eorumq; consilio ac sapientia ciuitates ipsę, plerunq; regna atq; imperia regantur ac gubernentur, pauci tñ sint, qui in ipsa excellant, atq; inter innumerabiles iuris ciuilis peritos, singulis ætatibus vix vnus aut alter extiterit, cuius in hac scientia perfecta laus, nomenq; illustre fuerit, pauci mediocritatẽ ingenij ac doctrinæ prætergressi sint. Etenim cùm oĩbus ante oculos quotidie obuersentur legum ipsarũ dignitas, maxima honorum insignia, præclara laudum monumenta, quæ iurisciuilis pfessores consequũt, summusq; ille splendor, quo labor hic decoratur, quis non iure miret, vnde fiat, vt his oĩbus animi hominum tanq̃ facibus quibusdam admotis, ad huiusmodi studia non incendant atq; inflãmentur? Ac fuère quidem nõnulli, qui huiusce rei causam atq; originem inquirentes, existimauerunt ingentia interpretationum & librorũ volumina, quæ ætate hac nostra omnẽ modum supergressa sunt, impedimento esse, quominus multi ad huius scientiæ fastigium peruenirent: eorum enim magnitudo & numerus multis partibus maior est, q̃

vt vix euolui, nedũ legi intelligiq́ꝫ possint. Quidam autẽ in ea sentẽtia fuerunt, vt putarent varietate opinionum, quibus pleruncꝫ doctores huius scientię inter se longissime discrepant (vnde etiã & varium ius sæpenumero oriri solet) fieri, vt tanta excellẽtium viroꝝ in hac legum doctrina penuria laboremus. Videmus.n. ita raro contingere, vt constans inter eos sit aliqua de re firma aut certa sentẽtia, vt si qñ eueniat, idipsum præter eorum naturam atqꝫ ingenium quasi portentum esse videat̃. Si.n. paulo diligentius consyderes, atqꝫ attentius introspicias, neminem ex eoꝝ numero reperies, qui diu in eadẽ perstet permaneatq́ꝫ opinione: dum pleriqꝫ oẽs ea, quę cõiuncta sunt, diuidunt, secantq́ꝫ in partes, vt speciei propositæ magis, q̃ꝫ veritati inseruiãt. Crediderunt alij perfectum iureconsultum esse minime posse, nisi ad syncerum quoddam subtile ac intelligens iudicium ipsius summa quædã facultas, custosq́ꝫ illa ceteraꝝ ingenij partium memoria quoqꝫ accederet: minus aũt sæpe accidere solet, vt motus animi et ingenij nostri & ad excogitandũ acuti sint, & ad ea, quę excogitata sunt, memoria cõseruanda firmi atqꝫ diuturni. Neqꝫ desunt, qui totum hoc ꝑpterea fieri existiment, ꝙ pleriqꝫ nõ studio disciplinę adducti, necꝫ scientiæ desyderio impulsi, lucri tm̃ ac compẽdij spe illecti, in hãc sacrosanctam legum scientiã incumbunt, tantisperq́ꝫ in ea curam atqꝫ operã, industriamq́ꝫ ponunt, dum vel iudicandi, vel defendẽdi, profitendiue munere priuatis eorum cõmodis satisfaciant. Ego vero, postq̃ꝫ huiusce rei mecum causam sæpe diuq́ꝫ cogitassem, postremo in eandem sniam deueni, in qua fuit olim eloquentissimus sapientissimusq́ꝫ vir. M. Cicero, qui hoc ipsum totum ignorationi docẽtium tribuendum esse existimauit. Habet.n. iccirco hęc ars boni atqꝫ æqui multos discendi labores & difficultates, ꝙ nõ ordine docendi, non scribendi via quadã atqꝫ methodo instituta est, qua quidẽ primo ea tradãtur, quæ ad vniuersalium cõmuniumq́ꝫ rerum & generum capita ꝑtinent, deinde vero singularia rerum ꝑcepta doceantur, ipsęq́ꝫ res aut definitione explicent̃ quid sint, aut aliqua alia rõne obscura confusaq́ꝫ

fusaq; earum cognitio patefiat, atq; illustret, ne aut vagari doctrina, aut errare possit oratio eorum, qui docent, aut qui de ea re disserunt, dum non esse idem illud, de quo agit, minimè intelligunt. Iam verò partiri genera vniuersa, eaq; in species certas diuidere, vt nulla earum neq; prætermittatur, neq; redundet, quotusquisq; est qui sciat, aut eas postea suo ordine doceat? Hinc Cicero, Iurisconsulti (inquit) ignoratione docēdi (nam hoc nō solùm scire aliquid artis est, sed quædā etiam ars docendi) quod positū est in vna cognitione, id in infinita dispartiunt. Sola.n.hæc siue ars, siue scientia omni exuta doctrinæ methodo: antea docet, quanā lege species quædā accipienda sit, quàm scias quibus ea tractatio & materia, in qua species illa versatur, regulis ac rōnibus constet: & quāuis legatorum & fideicōmissorum materiā quinq; etiam libris cōplexi fuerint Pandectarum nostrarum conditores, prius tñ q̄ scias, quid legatum sit, quot eius sint genera, quibus potissimū rationibus nitantur legata, quibus verbis conficiant, quis legare possit, testamento'ne solùm, an codicillis legari possit, quidnam fideicōmissum sit, qualis olim esset differentia legatorum & fideicommissorum, docemur per oīa exæquata esse legata fideicōmissis, deinde quòd hæc verba
» testatoris (Quisquis mihi ex suprascriptis hæres erit, aut si
» hæres erit Seius, vel si hæreditatē adierit) subiectum legatum vel fideicōmissum non faciunt cōditionale. Eiusmodi sunt aliæ tractationes: sed hanc legatorum & fideicōmissorum exēpli tantùm causa libuit referre. Ita fit, vt verā perfectamq; iuris ciuilis cognitionē, quæ quidē ipsa per se ardua est ac perdifficilis, dum tractationes ipsas tam præpostere cognoscimus, difficilius etiā & maiore cum labore assequamur. Itaq; ex hoc quidem nr̄o studio et industria nihil aliud præterea, quàm legum ipsarum popularem quandā intelligētiam nanciscimur, qua quidē possimus, specie quadam ad iudicādum vel defendendum nobis proposita, perquisitis vndiq; librorum indicibus, quid in ea re maiores nr̄i senserint, diligenter inuestigare: & qui in hac ipsa legum scientia paulò maiores progressus fecerunt, hoc seorsum ab alijs plerūq; facere

possunt, vt ea quæ non certa lege sancita sunt, similium ca- suum rõne cognita, queadmodum æquum est, accipiant. Auget aũt illius non mediocriter difficultatẽ, q̃ hæc iurisci- uilis cognitio maiori ex parte à duobus scribẽdi generibus petenda est, interpretationibus scilicet, ac respõsis, vt nunc præteream Pandectarum cõstitutionumq́ue aliarum libros, quos cùm pauci sint qui perlegant, pauciores etiã sunt, qui eorum sententiam feliciter assequant. Ex ipsis aũt interpreta tionibus, si antiquorum sint, raro aliud quicq̃ maius ad doctri nam pficitur, q̃ q̃ sm eas facilius possumus ea, quæ obscu- ra sunt in verbis, rectè percipere: aut ex contrarijs legibus quæstionẽ aliquam, siqua oritur, conciliare; vel quod argu- mentum caput illud legis præstet, quanã ratione id, quod in q̃stione versari posset, accipiendum sit. Id aũt omne creden dum est iccirco priscis illis doctissimis viris contigisse, q̃ cũ singulis annis certa ab eis pars legum tyronibus esset expli canda, diligẽter in rebus qbusq́ue docendis & tractandis cõ sistere non dabat, ideoq́ue breuiter strictimq́ue singula legum capita percurrere, & quasi pperantes penè præterire coge- bant: quod ex scriptis Raynerij Foroliuiensis, Iacobi Are- nensis, Ioannis Fabri, Odofrediq́ue facillimè quis põt intelli gere. At si interpretationes sint recentiorum iurisconsultorum, iam illorum hoc præcipuum est vitium, q̃ tractationes illas annuas (quas ordinarias vocant) exposuerunt ferè oẽs, qui in hac ipsa legum sciẽtia aliquid scripsere (singularum enim non pauciores sunt, q̃ viginti interpretes) quos quidẽ, supe rioresq́ue oẽs scriptores perlegere cùm necessariũ sit ijs, qui locos illos explicant, vix fieri põt, vt aliquod tempus inue- stigationi veritatis reliquũ esse possit. Quo sępenumero fie ri videmus, vt pleriq́ue sententiam aliorum sequant, & iam peruulgata Philippi Decij vox ferè puerbij locũ obtineat: Iurisconsultos quasi aues eò volare oẽs, quò vnus volaue- rit. Atq́ue ad has tot tantasq́ue difficultates, nõ mediocris ille quidẽ cumulus ẽt accedit, doctorum praua quędã ambitio, honorisq́ue & gloriæ spẽs quædam falsa & inanis. Id.n. ple- risq́ue ppositum est, vt sententias impugnent recentioris ali-

cuius, et à rõnibus illius, qui nouissimè scripserit, longissimè discedant: quippe est iam hoc in more positũ, vt semper nobis aliquẽ, si non imitandum, at certè oppugnãdum proponamus. Hinc illæ infinitæ quæstiones, quibus certandi studio cõparatis, plerũq; veritas ipsa amittiť, quarum amore, quasi quibusdã venenis iudicum animi affecti impediunť, quominus neq; verũ perspicere, neq; lucẽ intueri vnq; possint. Supersunt aũt medij inter istos quidã interpretes: quo in numero Bartholus, & Paulus Castrensis, eiusq; generis alij perpauci mihi esse videnť, simplices atq; aperti veritatis cultores, omnium cõtentionum inimici, & qui rationes oẽs ab inani tractatione rerum leuissimaꝵ ad veritatis inuestigationẽ reuocare solent, quorum oĩs cogitatio in æquitate indagãda maximè versatur: sed de eoꝵ sententijs, vt tẽporibus causisq; inseruirẽt, posteriores interpretes ita multum limitarunt, eàsq; ita arctis angustisq; finibus, quasi cancellis quibusdam circũscripserunt, vt in ipsis prudens illud syncerumq; veritatis iudicium, in cuius assertione sapiẽtissimi integerrimiq; viri præcipuè versati sunt, vix agnoscere valeas. Baldi quidẽ ingenium laudari meritò potest, qui ꝑ acumen occultissima quæq; perspexit: sed adeò plerũq; mobilis, adeò incõnstans fuit, vt à seipso descíscat q̃ sæpissimè, atq; aliud stans, aliud sedens de iureciuili sentiat: rarò enim euenit, vt in eadẽ quæstione Baldus diuersa sibiq; inuicem discrepantia non sentiat. Ab his igiť interpretibus iusciuile perdiscẽdum est? ab his scientia boni & æqui? Restat vena lis illa pars respõsorum, quorũ sylua vsq; eò multitudine iã excreuit, vt iam prorsus diffidamus, desperemusq; fieri posse, vt illoꝵ indices, nedum ipsa responsoꝵ volumina legamus. Qua quidẽ in re illud summopere ridẽdum est, quod multis accidisse cõperi, & mihi ẽt memini pluries euenisse. Cùm enim adhuc adolescens Iustitię sacris initiatus, vndiq; Florentiæ conquisissem peritissimoꝵ hominum responsa, quæ memoria digna mihi, tum respondentium autoritate, tum rationũ subtilitate atq; elegantia videbanť, eaq; diligẽtissima conquisitione delectu quodã habito eoꝵ duodeui-

ginti tunc volumina collegissem, accidit aliqñ, vt orta quęstione aliqua, controuersiaq; eadẽ, in qua responsum olim fuerat, iudicum oculis eorũ aliquod obtulerim, vt pspectis diligenter rõnibus argumentisq; eoɤ, autoritati tantorum viroɤ, si non acquiescerent oĩo, at certè innitereñt, nonnulli eoɤ despexerint oĩa, q essent manu scripta, necdum in vulgus edita, quasi non iurisconsultoɤ doctrina ac sapiẽtia, sed typographi manus scriptis nostris autoritatẽ tribuat atq; addat. Altera est incredibilis difficultas, & supiore hac, quam modò explicauimus, longè maior, quæ à docentium ignoratione pficiscitur: quanq;.n. plurimi sint iurisciuilis libri, hi tñ (vt Cicero inquit) doctorem lumenq; desyderãt. Cùm.n. (vt proximè dicebam) solũ ipsum, fundamẽtumq; scientiæ huius cõfusum sit atq; inordinatum, cùm nondum fuerit certa iurisciuilis methodus, sed diu totũ diffusum, dissipatumq; summa in obscuritate reɤ verborumq; latuerit, neq; in certa genera coactum, & ad artẽ redactum, expendendę essent prudentiũ doctorum iudicio audientium personæ, & tractationes, quas ipsi explicandas suscipiunt, ante oĩa suo ordine tradendę, mox illaɤ capita (vt assolet) interpretanda. Vertunt tñ omnes, mutantq; in peiorem partem oĩa: initio quidẽ rudis adhuc atq; integer adolescens nobilissimum aliqđ gymnasium petit, plerũq; etiam Latinæ linguæ imperitus, parẽtum culpa, qui vana quadã ambitione, ac nimio amore obcæcati, nimiùm festinare consueuerunt, dum filiorum iocunditate decepti doctòres eos vocari malunt, q̃ doctos esse. Age verò referamus nunc animum ad eoɤ studia, atq; acie mentis contemplemur, cuinam adolescens hic noster tradaĩ instituendus, doctori'ne fortasse erudito, quiq; officiosè atq; amanter, summaq; cum diligentia docendi munere atq; officio fungatur, qui in informandis eiusmodi ætatibus exercitatus principia totius huius scientiæ, tractationumq; ipsaɤ fundamẽta penitus pernoscat & calleat? Minimè omnium: tradiĩ potius instituẽdus iuueni ac penè adolescenti, qui paulò ante in doctoɤ ordinem relatus est, cui concessum est docere, vt discat. Videtur enim

gymnasiorũ præfectis Institutionũ libros versari in perfacili cognitione, atq; eiusmodi eẽ, vt nullo negocio quiuis illos explicare possit: iuuenes aũt in professorũ collegiũ cooptati, vt doctiores videantur, difficiliorum semper tractatuum interpretationẽ suscipiunt, singulas quæstiones psequunt̃, de ijs in contrarias partes disputant, cõquisitisq; vndiq; rationibus & legibus argumentantur & digladiantur, cumq; moribus receptum sit eas iurisciuilis partes discipulis interpretari, quarũ cum ordinarijs (quas vocant) sequentis anni lectionibus cõiunctio aliqua est conuenientia'ue, vt adolescentium animi atq; aures ad difficiliora mox minori negocio pcipienda præparẽtur, mutuantur ex locis illis spinosissimas quasq; quęstiones, easq; ꝑprijs ex locis in libros Institutionum trãsferunt. Rideres aliqñ imberbem adhuc iuuenẽ maiorũ doctissimorumq; virorum inuenta & rõnes increpantem ac redarguentẽ, atq; illud summa sæpius vituperatione reprehendentem, ꝙ caput aliquod legum non intellexerint, & acutis exclamationibus admirantẽ omnium inscitiam, sua inuenta ad cœlũ laudibus extollentẽ, quæ si penitus introspicias, contemnes, ac pro nihilo putabis & duces. At verò dum hæc oĩa inconsyderatus hic doctor recensebit, adolescens ille rudis atq; imperitus, qui vix Pandectarũ libros inspexit, tacet, admiraturq;, nihil tñ percipit eorum, quæ dicũtur, stupet, ac scientiæ difficultatem perhorrescit, suoq; ingenio diffisus, & rei difficultate perterritus iurisciuilis scientiã odisse incipit: dum verò sequenti anno præceptorem audit Pandectarũ cõstitutionumq; libros interpretantem, frequentissimeq; auribus accipit eundẽ de Prætorum aut Aedilium edictis, de interdictis, contractibus, iudicijs verba facientẽ, eorumq; definitiones minimè explicantem, ꝙ existimet iam hæc oĩa eos (vt oportuerat) ab Institutionum interpretibus didicisse, non percipit ẽt vim eorum, quæ docent̃. Peccant aũt & hi grauiter, dum capite aliquo legũ ad exponendũ suscepto, anno uertente vix absoluunt. Nam etsi (qđ obijcere nonnulli cõsueuerunt) incidunt sępe in docẽdo variæ leges, quas & discipulis legere ac perscru-

tari, & præceptoribus exponere, ac interpretari necessariũ esse videatur, nõ negabunt tñ hi, quin oẽs illæ ipsæ ad eius tm̃ capitis materiam plerũq; pertineant. Sed eorum adhuc perniciosior est error, qui dum splendore falsi honoris obiecto, acuere iuuenũ ingenia tentant, ac quotidie minutis quibusdã subtilitatibus veritatis vim peruertere conant̃, ipsorum adolescentium ingenia perstringunt, eosq; q̃ longissimè à veritate & iustitia discedere docent, inusitatasq; vias indagare, tritas relinquere. Hac inani puerilíq; doctrina instituti, his artibus imbuti discipuli, quanam rõne iuris ciuilis scientia ad summã iniuriam abutant̃, tribunalia maximo iã omnium populorũ incõmodo ac detrimento sentiunt & dolent. Sunt.n.hodie iudicia vsq; adeò cauillationibus exposita aduocatorũ, vt patronus is maiore habeat̃ in pretio, qui minori negocio aduersarium fallere aut circũuenire possit, in fraudẽq; deducere atq; eludere. O' nos miseros atq; infelices, qui acutissimè verũ indagare, atq; ex tenebris eruere ꝓfitemur, & contrà excellere eos maximè existimamus, qui rebus clarissimis tenebras obducere, qui innocẽtes iniquo iudicio opprimere, qui nocẽtes & improbos naturâ viros tueri ac tegere didicerunt, & vsq; eò iustitiæ, iuris dicẽdiq; ordo perturbatus est, & in iudicijs pręposterè oĩa aguntur, vt apud eos hoĩes, quibus curæ est Dei optimi maximi cultus, populorũ tranquillitas, ęqui & boni scientia, patroni causarũ parum abest, quin oĩ dedecore infames habeãtur. Qua de re factũ arbitror, vt sæpius audiuerim bonos & graues viros, iuris iustitiæq; studiosos differere, quieti'ne hominum & saluti maiorẽ vtilitatem afferret, si iurisconsultis oĩbus à tribunalibus amãdatis atq; expulsis, iudicarentur oĩa ex æquo & bono iudicantium nutu & arbitrio: quo nihil in humanis rebus neq; perniciosius excogitari, neq; calamitosius inueniri posset. Qui.n. (Aristotele autore) leges præficit hoĩbus, Deum ipsum præesse vult: at qui hominẽ, non nisi belluam se populis præfecisse facilè intelliget. Cùm igit̃ cognoscerem ignorationem docendi plerosq; discipulos in maximos errores rapere, in eisq; falsas opiniones gignere,

mecumq́ ipse quærerem, quanã ratione tot tantisq́ tene-bris inscitiæ clarissimũ lumen præferri posset, & via aliqua inueniri, quę proxima & quasi cõpendiaria esset, qua & ij, qui ad hoc studiũ ingrediuntur, & qui iam sunt in cursu, facilè vsq́ ad summum verticẽ huius scientiæ, pgrederentur, atq́ hanc densam & asperam legũ syluam superarent, nihil vnq́ salubrius cogitãdo inuenire potui, q̃ vt discipulus ille Iustitiæ sacris initiandus, Latinis literis, & (si fieri poterit) Græcis optimè eruditus, cõparet sibi in primis preceptorẽ virum grauẽ, & in docendo exercitatum, studiosum, amantemq́ discipulorũ, & quem in erudiendo oblectari videas, de quo cõstans sit hominũ opinio, doctum esse, atq́ ab adolescentia iuriciuili, optimis præterea disciplinis atq́ artibus nõ pręposterè studuisse. Quo cõparato, curet in primis sibi ab eo ita quatuor hosce Institutionũ vniuersos libros explicari, vt verba ipsa tm̃, & quę ad verborũ intelligentiam pertinent, declarent̃, singulis diebus singulos tractatus audiat, & intelligat (pauci.n.longiores sunt, q̃ vt vnius diei studio contenti non sint) domũ reuersus verborũ epitomen quasi conficiat, Latinè tñ ac purè: si.n. quæ plerunq́ barbarè pluribus verbis scripta sunt à Triboniano, planè, dilucidè, atq́ ornatè paucis explicare voluerit, necessariò oportebit eum in primis verbis sentẽtiam colligentem, ita præceptori suo planũ facere, an quæ ab eo sibi explicata sunt, rectè perceperit. Fiet pręterea, vt discat purè & emendatè loqui de ijs, quæ ad iurisciuilis scientiã pertinent, qđ in maxima laude semper põnẽdum esse existimaui, & humanioribus his studijs minimè posthabitis, iurisciuilis sapiẽtiam verborũ sententiarumq́ elegãtia, & grauitate admiscebit. Diliget insuper scripta illa sua tanq́ primum quendã ingenij sui partũ, relegetq́ sępius, eorumq́ frequentissima lectione delectatus efficiet, vt rerum perceptarum memoria ipsius aĩo, fidelius q́ hæreat, diutiusq́ & perseuerantius permaneat. Illud præterea præceptoribus huius scientię nõ mediocriter curandum est, vt in explicandis Institutionum libris, tractationum, quas declarãdas suscipiunt, explicationẽ vnà cum ti-

tulorum omnium, qui in libris Digestorũ aut Codicis reperiuntur, ad tituli illius, qui explanãdus est, materiã pertinentium declaratione cõiungant & copulent, ne dũ occurrent quotidie capita legum sub ipsis posita, ꝓtinus adolescentes non intelligant ad cuiusnam rei argumentum eà dirigenda sint. Q; si fortasse onus hoc sustinere non valeret, poterit adolescens, nullo ẽt adiuuante, ꝑ se declarationes eorundẽ titulorũ legendo percipere: fuerunt.n. à pluribus breuiter, aptè, & dilucidè cõpositæ. Absolutis hisce quatuor Institutionum libris, atq; ita iactis quasi fundamentis totius huius sciẽtiæ, audiat præceptorẽ eosdem libros, & ea, quæ Accursius ad declarationem locorum eorũdem necessaria fuisse existimauit, explicantẽ, reiectis in aliud tẽpus disputationibus & quęstionibus, sitq; contentus hoc tp̃e scire quidnam veꝝ esse existimauerint ij, à quibus ea res oĩs tractata est, donec istis initijs doctrinę primũ, quasi lacte quodam imbutus, ad ea sensim cogitatione atq; aĩo cõprehendenda peruenire possit, quæ maiorẽ curam, maiorem diligentiã, doctrinamq; desyderant. Cùm autẽ ipse iam annis. xvij. è patriæ gremio ereptus, non aliam ob causam, q̃ q; in propugnatione illa Florentina Clementis. vij. hostis declaratus fuerim, atq; in tanta rerum egestate septẽ præterea filijs maribus ornatus, atq; oneratus, cuperẽ bona ea, quę ego mea industria q̃siuissem cum aliquibus eorum cõicare, posteaq; fortuna me ijs omnibus muneribus expoliauerat, quibus maiores mei ꝓpria virtute partis sese posterosq; suos ornauerant atq; honostauerant, curaui de tuo ẽt consilio Pręsul amplissime, vt Petrus & Ioannes filij maiores natu ad iuris ciuilis studia sese conferrent, paucisq; iam annis elapsis, dũ tecum Ferrariæ essem, cœpi tunc, vt à me principia hęc & quasi fundamenta huius scientiæ perciperent, eos eodẽ ordine, qui à me explicatus est, docere: quod ego dum agerẽ, obseruaui atq; animaduerti locos cõplures à nostris, pręsertim ab Accursio, neglĩgẽter tractatos & explicatos fuisse, aliquos verò ne omnino quidẽ satis intellectos, eosq; oẽs tunc paucis verbis, hoc est, reꝝ capita notauerã, vt eorum

duntaxat

duntaxat vsq; eò memoriam conseruarem, dum filijs meis enodarem atq; exponerẽ, quemadmodum ẽt in cõmentarium mea manu raptim inordinateq; postea ea retuli, quæ Accursii quoq; interpretationes declarãdo persecutus fuerã. Cumq; planè cognouerim q̃ læros atq; vberes fructus ex hac ipsa disciplina discẽdiq; methodo tulerint Petrus & Ioannes filij, qui ad eum doctrinæ & eruditionis gradũ breui peruenerunt, vt iam nõ debeant cuiusq; eiusdem ætatis laudi aut gloriæ inuidere, existimaui dignum ingenio moribusq; meis, qui semper oẽs eos, quos potui, beneficijs sum cõplexus, si tempus omne, quod mihi ab his molestiis atq; operosis negocijs vacuum cõcessum est, in his locis explicandis consumerem, vt adolescentes huius scientiæ cupidi haberent, vnde facilius, ac nullo propè negocio quatuor hos Institutionum libros intelligere possent. Cùm verò primum hunc librum dare in vulgus atq; edere constituerim, (nõdum.n.per ocium licuit reliquos, qui propediem emittentur, emendare) hunc officij gradum erga te seruandum esse arbitratus sum, vt eos amplissimo nomini tuo dicarẽ. Tuo.n.in primis beneficio, tuaq; liberalitate factum est, vt dum libros hos filijs meis interpretarer, cœperim hæc, quæ nunc eduntur à me, cõponere, vt ea quasi tuo iure vendicare meritò posses. Visum est præterea mihi præclarum aliqd amoris in me tui testimoniũ posteris relinquere, qui ineunte ambo℞ adolescentia adeò charus tibi fuerim, vt à latere tuo discedere diutius me pati non consueuisses, eaq; inter nos cum beneuolentia & charitate esset cõiunctio, vt pleriq; oẽs existimarent nos non amore solũ, sed natura quoq; germanos esse. Quãquam verò Petrus Accoltus patruus tuus ob singularem vtriusq; iuris sciẽtiam in amplissimum Cardinalium Senatum cooptatus, Romam te olim proficisci iussisset, in tanta tñ locorum, tempor̃u, studiorum, ac fortunæ disiunctione nunq; factum est, vt vis illa amicitiæ nostræ refrigesceret. Iam verò liberata obsidione Florentia, cùm ego quoq;(vt antea dicebã)in acerbissimum illud exilium proiectus essem, vt mihi ẽt locus habitandi circũscri-

ptus esset, tu Bononia Anconā reuertens, dum per Aemiliam iter faceres in tanta honorꝝ fortunarumq́ꝫ magnitudine, in qua summa cum laude dignitateq́ꝫ versabâre, Cardinalis, Piceni atqꝫ Anconæ Legatus, Clementi. vij. ac Cæsari in primis charissimus, in ipso tandē conspectu & congressu nostro me amplexus atqꝫ osculans, afflictum ac iacētem maxima eloquentia consolatus es, & grauissimis atqꝫ ornatissimis verbis dolorē omnem, quo iustis tunc de causis sæpenumero opprimebar, non leuasti ac minuisti solùm, sed vniuersum propè exhausisti, multisq́ꝫ verbis Foroliuij in summa ciuium frequētia testatus es, cum nullo vnq́ꝫ maioribus iustioribusq́ꝫ de causis tibi tantā fuisse familiaritatem ac cōsuetudinem, & in me vnum bonorꝝ omnium propemodùm laudes cōgessisti: adeò vim illam pristinā amicitiæ nostræ maximam apud te esse semper voluisti: cumq́ꝫ tua summa gratia potentiaq́ꝫ à Clemente. vij. impetrasses, vt tecum esse Anconę possem, fregerunt cōe hoc vtriusq́ꝫ nostrûm desyderiū ciues aliquot Florentini tunc in ea ciuitate principes, qui mihi etiam oībus opibus, ciuiliq́ꝫ potentia spoliato inuiderunt, ac per eos, per eos (inquam) Præsul amplissime factum est, vt in nostra calamitate sæpenumerò & Clemens. vij. & Alexāder Medices paulò asperiores & duriores visi fuerint. At verò, cùm paulò anteaq́ꝫ moreretᷓ Clemens, Legationem illam tua tibi virtute beneficētiaq́ꝫ partā adimere voluisset, vt Hippolyti Cardinalis, & Alexādri Ducis rebus pariter consuleret, nefariumq́ꝫ illud scelus corruptis contaminatisq́ꝫ per potentiam et largitionē familiaribus tuis ministri eius & satellites orsi essent, me tandiu desyderatum Anconā accersisti: quò ego statim ad te aduolaui, vbi impetum illum oēm Pontificię potestatis, atqꝫ etiā armorꝝ incursionem fregimus, compressimus, ac propè restinximus. Quo tandē vita perfuncto, periculorꝝ omnium & insidiarum, quæ tibi intendebantur, socium ac comitem me esse voluisti. Venimus tandē Romam: quo in loco me quasi internuncio officia amicissimi viri ac fermè filij erga Paulum. iij. pręstitisti, qui meum ēt illud munus esse decre-

uisti tuendæ tibi ac defendendę apud eundẽ Paulum Legationis illius: quo ego officio adeò diligenter atq; amanter perfunctus sum, vt causam ipsam & litem facilè, tuoq; iure obtinueris. Et ne magis vulnera illa tua refricare, quã amorem in te meum cõmemorare videar, mitto quid à me tristissimis illis ac difficillimis tuis tẽporibus factum sit, quum solus propemodùm è tot proximis & familiaribus tuis vitã, dignitatẽ, ac fortunas tuas tutatus sum. Ea enim res oĩs notior est, et apud omnium aures peruulgatior, q̃ vt hoc loco referenda esse videat. Quo tẽpore cùm fortunis oĩbus priuatus mihi tot tantisq; incõmodis propter exilium laboranti succurrere non valeres, suasu eiusdem Pauli.iij. amplissimos ab eo summosq; magistratus & potestates accepi & obiui: tandem aliq̃n vt primùm te respirare, & aduersis è fortunæ fluctibus emergere intellexi, nihil mihi antiquius esse duxi, q̃ vt spe tantùm pristinę dignitatis atq; amplitudinis recuperandæ accersitus abs te, ad tuum iocundissimum gremium tanq; ad optatissimum nidum aduolarẽ, vt iocundissima illa tua consuetudine ac familiaritate perpetuò potirer: qua quidẽ adhuc fruerer, nisi Romam aduocatus, demùm Florentiam te recipere coactus fuisses, quò mihi venire non licebat, Ferrariæ autẽ diutius permanere aeris intemperies prohibebat: eius enim cœli aspiratio mihi quidẽ grauis ac pestilens semper fuit. Cùm itaq; constituissem illustriss. ac excellentiss. Vrbini Duci operam nauare, eò etiã libentius idipsum mihi faciẽdum esse putaui, q intelligebã me neq; tui amantiori cuiquã seruire, nec amiciori operam dare potuisse: etsi illud quoq; me impulit, vt ad hanc conditionem accederem, q ea est GVIDVBALDI sapientia, virtus, et bonitas, vt mihi liberum semper futurum pollicerer, summa fide atq; æquabilitate leges & iudicia administrare. Quo enim in loco ius ipsum liberius dicerem, q̃ apud eum principẽ, qui non solùm à sapientissimis maioribus suis traditam, sed summo ac perpetuo studio acquisitam, nõ domi tantùm educatã, sed singulari cura atq; industria excultam haberet ęquitatis disciplinã? cuius iustitia in populis admi-

nistrandis non tantũ præceptis, sed operatione, non studio, sed exercitatione ab ineunte ferè ætate contineretur: nam cæteræ ipsius virtutes eæ quidem nõ sunt, quæ aut mente, aut cogitatione cõprehendi, aut oratione ac voce facilè explicari possint. Libenter igitur, lætoq; animo librum hunc suscipe, amoris in te mei perpetuum pignus ac testimoniũ: quod quidem munus eò magis tibi debetur, q; et ipse hanc iuriscivilis doctrinã admirari soles, & videtur hoc propriũ nominis familiæq; tuæ, ex qua tanquam ex equo Troiano permulti clarissimi iurisconsulti extitere. Quod siquando etiam vacuum tempus nactus eris, cõmonefacias rogo Pisani gymnasii præfectos, illosq; hortare, vt hac via, hac ratione iubeant docere iurisconsultos, quibus adolescentes traduntur instituendi. Spero enim breui futurũ esse, vt huius methodi quotidie vberiores et pleniores fructus doctrinæ sentiant. Illud præterea testari te velim, quando florentissimæ illius academiæ studijs nulla alia ratione prodesse possum, in qua ego quid olim profecerim ipse vides, ne ingrati animi crimen subeam, videarq; immemor collati semel in me beneficij, quòd hoc ipso primo Annotationum libro fidelis animi memoriam consecrãdam esse duxi. Et si illum abs te probari sensero, Leliumq; Taurellum lectissimum & ornatissimũ virum hæc nostra (cuiusmodi illa sũt) non improbare ex te audiero, non tantùm maturè reliquas in quatuor Institutionum, sed breuiores etiam in Digestorum libros annotationes, quæ iãdiu in manibus sunt, in lucem emittendas curabo. Vale. VIII. Cal. Decembris M. D. XLVII. Pisauri.

INDEX OMNIVM QVAE HOC PRIMO ANNOTATIONVM LIBRO CONTINENTVR.

B

D

Debitor

G

L

Legum

Magister

M

N

Natura,

S

FINIS.



SYLVESTRI ALDO-
BRANDINI IVRECONSVL. FLORENTINI.



IN PRIMVM INSTITVTIONVM LIBRVM ANNOTATIONES.

Procemium.

„ IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESV
„ CHRISTI, Imperator Cæsar Flauius Iustinia-
„ nus, Alemanicus, Gotthicus, Francus, Germani-
„ cus, Anticus, Alanicus, Slauicus, Vuandalicus, Afri
„ canus, Pius, Felix, Inclytus, victor ac triumphator
„ semper Augustus, cupidæ legum iuuentuti. S.

Cæsar.



C IQVIS maximam orbitatem seculi illius eruditorum hominũ consyderabit, non mirabitur Accursium in minimis aliquando rebus ac tenuissimis tam turpiter labi; non enim vituperari debet, aut socordia, aut incuria doctissimi hominis in tãta bonarum literarum cæcitate, qui si in hæc tempora incidisset, non dubito quin in verborum interpretatione commodiorem iuris ciuilis scientiæ operam nauasset. Non ab Augusto, Cæsares dicti sunt Imperatores, vt Accur. existimauit, sed a Iulio, qui primus Romanam rempub. inuasit. Illud tamen aduertendum puto, verba hæc: Imperator Cęsar: prænominis loco fuisse apposita in epistola hac, vt in alijs plerisque, eo quòd in prænomina transiuerint ex cognominibus, autore Tranquillo. Quapropter errant, qui hunc locum corrigunt, quinimò vicissitudine ac commutatio-

ne temporum factum est, vt Cæsares dicerentur Impera- D
torum filij, qui primum geniti, regni futuri hęredes essent,
aut qui alia ratione imperij successores designarentur: hos
hodie plerunq; principes appellamus, vt in Aelio Seuero
Spartianus testatur, & ex Ammiano Marcellino docet eru
ditissimus Alciatus, quod & Sabellicus attestatur lib. viij.
Fuit (inquit) Cæsaris declaratio, non imperij dignitas, sed
quæ gradum ad imperiū faceret, & velut per manus ab eo,
qui Augustus & Imperator fuisset, Cæsares imperij regimē
acciperent. Et Orosius lib. vij. cap. xvj. Hoc periculo itaq;
Diocletianus permotus, Maximianum Herculeium ex Cę
sare fecit Augustum. Et ex hoc intelliges rescriptum Con-
stantini in. l. Et si excepta. C. de malefi. ibi in comitatu meo E
vel Cæsaris. Item & plures inscriptiones eiusmodi Impp.
Diocli. & Maxi. AA. & Cæ. vterq; enim Augustus dice-
batur, sed Maxi. tantum Cæsar. Et in inscriptione. l. Pa-
ctum quod dotali. C. de pact. legitur Impp. Valerian. & Gal
lienus AA. & Valerian. nobilis Cæs. Pactum euio. in. l. in-
strumenta. C. de ꝓbat. Imp. Philippus & Philippus Cæs. Ser
torio. in. l. ij. C. de sponsal. Imp. Constantius A. & Constans
Cæs. ad Cæl. Probinum. P. V. & eorūdem Philipporum si-
milis est inscriptio in. l. ij. C. si tut. vel cura. fals. alleg. excus.
si & in. l. i. C. qui morbo se excus. & eorundem Valeriano-
rū alia eiusmodi inscriptio est in. l. Hæc si volens. C. de libe.
cau. & in. l. Cum magistratus. C. quan. prouo. non est neces. F
& infinitæ propemodum aliæ. Videmus etiā aliqn̄ Regum
filios Reges appellari, vt Pompon. in. l. ij. §. Exactis deinde
Regibus. ff. de orig. iur. quo in loco numero multitudinis
Reges exactos dicit Tarquinium & eius filios, quo etiā lo-
quēdi modo vtitur sæpius Liuius, de hac eadem re scribens
lib. ij. & Cic. Philipp. iij. & v. id quod nostri passim fatētur,
ꝗuis Accur. in. d. §. Exactis, alr̄ acceperit, & forte nō male.

Flauius.

Vbi primum de via discesserit Accur. plena errorum sūt
omnia, quid enim ineptius dicere aut cōminisci poterat, ꝙ

A ideo Flauium Iustinianum appellatum fuisse, ꝙ rubei, vt ille inquit, coloris esset, aut quia deuicerit Flauios. Nã si colorem designare voluisset Flauum, non Flauium dixisset, quamuis hodie apud Accur. legatur flauus, cum interpretationem secundam amplectitur, quod ego video fecisse etiã in epistola illa, quæ hodie Digestorum libris præposita est. Similiter in inscriptione, & si Flauios olim dictos fuisse a crinium candore sint, qui existiment, nec flauus color rubeus est, sed rubro viridi & albo concretus aliquãto clarior, quàm fuluus, & capillos flauos dixit Ouid. lib. ij. Fasto. at ꝙ colorem hominis inter virtutum cognomina vel potius prænomina annumerasset, nõ est quis credere possit, quasi B Typhonis illius hostis perpetui Osiridis, splẽdorem imitari voluisset, cuius causa apud Aegyptios ludibrio erant flaui coloris homines, aut (vt Grammatici de Achille nimis forsan diligenter dixerunt, cuius flauam comam, caloris & iracundiæ argumentum esse voluerunt) vt quasi naturam Iustiniani in hac ipsa inscriptione effingere voluerint. Flauios autem populos nusquam esse, nec etiam apud Antipodas cõperi, quare mirum est in his ineptijs cum cæteris lapsum esse Hieronymum Cagnolum, virũ alioqui doctum, & bonarum literarum studiosum. Quòd autem familiæ nomen esset, probare non possum, ꝙ videam nomini præpositum, & eodẽ, Iustinum eius auunculum appellatum, alterius pro C culdubio familiæ. Quare & fallitur Ferrarius, qui nomen nobilissimæ illius familiæ fuisse existimauit, quæ Vespasianum, Titum, & Domitianum habuit Imperatores. Ea enĩ gens nobilis ex agro Rheatino fuit, & autore Trãquillo, in Domitiano extincta est. Iustinianus verò obscurissimo loco natus est, & Thrax fuit. Puto igitur, ꝙ aut hoc tempore inter nomina fuerit receptũ hoc, vti Caius, Quintus, Marcus, & huiusmodi. Vel, quod verius existimo, postremos hos Imperatores, nomina antiquorũ sibi sumpsisse, vt vnà cum nomine, & felicitatem & bonitatem eorum viderẽtur consecuti. Creditur enim Constantinum à Vespasiano & Tito sibi Flauij nomen sumpsisse, ob singularẽ eorum vir-

tutem. Id & de Cæsare, de Augusto, de Pio euenisse mani- D
festissimum est, quod ego facilius probo, quò constat Iusti-
niani familiam Anitiorum fuisse. Iornādus in libello de ori-
gine actuq; Getarum in fine, dum refert, quàm humaniter
Vitiges Gothorum Rex habitus esset à Iustiniano, posteaq;
à Belisario captus, ductus fuit Constantinopolim cum Ma-
thasuenta vxore nepte ex filia Theodorigi Gothorum Re-
gis, quæ ex nobilissima Amala familia erat, cum post mor-
tem Vitigis collocata fuerit in matrimonio cum Germano
fratre Iustiniani, ita inquit, Vitiges vbi plus biennio demo-
» ratus, Imperatorisq; in affectu conuictus, rebus excessit hu-
» manis, Mathasuētam verò iugalem eius, fratri suo Germa-
» no Patritio coniunxit Imperator, de quibus posthumus pa- E
» tris Germani natus est filius, itē Germanus, in quo cōiun-
» cta Anitiorū gens, cum Amala stirpe, spem adhuc vtriusq;
» generis, domino præstante promitttit. quem locum (quòd
sciam) nullus hucusq; animaduerterat.

Iustinianus.

In enodandis nominibus, quod mirandum sit, laboratis inquit Cice. Accursius verò, nominum disputationes pertinacibus relinquēdas esse alibi censuit, vnde miror quid causę fuerit, quare consilium mutauerit, & tantopere se torserit in hac Iustiniani nominis deriuatione perscrutanda. Sed ridiculum est, q; velit à iustitia, quam excoluerit, nomen Iusti- F niani fuisse illi inditum, cum, et, dum sub nutrice infans aleretur, hoc nomine vocaretur, quo vocatum fuisse lustrico die nemo est qui dubitet. Nec à Iustino Iustinianus appellatus est, nisi forte mutatione familiæ per adoptionem id factum fuisset, cum à Iustino adoptaretur. Solebāt enim adoptati, nomē familię mutare in hanc desinentiā, vnde Octauius post adoptionē Octauianus dictus est: & T. Pōponius Atticus, Pomponianus appellatus: & P. Cornelius Scipio Aemilianus, vt Dion autor est. Sunt qui putent à Marcellis Marcellinos hac ratione dictos fuisse, à Iulijs Iulianos, à Domitijs Domitianos, à Seruilio Seruilianos autore Ma-

crobio

A crobio: Attamen huiusmodi variationem nominis in Imperatore nostro nullibi traditã inueni, quinimò Pompo. lib. ij. de vitis Impera. inquit. Iustinus sororis suæ filium Iustinianum Consulem fecit, cum Valerio collega anno eius Imperij nono cal. Aprilis, Iustinianum adoptauit, consortē imperij fecit, & quarto post mense decessit. Sed illud me reuocat ab hac interpretatione, quia in superioribus, mutatio est in nomine familiæ, in nomine autem Iustiniani flecteretur nomen patris adoptiui: iam enim ex superioribus constat familiam Anitiorum fuisse. Potuit aūt adoptionis causa, iure Iustinus à Iustiniano, pater appellari in. §. Est & aliud. ỹ. in titu. de dona. & in. §. Cæcus. ỹ. Quibus non est per. fac. testa.
B Potuit & appellari, ꝙ religionis & reuerentię nomen sit pater, non solum naturę, vnde & Dij omnes patres appellabãtur vt inquit Seruius: & Virg. Huc ades o Lenæe pater. Salust. Delecti, quibus corpus annis infirmum, ingenium validum sapiẽtia erat, reipub. consulebant, ij vel ætate, vel curæ similitudine, patres appellabantur.

Anticus.

Olim Atticus legebatur, Haloander Anticus restituit, & rectè ex Procopio lib. iij. belli Gothici, id me olim monuit primum eruditiss. Octauius Pantagathus, Sunt enim Antæ Histri fluminis accolæ, quos Romanum imperium
C inuadentes, Iustinianus deuicit.

Pius.

Accursius non ariolans, vt sæpe, sed coniectura prospiciens, id quod verissimum est, Pij appellationē, à prædecessoribus ductam existimauit: id planum facit idem Iustinianus in. §. Nobis autem. Nouell. vt liber. de cæte. Sicut enī, inquit, Antoninus Pius cognominatus, ex quo etiã ad nos appellatio peruenit, & quæ sequuntur. Fuit enim Antoninus Boionius à Senatu sic appellatus, ob singularem animi pietatem, ac pacis studium, cuius vox illa celebris est, Malle se vnum seruare ciuem, quàm mille hostes perdere. Hinc

ergo ductum est, vt Iustinianus Pius sit dictus, non à pieta- D
te animi, vt Accur. sentit.

Triumphator.

Egit Iustinianus triũphum de Persis & Vandalis, per Be-
lisarium tamẽ & Narseten deuictis. Erat autem triumphus
omnium honorũ, qui à populo Romano dari solerent, ma-
ximus, verum plerũq; testimonium bene de repub. merito
rum, vsq; adeo, vt sapientissimi illi viri existimauerint in tan
ta quasi honoris & dignitatis mole cõmonefaciendos esse,
qui triumphum agebant, vt post se respicerẽt, atq; homines
se esse meminissent, vt Florens Septimius in apologetico
testatur, & Plinius lib. xxviij. sentit. Eius pompam satis ex E
plicat Cicero in Pisonem. Leges triumphales legũtur apud
Blondum Triumphantis Romæ lib. x.

Semper Augustus.

Interpretatur Accur. ab augẽdo dictum fuisse Augustũ,
cui interpretationi subscribit Ouid. lib. j. Fasto. cũ inquit.
Augeat imperium nostri ducis, augeat annos.
Hoc clarius Egesippus, qui dixit Augustum nomen impe-
rij apud Romanos fuisse, q; suos augeret, nõ q; alienos op-
primeret, quod Sypontinus in suis cõmentarijs deridet. Di
citur enim Augustus, quasi sacer & maiestatis plenus, vnde
& Cice. de natu. Deo. Augusta simulachra appellat, quasi F
maiestatis plena, & quãdam diuinitatem præseferentia, nec
non augurio consecrata. Ouid. lib. j. Fasto.
Sancta vocant augusta patres, augusta vocantur
Templa, sacerdotum ritè dicata manu. & Virgi. lib. vij. au-
gusta ad mœnia regis, dixit.
Primus omnium Octauianus ex sententia Munatij Planci
ita in senatu appellatus est, Tranquillo autore, non tm̃ no-
uo, sed etiã ampliore nomine, quòd loca quoq; religiosa, &
in quibus auguratò quid consecretur, augusta dicantur, ab
auctu, vel ab auium gestu, à quo postea omnes alij Augu-
sti nomẽ sibi quasi vendicarunt, ita vt cõsueuerint, qui post

A Octauianum imperarunt, velle in auspicando imperio, sibi fęlicitatem Augusti acclamari, de qua re Florus in calce sui ,, operis ita inquit. Ad hæc tot facta ingẽtia, Octauius, Dicta ,, tor perpetuus, & Pater patrię appellatus est, tractatum etiã ,, in senatu, an quia condidisset imperium, Romulus vocare ,, tur, sed sanctius & reuerentius visum est Augusti nomen, ,, vt scilicet iam tum, dum colit terras, ipso noie & titulo con secraretur, quãuis Tacitus dixerit: Deûm honorem princi pi nõ antè haberi, q̃ agere inter homines desierit. Quare le gimus apud Tertullianũ in apologetico, Augustum ne do minum quidẽ se vocari passum esse, q̃ esset Dei cognomẽ, quamuis Eustathius in primum Iliados aliter de Cæsare & B Augusto senserit. Legimus p̃terea apud Plin. lib. xiij. c. xij. chartam religiosis tantũ voluminibus dicatam, quæ hierati ca olim appellabatur, Augustam dictam esse.

„ IMPERATORIAM maiestatem, non solum ar„ mis decoratam, sed etiam legibus oportet esse arma„ tam: vt vtrunq; tempus, & bellorum, & pacis, re„ cte possit gubernari: & princeps Romanus, non so„ lum in hostilibus prælijs victor existat, sed etiam „ per legitimos tramites, calumniãtium iniquitates ex C pellat. Et fiat tam iuris religiosissimus, quam victis „ hostibus triumphator magnificus.

Imperatoriam maiestatem.

Maiestatem Imperatoriã dixit, idest, ipsum Imperatorem, cuius decus, amplitudo, & dignitas, maiestas dicitur Impera toria, sicuti ciuitatis ac populi Rom. maiestatẽ sæpius dixit Cicero. Dicitur & maximè ipsorũ Deorum, sicuti cum Ci cero dixit, Deos nõ censere esse maiestatis suę præsignifica re hominibus, quæ sunt futura. & Paulus in. l. Non distin guemus. §. Sacerdotio. ff. de recep. arbi. inquit. Id enim nõ tantum honori p̃sonarum, sed & maiestati Dei indulgetur.

Quãuis & pro humana & diuina vsurpet, vt in constitutio D ne Friderici posita in titulo.C.de hæreti. ibi cum longe gra- uius sit æternam, quàm tẽporalem offendere maiestatẽ. Et ,, alibi idẽ Cice. Magnum nomen est, magna species, magna ,, dignitas, magna maiestas Consulis. Hinc lex Iulia maiesta- ,, tis, & lex Apuleia, qua, qui maiestatem minuisset, capitis pœna afficiebatur. De ea meminit Cice. de orato. Et Præ- toris maiestatem dixit Iurisconsultus in.l.si familia.ff.de iu- risd.omni.iud. Hanc vt Deam honoris & reuerẽtiæ filiam prisci coluerunt. Hunc titulum sibi Romani principes ven dicarunt, vt frequentissimè legi potest, & obiter habetur in titulo de pac.ten. in princ.in.l.siquis ex grege.C.de cohor. & princi. corni. in.l.j.C.de silentia.lib.xij.in.l.vlti.C.vbi & E apud quem.in.l.Benè à Zenone.C.de quadri.præscrip. si- cut & q̃plures alios ambitionis eorum indices, tanq̃(quod in veteri puerbio est) in hostio formosi. Quanto modestius Tyberius Cæsar, si non id simulatione fecisset, vt pleraq; alia, qui cuidã, à quo fuerat dominus appellatus, denuncia- uit, ne se amplius contumeliæ causa nominaret: & alium di- centẽ, sacras tuas occupationes, dicere in posterum iussit, la boriosas, vtinam maiestati bonitatem quoq; adiungerent, sine qua, maiestatis vis nulla est. Docuit hoc Homerus cũ ,, (Græcè tamen) sic inquit. Nullum ego sum numen: quid me immortalibus æquas? quo versu vtendum nobis esse in struit Plutarchus in eo libro cui titulus, est, Quo pacto quis F intelligat se profecisse aduersus adulationis venenum, vbi quis, nos magnificentius quàm pro merito laudat. Sed ipsi seipsos laudãt, & vt Aristoteles libro primo rhetorices in- quit. ex Socratis sententia, haud difficile est Athenis lauda re Athenienses. optimè Horatius. Cura esse quod audis, plurimi enim refert Herculea scabie minimè laborare.

Non solum armis decoratam, sed etiam legibus oportet esse armatam.

Acerbè sanè, ac contumeliosè, inuehitur Floridus in hãc

A verborum figuram, suamque multis verbis sententiam explicat, planius & apertius idem Iustinianus seipsum explicat in.l.i.C.de Iustiniã. Codi. confir. quo in loco eãdem sententiam fusius dilatauit dicens. Vnum, alterius auxilio semper eguisse, id quod suaderi potest ex verbis legis.xij.tab. Minores (inquit) magistratus periti iuris plures in prælia sunto. quo munere legati fungebantur, Quin videmus Prætores ac Proconsules arma simul & iura in prouincijs ꝑmiscue tractasse, & prẹsertim in Pisidia, Lycaonia, Thracia, & Cappadocia, vt ex quatuor Iustiniani nouellis facile deprẹhendit, videlicet.xxiiij.xxv.xxvi.&.xxx. Res.n.militaris in tuto collocata est ipsis legibus (inquit Iustinianus)
B & ipsæ leges armorum præsidio conseruantur: Imperium enim & Romanorum, & Græcorum, nõ minus animis excolendis, quàm corporibus exercendis quẹsitũ est. Videmusque propterea antiquos illos voluisse idem numen esse Palladis & Mineruæ, atque vt Catullus & Virg. voluerunt, arces Palladi sacrarunt, nullam aliam ob causam, quàm quod cognouerunt vrbes prudẽtia, & literarum scientia, ac robore, & fortitudine capi, & retineri, Ex armis enim, ius vires colligit, Igitur antiqui illi prudentissimi ac sapientissimi viri, potentiam & sapientiam nexu quodam iunxerunt, & non aliam ob cau-
C sam Ioui Prometheum copularũt, nisi vt militiam legibus, & iudicia bellis permiscerent. Hinc Plutar. in vita Lycurgi refert, Reges prẹlium inituros, Musis sacra facere cõsueuisse, quas Marti copulatas, Grẹci poetẹ, summo cum honore versibus prodiderunt. Necesse enim est, vt vnũ sine altero stabile futurum non sit, & quod vtrunque dissoluatur, nisi simul iungantur, quasi inuicem cõplexa & coniuncta. Non ergo ꝓprie verba hæc accipiuntur, vel ad euitandum malum sonum, vt Accursius existimauit, sed quod ad formandum optimum principem ita coniuncta esse necesse sit, vt vnum ab alio non seiungatur, vt idem dixit in.d.l.i.& ex subsequentibus verbis, apertissimè demonstratur.

Sed per legitimos tramites calumniantium iniquitates expellat. D

Legitimos tramites exponit Accursius, id est, leges, quę gradiendi via sunt, vt tramites eundi, vel per septem genera pœnarum, vel per magistratus. Mihi visum fuit calumniantes hoc in loco non proprie dictos eos, qui falsa crimina alicui scienter intendunt, vt definit iuris consultus in. l. i. ff. ad Turpi. sed generaliter acceptos pro ijs omnibus, qui contra ius, fasq; quicq; moliuntur, aut delinquunt. Calumniam enim Cice. lib. j. offi. accepit etiam pro malitiosa & nimis callida iuris interpretatione, à caluendo, id est, fallēdo, quod & cauillari dicimus, quasi velit dicere, se repellere iniustè agentes, & legibus ad iniuriā abutentes expellere. E Est enim calumnia malitia, & calumniantes malitiosè & iniustè agētes, prout accipi videmus in. l. omnes. §. Praeterea. C. de episc. & cleri. Expellere igitur per legitimos tramites calumniātium iniquitates dixit Iustinianus, hoc est, ijs modis, quibus leges iubent. quae quidē expositio ferè in eam recedit, quam Ioannes olim tradidit, quam expositionem eò libentius amplector, quòd videam in epistola illa, quae praeposita est libris Digestorum, & Triboniano inscripta, eadem figura loquendi vsum esse Iustinianum, dum inquit, „ Cum autem nihil tam studiosum in omnibus rebus inuenitur, quàm legum autoritas, quae diuinas & humanas res benè disponit, F & omnem iniquitatem expellit, reperimus autem omnem legum tramitem, qui ab vrbe condita, & Romuleis descendit temporibus, ita esse confusum, vt in infinitum extendatur. „ Tramitem autem accepit, non proprie pro transuersa semita, vt apud Latinos autores accipitur, sed pro via ipsa, ac quasi recto legum cursu.

Et fiat tam iuris religiosissimus.

Ego hîc religiosissimum appellari puto, id est, fidissimum & diligētissimum obseruatorem eorum, quae ad ipsas leges pertinent. Is enim religiosus dicitur, vt inquit Cic. lib. ij. de

A natu. Deo. qui omnia ea, quæ ad Deorum cultũ pertinent, diligenter, ac fideliter tractat. Et quia Iustitia olim Dea putabatur, siue eã velimus esse Themin, quæ ius, fasq; apud Grecos erat, siue Dicen iudiciorum præsidem, fit, vt obseruantissimos eius, religiosissimos appellare possimus. Qua
" ratione Vlpianus in.l.i.ff. de iust. & iur. dixit, Cuius merito
" quis nos sacerdotes appellat, sacerdotes dicens iurisconsultos, quasi iustitię oracula, ac responsa generi humano inuulgantes, quod & sentit Budæus. Et de Marco Imperatore loquens alibi iurisconsultus in.l. vnum ex familia. §. fi. ff. de lega. ij. Princeps (inquit) prudentissimus & vir religiosissimus, forsan ad hanc religionem spectans, quãuis malim eo
B in loco simpl'r intelligere; Et hanc translationem spectauit
" Iustinianus in ep'la prima de vet. iur. enucle. cum dixit. Et
" quasi proprium sacratissimum templum iustitię cõsecrare.

" Quorum vtrunq; viã cum summis vigilijs, summaq;
" prouidentia annuente Deo perfecimus. Et bellicos
" quidẽ sudores nostros, barbaricę gentes sub iuga no
" stra redactæ cognoscunt: & tam Africa, q̃ aliæ innu
" merę prouincię, post tãta temporũ spatia, nr̃is victo
" rijs a cœlesti numine prestitis, iterum ditioni Roma
" næ, nostroq; additę imperio, ꝓtestantur. Oẽs vero
C populi, legibus tã a nobis promulgatis, q̃ cõpositis
" regũtur. Et cũ sacratissimas cõstitutiones antea con
" fusas, in luculentã ereximus cõsonantiam: tunc nr̃am
" extendimus curam ad immensa veteris prudẽtiæ vo
" lumina: & opus desperatum, quasi per medium pro
" fundum euntes, cœlesti fauore iam adimpleuimus.

Et bellicos quidem sudores nostros barbaricę gẽtes sub iuga nostra redactæ cognoscunt.

Belisarij potius & Narsetis, per eos enim pleraq; bella

gessit Iustinianus, nã Belisarius, Persas eruptionem molien D tes, intrà suos fines continuit, & Vuandalorum gentem, capto eorum Rege Gilimere, vsq; ad internitionem deleuit, Romanos à Gothorum seruitute, capto eorum Rege Vitige, liberauit, Africam pulsis imperio & eiectis Vuandalis post annos nonagintasex, imperio Romano restituit, Narses verò tandẽ Gothos penitus deleuit, & Mauros posthęc Africam infestantes, eorum Regem Attilam per Ioannem Exconsulem mirabili virtute Iustinianus prostrauit, Quam ob cãm, vt Paulus Diaconus lib. xviij. inquit, propter horũ omnium victorias, vt Alamanicus, Gothicus, Alanicus, Vuandalicus, Africanusq; diceretur, habere hæc nomina meruit. Ipse quidem Iustinianus, Procopio autore, pacẽ, & E amicitiam cum Francis iniuit ac contraxit, quibus concessit, vt Galliæ partem possideret. Per hos igitur, Iustinianus externorum bellorum ac gentium victor fuit. At sub iuga » nostra dixit. i. sub imperio & potestate. Si omnibus (inquit Cice.) graue seruitutis iugum esse debet in libertate educatis. Et in eodem loco: Qui à vestro corpore iugum acerbissimum repulit seruitutis: vnde dictum est subiugare pro de » bellare, Liuius libro. iij. ab vrbe condi. Sed vt exprimatur » (inquit) tãdem confessio, subactam, domitamq; esse gen» tem sub iugum abituros, tribus hastis iugum fit, humi fixis » duabus, superq; eas vna deligata: sub hoc iugo Dictator » equos misit, castris hostium receptis, plenis omnium rerũ. F Hoc præterea lectorem admonẽdum duxi, Iuga pro imperio numero multitudinis (quod meminerim) alibi me non legisse, sed sunt adeò multa in his libris barbarè scripta, vt hoc quoq; mirandum non sit.

Iterum ditioni Romanæ, nostroq; additæ imperio protestantur.

Nisi pręstaret hanc Camerinam (quod aiunt) immotam sinere, libẽter docuissem, quàm minus fuisset Iustiniani imperium, quàm ditio populi Rom. & quomodo ipsius imperium à ditione, nedũ lege Regia, de Augusti imperio lata, fluxerit,

A fluxerit, sed in dies proficisceretur inexhausta populi Rom. ac senatus potestate, quẽadmodum.n. nec honoris gradu, nec potestatis, quenquam parem habet, sed singulis hominibus superior imperio est, ita vniuerso populo inferiorem esse bonis, & honestis rationibus concẽderim, nisi (vt Clau- „ dius Cantiuncula inquit) vererer, ne quẽadmodum in ali- „ quibus lacubus euenire solet, vt si quid inieceris, maximas tempestates excites, ita si maiestatem imperij iamdudum sacrosanctam liberius attigeris, attingenda tamen erunt inferius aliqua, quæ prætermittere nõ oportebit, Protestantur dixit, pro eo, quod est, testantur, vt ego libentius legerem, nullibi enim legi in hoc significatu hoc verbum, præterq̃ B in.c. Eum qui. de dolo & contuma. Theophilus hic dixit clamant pro vehementer affirmare.

Tam a nobis promulgatis, q̃ compositis.

Accursius variẽ exponit, aliter qui post eum interpretati sunt hũc locum Ioan. Fabri. Ioannes à Platea, & Angelus, verum est Iustinianum promulgatas à se conditas intellexisse, compositas in vnum à se redactas, atq; in ordinem distributas, negarim tamen hanc differentiam vbiq; veram esse. Promulgari lex proprie dicitur, quando primum in vulgus „ editur. Liuius lib. i. belli Macedo. Isq; rogationem promul „ gauit. vellent iuberent Philippo Regi, Macedonibusq; bel C lum indici. Cice. ad Q. fratrem. Cato legem promulgauit, „ de imperio Lentuli abrogando. Et pro Sestio, Promulgan „ tur vno & eodem tempore rogationes de mea pernicie, & „ de prouincijs nominatim consularibus. Et paulopost, De „ meo reditu octo Tribuni plebis promulgarunt. Et Modestinus in. l. scire. §. Aliud. ff. de excus. tuto. Aliud (inquit) inuenimus ex Diui Marci promulgatione dignum inquisitione, quãuis ex Græco vertens pro legislatione acceperit, vt Antonius Augustinus ibi animaduertit. Componere autẽ ambo æq; proprie significat, & in vnum redigere ab alijs facta, vt Pompo. in. l. ij. ff. de origi. iu. ibi. Sed q̃ leges sine ordine latas in vnum composuit, Et primò etiam inuenire, &

facere, vt in eodem loco Pomponius vſus eſt, cum inquit, D
Componere genera agendi, & componere actiones. Et Ci
„ ce. ad Atticum. Commentarium Conſolatus mei Græce
„ compoſitum miſi ad te. Et ad Q. Fratrem. Poema ad Cæ-
ſarem quod compoſueram incidi.

Et cum ſacratiſſimas conſtitutiones antea confuſas in luculentam ereximus conſonantiam.

Apertius ſe explicat Imperator in. l. i. C. de emend. Iuſti. codi. in. §. ſupradictis. Codicem enim primum cōpoſuit Iuſtinianus ad exemplum Theodoſii, in quem Imperatorum cōſtitutiones redegit, illumq; collegit ex tribus Codicibus, qui tunc extabant, Gregoriano ſcilicet, Hermogeniano, & E Theodoſiano, quem poſtea abrogauit, & quem hodie habemus, compoſuit. Hoc autem in loco meminit de primo illo abrogato, quando ſecundus poſt hos Inſtitutionum libros compoſitus fuit, vt & memoriæ traditum eſt, & verū eſſe depræhenditur ex. l. Meminimus. C. de legi. hære. quo in loco mentio habetur de Inſtitutionum libris.

Et opus deſperatum.

Cogitauit Iulius Cæſar autore Tranquillo de iure ciuili in vnum redigendo: cogitauit, & auſpicatus eſt Conſtantinus, non tamen perfecit. Idem & Theodoſius, quod opus F deſperatum dixit hic Iuſtinianus, ſicuti in epiſtola ad Tribonianum, quæ libris Digeſtorum præponenda eſt, idem Iuſtinianus paulo poſt principium dixit, quòd nemo alius, neque ſperare, neq; optare auſus eſt, quod quàm verum ſit, patet ex iam dictis. Qua id ratione aptius fieri potuiſſet, docet Craſſus apud Cic. libro primo de orato. Potuit & deſperatum opus intellexiſſe, quòd omnem ſpem vinceret, vt hic Theophilus tranſtulit.

„ Cumq; hoc Deo propitio peractum eſt, Triboniа-
„ no viro magnifico, Magiſtro et Exquæſtori ſacri pa-

A latij nostri, necnon Theophilo & Dorotheo viris il
,, lustribus antecessoribus nostris, (quorum omnium
,, solertiam, & legum scientiam, & circa nostras iussio
,, nes fidem iam ex multis rerum argumentis accepi-
,, mus) conuocatis, mandauimus specialiter, vt ipsi no
,, stra autoritate, nostrisq; suasionibus, Institutiones
,, cõponerent: vt liceat vobis prima legum cunabula,
,, nõ ab antiquis fabulis discere, sed ab Imperiali splen
,, dore appetere: & tam aures, q̃ animi vestri nihil in-
,, utile, nihilq; perperam positum, sed quod in ipsis re-
B rum obtinet argumentis, accipiant. Et quod priori
,, tempore vix post quadriennium prioribus contin-
,, gebat, vt tunc constitutiones imperatorias legerent:
,, hoc vos a primordio ingrediamini: digni tãto hono
,, re, tantaq; reperti felicitate, vt & initium vobis, & fi-
,, nis legum eruditionis, a voce principali procedat.

Triboniano.

,, De Triboniano ita Suidas, Tribonianus Græcus, oĩs
,, religionis contemptor, & presertim à Christiana fide abhor
C rens, adulator, & fraudulentus, persuasit Iustiniano Impera
,, tori fore, vt is nunq̃ moreretur, sed in cœlum cum carne as
,, sumeretur: Quæstor fuit Iustiniani, hic tantum naturæ doti
,, bus, ingenioq; pollebat, vt suæ ætatis nemini secũdus esset,
,, auaritiæ autem eousq; deditus, vt ius & fas venale haberet,
,, nam & singulis diebus leges ferebat, et latas reuocabat,
,, prout indigentium vsus, a quibus pecuniam acceperat, po-
,, stulare videretur, cum diu post adeptum honorem superui
,, xisset, morbo tamen decessit, ab aliquo nulla prorsus affe-
,, ctus iniuria, q̃ videlicet sermone comi blãdoq; erat, & aua-
,, ritiæ morbum, doctrinę præstantia cælabat. Parum absimi
lia de eo scribit Procopius lib. j. belli Persici, quem dicit Im-

peratorem ob res male gestas magistratu mouisse. Confe- D
ras modò hęc cum ijs, quę in epistolis Iustiniani sparsa sunt.
Sed quid mirum? Ipsum de se loquentem, non Iustinianum
audies. Et si sciam diuersa scripsisse aliquos, atq; hos mores
Ioanni tribuere, non Triboniano, cum quibus ita sensisse
quoq; Alciatus videtur.

Magistro.

Non magistro sacri palatij, vt quidam existimarunt, nam
Quæstor sacri palatij dicitur, vt mox dicemus, sed magistrũ
appellauit ob doctrinam, & iuris scientiam. Verbum enim
hoc eum significat, cuius autoritatem, & exemplum sequi-
mur, vel cui rei alicuius præcipua cura incũbit. Vlpia. in. l. E
„ cui præcipua. ff. de verbo. signifi. Cui præcipua inquit cura
„ rerum incumbit, & qui magis q̃ cæteri diligentiam & soli-
„ citudinem rebus quibus pręsunt debent. hi magistri appel-
lantur. Quin etiam ipsi magistratus per deriuationem à ma
gistris cognominãtur, vnde & cuiuslibet disciplinę præce-
ptores, magistros appellari, à monendo vel monstrando.
Festus inde dictos voluit, q; cęteris magis possint, vel q; ma
gis, q̃ cæteri, diligentiam & solicitudinẽ rebus, quibus pręe-
sunt, debent. Hinc factum est, vt magistri dicti sint ij, quo-
rum exemplum & institutionem iuuenes sequi debent. Ci-
ce. lib. xi. episto. familia. in hoc ferè significatu vtitur, cum
„ inquit. Plura scribere non debeo, presertim ad te, quo magi F
„ stro breuitatis vti cogito, Quæ ĩterpretatio hoc in loco iccir
co à me recipitur, q; video Iustinianum in. l. ij. C. de vete. iu.
enucle. etiam Theophilum his verbis magistrum appellas-
se. Necnon Theophilum virum illustrẽ, magistrum, iurisq;
peritum. Et paulo post: Sed & Anatolium virum illustrem,
magistrum, qui & ipse apud Berytienses iuris interpres cõ-
stitutus, ad hoc opus electus est. Hinc credendum est fluxis-
se appellationem hãc, vt Romanæ Rotę Auditores, adhuc
magistros appellent, quasi ad eam legum peritiam deducti,
vt magisterio fungi possint, seu magis, quia doctoratus insi
gnia assecuti sunt. Galli enim plerosq; doctores magistros
appellant,

A appellant, & appellationem hanc curia Romana seruauit dum Gallia Romam reuersa esset. Non enim existimo locum accipiendum de magisterio officiorum, cuius formulam videbis apud Cassidorum lib. vi.

Exquaestori.

Theophilus hic transtulit Exquaestoribus numero multitudinis, quod ego minime probare possum, cum eodem tempore vnus tm̃ Quaestor esset, non plures. Loquor de Questura illa, de qua mox dicemus, qua functus est Tribonianus apud Iustinianum: consultò tamen praetermittã hoc in loco Questorum genera, & officium, de ijs enim dicetur B in titulo. ff. de offic. Quaesto. Et vt res apertius innotescat, sciendum est Iustinianum nouum magistratum sub nomine Quaestoris instituisse, ita appellatum à quaerendis aduenis, de quo in Nouell. de Quaestore, & hic non est magistratus, quo functus est Tribonianus, qui longè ante praedictam cõstitutionem cõditam Quaestor erat, sed illa Quaestura erat, de qua in titulo. C. de quaesto. lib. xij. cuius munus non nisi doctissimis uiris decernebatur. Cassiod. libro. v. episto. iiij.
„ Omnes enim (inquit) quos ad Questure culmẽ euehimus
„ doctissimos esse existimamus, quales legum interpretes &
„ consilij nostri decet esse participes, dignitas quae nec natali-
„ bus solis, nec diuitijs inuenitur. Huius magistratus dignita
C tem hinc facile licet coniectari, ꝙ in titulo. C. de Quaesto. libro. xij. & in. l. i. praeponitur magistris officiorum, et iubent Arcadius & Honorius excipi acclamatione vulgi, nec praeteriri vt incognitos. Sed & quodnam munus esset, & quae dignitas, facile percipies ex formula, qua huius modi officium continebatur, ex qua cognosces, quanam ratione Tribonianus potuerit figere quotidie leges, & refigere, vt Sui-
„ das inquit. Hanc ponit Cassiodorus libro. vi. his verbis. Si
„ tantum sunt clare dignitates, quantum nostris aspectibus
„ perfruuntur, si frequens praesentia probat dominantis affe-
„ ctum, nullus iudicum ita potest esse gloriosus, ꝙ ille qui est
„ in cogitationum nostrarum participatione susceptus, alijs

„ enim pecuniæ publicæ committimus procurationem, alijs D
„ concedimus causas audiendas, alijs patrimonij nostri iura
„ delegamus, Quæsturam toto corde suscepimus, quam no-
„ stræ linguæ vocẽ esse censemus, hic nostris cogitationibus
„ necessariò familiariter applicatur, vt propriè dicere possit,
„ quod nos sentire cognoscit, arbitrium nostræ voluntatis di
„ sponit, & ita mentis nostræ velle suscipit, vt à nobis magis
„ putetur exijsse quod loquitur. O, quàm arduum est subie-
„ ctum, verba dominãtis assumere, loqui posse, quod nostrũ
„ creditur, & profecti in publicum, decoram facere falsitatẽ:
„ cõsiderare quid ponderis habeat pariter & decoris. Siquid
„ dubitamus, à Quæstore perquirimus, qui est thesaurus fa-
„ mæ publicæ, armarium legum, paratus semper ad subitum, E
„ (et, vt ait Tullius magister eloquẽtię) Nihil pręstabilius vi
„ detur, ꝙ dicendo posse hominum mentes allicere, volunta
„ tes impellere, Nam si oratoris est propriũ grauiter & orna-
„ tè dicere, vt possit animos iudicum commouere, quantæ fa
„ cundię debet esse, qui ore principis populos noscitur admo
„ nere, vt recta diligant, peruersa cõtemnant, bonos sine fine
„ laudent, pessimos vehementer accusent: vt plenè sit serua-
„ ta distractio, vbi pręualet eloquentiæ fortitudo, Sit imitator
„ antiquorum prudẽtissimus, mores alienos corrigat, & suos
„ debita integritate custodiat, Talẽ deniꝗ oportet esse Quę-
„ storem, qualem portare decet imaginem principis. Nam si
„ nos (vt assolet) causam gestis audire contingat, quæ autori- F
„ tas erit linguæ, quæ sub oculis regale genus possit implere:
„ Adesse debet scientia iuris, cautela sermonis, vt nemo de-
„ beat repręhendere, qđ principem cõstiterit censuisse, Opus
„ erit præterea firmitas, cum, vt à iustitię tramite nullis mune
„ ribus abstrahatur, nec vllis terroribus. Nã pro ęquitate con
„ seruãda nobis quoꝗ patimur contradici, cui oportet etiam
„ obediri. Sed & vide, vt tantum doctrinæ deferas, quantum
„ probabiliter exquisieris. Alię quippè dignitates, assessorum
„ solatia quęrunt, tua verò principi consilia subministrat, atꝗ
„ ideò prudentiæ vel eloquentiæ tuæ fama prouocati, Quæ-
„ sturam tibi, gloriã literarum, ciuitatis templum, genitricem

A omnium literalium dignitatum, continentiæ domicilium, „ virtutum omnium ſedem. Per iſtam indictionem, Deo prę„ ſtante, cōmittimus, vt ſic agas, quemadmodum te præſtan„ tem prædictis rebus eſſe contendis. Ad te enim prouinciæ „ ſua vota tranſmittent, & neceſſe eſt tibi omnibus ſufficere, „ quanto à nobis cōtigerit legum remedia poſtulare. Sed cū „ hęc omnia nullis elationibus efferaris, nulla mordearis inui„ dia, alienis calamitatibus nō læteris, quia quod odioſum eſt „ principi, non poteſt cōuenire Quęſtori. Exerce poteſtatem „ principis cōditione ſubiecti. Sic ore noſtro glorificatus elo„ quere, vt tamen credas rationem te nobis de iudicibus red„ diturum, vbi culpabilis viciſſitudinem recipit, & boni proB poſiti gloriam laudatus acquirit. Idem Caſſiodorus lib. x. „ epiſt. vi. loquitur ipſi Quęſtori. Totum (inquit) te legibus, „ totum te reſponſis trade prudentum, ſic optime vobis fami„ liaris, ſi priſcorum ſeruias inſtitutis, conſidera in verbis tuis „ laudem poſitam principalis, fama noſtra eſt quicquid loque„ ris, conſcientia ſine dubitatione quod ſentis, Intellige quan„ tum ſit quod à te exigitur, cū vera opinio cōmitatur, Hæc „ ſubiectos noſtros amplectitur, hęc per gētes exteras perua„ gatur, per hanc, vbi non videmur, agnoſcimur, decreta no„ ſtra tradunt prouincijs, ciuitatibusq́ ſermones indicare de „ nobis poſſunt, & qui noſtris iuſſionibus obſequuntur. Sum„ mo ergo ſtudio conſtat eſſe ſeruandum, quod de nobis po„ C teſt ferre iudicium.

Oſtendimus quænam fuerit Triboniani Quæſtura, quāuis ex Suida putet Ioannes Pyrrhus, dum de Quęſtorijs magiſtratibus agit, eum magiſtratū geſſiſſe Tribonianum apud Iuſtinianum, qui Candidatus etiam principis dicebatur, ꝙ niſi vtrūq; munus tunc impleret, exiſtimo deceptum Ioannem, quod tamen ex relata formula non negauerim omnino, & dicetur inferius. Supereſt modo diſpicere, an idem ſit Quæſtor & Exquæſtor, quod ego proculdubio puto, idq́ non leuibus argumentis. Exquæſtorem hic ſacri palatij appellat Tribonianum, In inſcriptione autem illius Epiſtolæ Iuſtiniani, quæ poſita eſt ſub titulo. xvi. Codicis. de vetere.

iure enucle. sic scriptum legitur: Imp. Iustinianus A. Tribo D niano V. eminētissimo, Quæstori sacri palatij. Et in eisdem duabus epistolis, modo Quæstorem, modo Exquæstorem appellat eodem tempore. Item est titulus de Quęstoribus li bro. xij. subsequitur statim constitutio Arcadij & Honorij
» his verbis. Qui Exquæsturę honore, aut officiali magiste-
» rio, aut comitiua vtriusq; ærarij nostri attonito splendore vi
» guerint, Exquęsturę honorē Quæstoris, appellat. Adde q; Exquęstoris munus separatum nō legitur. Vides modo in quo tamdiu se torserint Doctores nostri, vides Accursium aliquādo collimasse, cum dixit, Exquęstorem pro suo simplici positum. At cum dixit Ioan. glossatorem accepisse pro eo, qui munere Quęsturę functus erat, quasi extra Quęsturam, cuius sententiam secutus est, nullo tamen autore citato Petrus Crinitus libro suo de honesta disciplina, & Ioan. à Platea in. l. ij. C. vt digni. ordo. serue. lib. xij. constat eius opinionem Accursium secutum minimè fuisse & meritò, nam non Exquęstor, sed Quęstorius dicitur, qui Quęstura functus est, sicuti Consularis, & Pretorius, Iustinianus in. l. ij. C. de vete. iur. enucl. Pater (inquit) eius Leontius post Patritium inclytę recordationis Quęstorium & antecessorem, et cum in. l. ij. C. de vet. iur. enucle. modo Quęstorem, modo Exquęstorem appellet, fieri non potest, vt de Quęstorio intelligēdum sit, cum nemo dubitet Quęstorem à Quęstorio differre, cui sententię accedit etiam Cęlius Rhodiginus libro. xxv. cap. xij. Aliam verò interpretationem, q; sit proprium nomen dignitatis, ego quoq; libenter probarem, si eius aliquod vestigium appareret, nam de Exconsule dicetur suo loco. Grauius errare videt̄ Ioan. fab. qui putat tres illas diuersas Accursij interpretationes recidere in eādem. Nulli enim non patet quantum inter se differant idem significare, et diuersam esse dignitatem à Quęstura, vel accipere pro Quęstorio. Præterea & si dignitas finito officio retineretur, vt videtur innuere Imperator in. l. ij. C. vt digni. ordo serue. lib. xij. non retineretur nomē, sed ex Quæstore Quęstorius fieret, vt ex Prætore Prætorius, vt dixit. Alciatus


maximus

lib. x. cap. xij.

E

F

A maximus huius scientię illustrator lib.iiij.dispunc.cap.iij.di cit se putasse aliâs illum Exquæstorem esse, qui dignitatem sine administratione obtinuisset, ex Ausonio. Curia me du plex, & vterque senatus habebat, Muneris exortem nomine participem, & ex.l.Petitionem.C.de aduo.di.iud.ibi. Egre dientem autem per biennium fisci patronum contemplatio ne laboris Exconsularis moderatoris prouinciæ dignitate decorari. Hanc sententiam meritò non probauit, quia Ex quęstorem habemus hoc in loco Tribonianum cum administratione, tandem venit in hãc sententiam, quòd idem sit Questor et Exquęstor, eò quod in.d.l.ij.modo Quęstorẽ, modo Exquęstorem appellat, idem ego sentio rationibus supe
B rius adductis. Quantum enim attinet ad.d.l.ij.mihi illa potius scrupulum iniiceret, cum Ioannem appellet Exquęstorem, Thomam verò Quæstorem. Vnum tantũ restat monendum, in quo lapsus videtur Accursius, qui voluit Quęstorem hoc in loco accipiendum esse pro candidato principis, vt sensit Ioannes Pirrhus. Erant enim inter Quęstores (Vlpiano autore) quidã qui candidati principis dicebãtur, eius verba sunt. Ex Quęstoribus quidam solebant prouin
" cias sortiri ex senatus consulto, quod factũ est Decimo Dru
" so & Porcina Consulibus, sanè non omnes Quęstores pro
" C uincias sortiebantur, verum excepti erant candidati princi
pis. Hi enim solis libris (puto ego legendum libellis) princi
" palibus in senatu legendis vacabãt. Hodie obtinuit indiffe
" renter Quæstores creari tam Patricios, quàm plebeios. Ingres
" sus est enim & quasi primordium gerẽdorum honorum, &
" sententiæ dicendæ in senatu. Ex his sicut diximus, quidam
" sunt qui candidati principis dicuntur, qui epistolas eius in
" senatu legunt. Hęc Vlpianus in.l.i.ff.de offi.Quęsto. Hinc Sueto.in Tito dicit. Titum Quęstoris vice, orationes in senatu recitasse. Cornelius Tacitus, Ingressi (inquit) curiã senatores, & oratio principis per Quęstorem eius audita est. Non loquitur de his cãdidatis principis aut Cęsaris, de quibus meminit Sueton.in Augusto. Illi enim sunt, quos princeps populo commẽdabat, non potest de his Quæstoribus



locus hic intelligi, vt voluit Accursius, tum quia non Quæstor hic simpliciter, sed Quæstor sacri palatij dicebatur, tum etiam quia, vt ostendimus, culmen erat hęc Quęstura quasi dignitatum, non initium, vt dicit Vlpianus. D

Antecessoribus nostris.

Quàm absurda sit interpretatio Accursij, quam omnes ferè secuti sunt, puto facile probari posse, vt Theophilus & Dorotheus iccirco dicti sint antecessores, q vel sciētia, vel ætate antecedant, cum nulli hoc in loco cōparentur, vel eò q cum præcedentibus Imperatoribus fuerint, quæ adhuc ineptior videtur, vt antecessor dici possit, q antecessoribus inseruierit. Minus probare possum sententiam Ferrarij, q ideo dicti sint, quia functionis causa principem in publicum antecederent, pręsertim cum nec ipsorum munus aut officium declaret. Nec locus corrigendus est ex sententia, quā olim pbauit Alciatus, vt idem asserit lib. iij. dispunct. ca. xij. cum fides omnium librorū repugnet, quæ ratio facit, vt eidem assentiam non esse sequendam Pandectarum Florentinarum lectionem, vbi legitur antecensores, tum quia oēs manu scripti codices, quos viderim etiā antiquissimi, antecessores habent, tum quia de antecensoribus nullibi mentio, quod viderim, habeatur. Cōuenit mihi etiam cum Alciato Pandectas Florentinas non esse archetypas, vt multi existimāt, insunt enim aliqua scriptoris incuria, vt arbitror, errata, de quibus alibi opportunius. Eam tandem verissimam huius verbi interpretationem esse non dubito, quam vltimis verbis vix pronunciare ausus videtur Alciatus, vt ij, scilicet antecessores dicerentur, qui publicè iura profiterētur, quod manifestè probatur ex inscriptione procemij. ff. in quo Imperator pręcipit formam, modum, & methodum docēdi, Nam scribitur epistola illa Theophilo, Dorotheo, Theodoro, Isidoro, Anatolio, Thallælæo, & Cratino antecessoribus. Sed omnem dubitationem submouent verba eius epistolæ, paulo post principium ibi. Sed cum vos, & omnes postea professores legitimę scientiæ constitutos etiā E F

Pandectæ florentinæ nō sunt Archetypæ.

A hoc oportuerat scire, quid, & in quibus tẽporibus tradi stu-
„ diosis necessariũ credamus, vt ex hoc optimi atque eruditis-
„ simi efficiantur, ideoque pręsentem diuinam orationẽ ad vos
„ præcipue faciendam existimauimus, quatenus tam pruden
„ tia vestra, quam cæteri antecessores, qui eãdem artem in omne
„ æuum exercere maluerint, nostris regulis obseruatis, incly-
„ tam viam eruditionis legitimę possint ambulare. Idem etiã
depręhendi potest ex verbis Iustiniani in.l.ij.C.de vete.iure
„ enucl. ibi Et Dorotheum virum illustrem & facundissimũ
„ antecessorem, quem in Berytiensium splendidissima ciuita
„ te leges discipulis tradentem, propter eius optimam opinio
„ nem & gloriã ad nos deduximus, participemque huius ope-
B ris fecimus. Et paulo post. Necnon & Cratinum virum illu
„ strem & Comitem sacrarum largitionum, & optimum ante
„ cessorem huius almę vrbis cõstitutum. Nam in vrbe Con-
stantinopolitana, & in oppido prædicto Berytensium iura
publicè docebantur, vt legitur in.§. Hæc autẽ tria in proœ.
ff. nec dissentio ab accuratissimo Haloandro eos dictos esse
à præeundo discipulos, & quasi porrecta manu in penetra-
lia iuris deducendo. Id enim significare verbum Græcum,
à quo deducit illa dictio Græca paredri clarissimum est. Est
ergo trãslatiuè formatum, & per metaphoram à pręeundo,
in quo significatu diximus paulo ante magistrum accipi eũ,
quem, vt exemplum sequimur in re aliqua.
C

Solertiam.

Populariter exposuit Accursius pro cautela & ingenij scientia: cautum et prudentem hominem dicimus, & qui rebus suis egregie prospicit, & solertem, perspicacem, & prudentem, Prisci dolum bonũ pro solertia accipiebant inquit Vlpia. in.l.i.ff.de dolo. Et Pręsidis solertiam pro prudentia accepit Imperator.in.l.i.C.si maior fact. aliena. ra. habue. Est enim solers, quasi totus ars. Cice. pro Roscio Camæ. Nam quo quisque est solertior & ingeniosior, hoc docet iracundius & laboriosius.

Ex multis rerum argumentis accepimus. D

Non recepimus, vt Accurſius, ſed intelleximus, cogno-uimus exponēdum eſt, quemadmodum frequentiſſimum eſt apud noſtros, Similis expoſitio eſt apud Paulum in.l.ſę-pe.ff.de verbo.ſignifi. Quæ gerantur accipies ex Pollione inquit Cice.ad Lentulum lib.j. Sed ſi te æquo animo ferre accipiet, negligentem feceris, Teren.in Andria.

Mandauimus ſpecialiter.

Rectius expoſuiſſet Accur. iniunximus, commiſimus, & pręcepimus: preſertim ex ſubſequētibus verbis noſtris ſua-ſionibus, Mando enim verbum eſt plerunq; precarium, E differtq; à verbo iubeo & præcipio, vt docet Imperator in l.ij.C.com.de lega.

Inſtitutiones componerent.

Quiſnam ſenex hęc deliramenta? Inſtitutiones dictas eſ-ſe, eo ꝙ in ſtatum Romani iuris noſtram erigunt intelligen-tiam? quaſi nō viderit Accur. ab inſtituendo dictas, queād-modum Quintilianus, oratorias inſtitutiones appellauit, ꝙ ſi bonorum ac Latinorum ſcriptorum monumenta non ita inſtituerant Accurſium, vt ab inſtituendo dictas inſtitutio-nes ignoraret, id tamen dicere poterat ex lege Conſtantini Imperatoris in.l.Medicos.C.de profeſſ. & medi.libro.x.ibi F
„ Mercedes autem eorum & ſalaria reddi iubemus, quò faci-
„ lius liberalibus ſtudijs & memoratis artibus multos inſti-
„ tuant. Et clarius ex verbis eiuſdem Iuſtiniani in.§.Itaq; in
„ procę.ff. Itaq; (inquit) cum dubio procul neceſſe ſit inſtitū-
tiones in omnibus ſtudijs primum ſibi vendicare locum, vt
„ potè prima veſtigia cuiuſq; ſcientiæ mediocriter tradentes.
„ Cice.de natu.Deo. Complures Gręcis inſtitutionibus erū-
„ diti, ea, quę didicerant cum ſuis ciuibus, communicare non
„ poterant, & lib.j.offi. Omnis quę à ratione ſuſcipitur de ali-
„ qua re inſtitutio, debet à definitione proficiſci, vt intelliga-
„ tur quid ſit id, de quo diſputetur. Differt autē inſtitutio ab

A institutis, quia instituta, mores sunt consilio & ratione instituti, institutiones verò præceptiones, quibus instituuntur et docentur homines, quomodo hîc accipies, quamuis Cælius Rhodiginus lib. xviij. cap. xix. ea etiam voluit instituta dici quæ sunt principum institutiones, quæ non ad optimum illum legis scopum certa ratione nos non dirigant, quæ quasi legis nomine indigna sint, sacro illo legis nomine priuata, potiusq; decreta & edicta nuncupentur, quod non vsque quaq; probauerim.

Non ab antiquis fabulis.

B Theophilus hîc antiquas fabulas intellexit leges illas, quæ olim obtinebãt, nunc verò ab vsu reiectæ & antiquatæ sunt, ita enim vertit hunc locum parafrasticè, vt solet, Nam qui ea legunt, quæ olim obtinebãt, & nunc ab vsu reiecta sunt, similes videntur ijs, qui in fabulas incidere, pfecto, si vt quidam existimarunt, quibus ego non assentior, Theophilus ille vnus ex tribus fuit, quibus horum librorum compositio cõmissa fuit à Iustiniano, durum esset sentire diuersa ab eo, sed hoc à veritate penitus alienum est, vt ex hoc ipso Institutionum procemio diligens lector facilè animaduerteret. Non tamen displicet interpretatio Ferrarij fuisse fabulas appellatas prima illa legum exercitamenta, fabulosa fortasse, C vt in oratoria videmus, quæ cognata est iuris scientiæ s*m* Quintilianum lib. iij. Potes fabulas etiam interpretari adulterinam illam doctrinam, quæ solebat olim doceri, vt inquit Iustinianus in. §. Hæc tria. in proœ. Digestorum.

Nihil inutile, nihilq; perperam positum.

Nihil quod in causis decidendis non seruetur, nihil non suo loco, nihil prauè aut peruersè, ita enim fieri mandauit Iustinianus in. §. Ita tamen, in proœ. Digestorum. Quid. n. hæc cum animo aut auribus, vt distinguit Accur. cuius secunda interpretatio magis accedit veritati.

Sed quod in ipsis rerum obtinet argumentis. D

In ipsa rei veritate exponit Accursius, vel in ijs, quæ quotidie possunt emergere, nō autem ea, quæ insolita sunt, quę leges non curant. Ego verò sensum huius loci hunc esse puto; pollicetur his verbis Iustinianus ita legum cunabula se iuuenibus traditurum, vt nihil inutile, nihil superfluum eis discendum sit, cum ea, quæ in his libris redigentur, seruentur in ipsis rerum argumentis.i. speciebus ac casibus, Cum hîc nouissimas decidendorum casuum regulas non correctas, aut quæ vsu quasi sint obliteratæ & abrogatæ, doceat Imperator. Accipit enim verbum obtinere pro seruari, vt expressius paulo post ibi, in quibus breuiter expositum est E & quod antea obtinebat, et quod postea desuetudine inumbratum. Id palàm quoq; fit ex verbis Iustiniani in.l.ij.C.de vete.iur.enucle.dum loquitur de his Institutionibus ibi. Et rebus, quæ in præsenti æuo vertuntur, consentaneum inueniatur. Argumēta autem species propositas appellat iuxta declarationem Quintiliani lib.v.ca.x. Theophilus, sed qđ in ipsa rerum obtinet experientia dixit quasi rerum vsu.

Vix post quadriennium prioribus contingebat.

Mirandum est, ꝙ Theophilus hîc, vix post trium annorum tempora dixerit, cum quinto anno scholares (ante has Institutiones conditas) legere inciperent primi Codicis cōstitu F tiones, quo tempore prolytæ nuncupātur. §. Duabus alijs. in proœ.ff. & hoc est, quod sentit Iustinianus, quicquid hîc de antiquis Institutionibus arioletur Accursius.

Constitutiones imperatorias.

De constitutionibus primi Codicis intelligendus est hic locus, non de institutionibus, vt sentit Accur. sicut proximè diximus.

A primordio ingrediamini.

Bellissimè exponit Accursius Imperatorem hoc in loco

A nobis adulari & assentari, quod scilicet tantundem profecturi sint primo anno iuuenes, quantum olim quadriennio faciebant: ridicula expositio & indigna ingenio Accursii, sensus est. Cum olim vix post quadriennium vobis contingeret constitutiones Imperatorias legere, quia quinto anno incipere solebant legere constitutiones primi Codicis. §. Duabus aliis. in prooe. ff. hodie compositis institutionibus fiet, vt primo statim anno legantur hæ institutiones, quæ inter Imperatorias constitutiones numerantur, ac finis etiam studiorum in lectione constitutionum Imperialium, quę in Codice erunt, conquiescet.

B Tantaque reperti felicitate.

Tantam assecuti felicitatem vertit Theophilus, ego libētius reperta legerem, alij referti.

Vt initium vobis & finis legum.

Inepte referunt Angelus & alij hic ad ipsam scientiam legalem, quæ cum infinita sit, vt omnis scientia, quæ supponitur Ethicæ, non potest dici eam nec principium, nec finem habere, Natura enim hoc inductum est, vt plura sint negocia, quam vocabula, vt inquit Vlpianus in. l. Natura. ff. de præ-C scrip. ver. & Iulianus in. l. Non possunt. ff. de legi. inquit, nō posse singulos articulos comprehendi. Verba enim referēda sunt ad ipsam eruditionem, Statuta enim methodus est & ordo in docendo, cuius principium est in his institutionibus Iustiniani, quę, vt dixi, ab ipso principe vim legum obtinuerunt, finis autem in ipsis Codicis constitutionibus positus est. Apertius hic Theophilus, cum inquit, Nam & pręsens volumen ab Imperatoria voce componitur, quod veluti prooemium est, atque incunabula legalis disciplinæ continet, & perlecta veteris iuris interpretatione, necesse est eū, qui in iure nauat operam, legendis principum constitutionibus accingi.

.§. Igitur post libros quinquaginta Digestorum, seu D.
„ Pandectarum, in quibus omne ius antiquum colle-
„ ctum est, quos per eundem virum excelsum Tribo-
„ nianum, necnon & cæteros viros illustres, & facun-
„ dissimos confecimus: in hos quatuor libros easdem
„ Institutiones partiri iussimus, vt sint totius legitimæ
„ scientiæ prima elementa: in quibus breuiter exposi-
„ tum est, & quod antea obtinebat, & quod postea
„ desuetudine inumbratum, ab Imperiali
„ remedio illuminatum est.

E

Post libros quinquaginta Digestorum, seu Pandectarum.

Digestorum, seu Pandectarum nomen in his iuris ciuilis scientiæ libris nouum non fuisse, hinc facile ostendi potest, quòd Saluius Iulianus nonagintanouem libros Digestorũ scripsit. Alphenus libros. xl. P. Iubentius Celsus libros xxxix. Vlpius Marcellus. xxxi. Serbidius Scæuola. xl. Herennius autẽ Modestinus libros. xij. Pandectarum scripsit. Huius verò inscriptionis rationem affert idem Iustinianus in epistola sua ad senatum, & oẽs populos, quę hodie secunda est in titulo de vet. iur. enucl. Nomen (inquit) libris im- F
„ posuimus Digestorum, seu Pandectarũ, quia omnes dispu-
„ tationes ac decisiones in se habẽt legitimas, & quod vndiq;
„ fuit collectum, hoc in sinus suos receperunt. Est enim propriè digerere ordinare diuidendo, quo verbo vsus est Cicero, cum egit de iure ciuili tractando libro de Oratore, cum inquit, Siquis omne ius ciuile in genera digerat, quæ per pauca sunt. Et in Verrem. Habeo & istius patris eius accepti tabulas, quas diligentissimè legi, atq; digessi. Hunc titulum irridet Plinius in proœ. natu. histo. A. Gell. libro vlti. Sunt qui libros suos Pandectas. i. omnium receptacula inscripserunt, & lib. xij. cap. vlt. Tullius Tiro Ciceronis libertus

A tus libros de varijs & promiscuis quæstionibus apposuit, quos Græco vocabulo pandectas.i.promiscua & multifaria continentes inscripsit, tanquam omne rerum, ac doctrinarū genus continentes. Dictæ aūt sunt pandectæ à πᾶν omne, & δέχομαι capio vel suscipio, non vt Accur.existimauit hoc in loco, & in prooe.ff. Ab hac denominatione fluxisse credidit Alciatus noster libro Dispunc.iij.cap.xij. quod cum volumus libros hos significare, duplici digammate vtimur hoc modo.ff.putat enim hac olim nota scribi solere π̄, quo factum sit, vt linea ducta facta sit vulgaris illa nota.ff. Quāuis hęc ad aliquam coniecturam faciendam sufficiant, ea tamē magis grauis illius & ingeniosi viri egregiam perspicaciam B olere puto, quàm veritatem. Vidi enim aliquando antiquissima quędam monumēta, nomine Irnerij inscripta, quibus ita operis nomē inscribebatur Dig. in alijs vidi ita scriptum dd.& accuratus Spieg.in suo lexico testatus est penes se habere fragmenta quædam de pignoribus, de successione ab intestato, de peculio Græcè scripta, quibus alijs Græcis notis & liber, & titulus, & caput legis, & quem nostri paragraphum appellant, demonstrantur & significantur.

Et cæteros viros illustres & facundiss.

Ad hos pandectarum libros componendos, seu consarcinandos vocatus inprimis fuit Constantinus Comes sacra- C rum largitionum, & magister scrinij libellorum, & sacrarū cognitionum Theophilus antecessor Constantinopoli iura publicè docens, Dorotheus antecessor, & Anatolius, qui in Berythensi ciuitate pariter profitebantur iura, Cratinus Comes sacrarum largitionum, & Constantinopoli docens, Stephanus, Moena, Prosdocius, Eutolmius, Timotheus, Leonides, Leontius, Plato, Iacobus, Constātinus, Ioannes, patroni causarum Præfecturæ orientalis. Hi sunt, quos cæteros viros illustres & facundissimos appellat.

Easdem institutiones.

Accursius exponit.i.eadem instituta, quam expositionē

meritò damnat Valla lib. iiij. cap. xi. de quo superius abundè scriptum fuit. D

Vt sint totius legitimę scientię prima elementa.

Malè exponit Accur. vt quemadmodum singula ex vi quatuor elementorum gubernantur, vt ille inquit, ita hic liber omnia iura cōplectitur, Nam hic elemēta prima appellauit Iustinianus. i. principia totius legitimæ scientiæ, prout fusius hanc sententiam explicat idem Iustinianus in. l. ij. C.
„ de vete. iur. enucle. eius verba sunt. Mandauimus. s. Tribo-
„ niano, Theophilo, & Dorotheo, quatenus libris, quos vete-
„ res composuerunt, qui prima legum argumenta contine-
„ bant, & Institutiones vocabātur, vndiq; separatim collectis E
„ quicquid ex ijs vtile & aptissimum, & vndiq; elimatum, &
„ rebus, quæ in præsenti æuo vertuntur, consentaneum inue-
„ niatur, hoc & capere studeant, & quatuor libris imponere,
„ & totius eruditionis prima fundamēta atq; elementa pone-
„ re, qbus iuuenes suffulti, possint grauiora & perfectiora scita legum sustentare. Elementa ergo vocauit principia huius scientiæ, & prima quædam rudimēta. Sunt enim Plinio autore elementa dicta quasi eleuamenta, eò q ex ipsis cætera originem sumant, initia videlicet & fundamenta creaturarum. Hac translatione vsus est Cicero in Topicis. His igi-
„ tur locis (inquit) qui sunt expositi ad omne argumētum re-
„ periendum, tanquā elementis quibusdam significatio & de- F
„ monstratio datur. Quo in loco Boetius dicit, Omne elemē-
„ tum principium esse eius rei, cuius elementum esse perpen-
„ dit. Nam eius, quod ex elementis fit, ipsa elementa necesse est loco principij esse, & quoniam loci argumentorum quędam quasi principia sunt, cum ipsi argumenta contineant, necesse est, vt quod continet sit principium eius, quod continetur. Iccirco ait Cicero Veluti quædam argumentorum elementa videri locos illos, ideo cautè adiecit quædā quasi elementa, cum non verè elementa, sed similitudo quædam elementorum sint hi loci, qui in argumentis efficiendis sumuntur, iccirco quoniam argumentorum quædam viden-

A tur principia esse, alioquin elementum omne, minima pars eius est, quod elemẽtum est, & id, quod ex elementis efficitur, partis vice coniungit, vt literæ orationẽ. Hæc Boetius. Dictæ sunt enim literæ elementa, ꝙ sint orationis principia quædam, ex quibus primum syllabæ, ex syllabis dictiones, ex dictionibus orationes conficiantᷓ. Credo equidem Imperatorem Iustinianum sensisse in partitione institutionum, vt postea quàm prima erant futura principia & elemẽta huius scientiæ, partirentur in quatuor libros, vt quemadmodum natura ipsa principia omnia rerum in quatuor elementa partita est, eodem modo principia huius legalis scientię, ad imitationem naturæ, in quatuor libros partitus sit.

B Et quod antea obtinebat, & quod postea.

Erat in vsu, & nunc desijt exponit Accur. apertius idem » Iustinianus in.l.ij.C.de vete.iur.enucle. Admonuimus etiã » (inquit) eos, vt memores etiam sint nostrarum constitutio» num, quas pro emendatione iuris promulgauimus, & in cõ» fectione institutionum, eandem etiam emẽdationem pone» re non morentᷓ, vt sit manifestum, & quid antea vacillabat, & quid postea in stabilitatẽ redactum est. Ego obtinebat dictum, puto pro eo, qđ obseruabatur, vel in vsu erat, vt superius dictũ fuit ibi, sed quod in ipsis reꝝ obtinet argumentis.

C

» §. Quas ex omnibus antiquorum Institutionibus,
» & præcipue ex cõmentarijs Caij nostri tam Institu-
» tionum, ꝙ rerum quotidianarum, alijsꝙ multis com
» mentarijs compositas, cum tres viri prudentes præ-
» dicti nobis obtulerunt: & legimus, & recognoui-
» mus, & plenissimum nostrarum constitutio-
» num robur eis acommodauimus.

Quas ex omnibus antiquorum Institutionibus.

Ex antiquis Institutionibus composuerunt Florentinus,

Caius, Vlpianus, Paulus, Callistratus, Martianus, qui Institutionum libros sexdecim composuit. D

Et præcipue ex commentarijs Caij nostri tam institutionum, q̃ rerum quotidianarum.

Quinam hic Caius fuerit, qui solo tantum prænomine cognoscatur, ita in incerto est, vt temerarium videat̃ affirmare quid sentias, presertim Iustiniano suum Caium appellante, vt contra Riuallium differit Rutilius. Illud clarissimum est non fuisse familiarem Iustiniani, vt multi existimarunt, quod hoc in loco, & in §. Item lex Cornelia de sicarijs. ĵ. de publi. iudi. & in. §. Et antea. in procæ. ff. vocet eum Caium nostrum, nam & Caium nostrum vocat cum Pomponius in. l. Cum seruus. ff. de stipul. seruo. quem constat fuisse sub Alexandro, & discipulum Papiniani, id quod etiam deprehenditur ex. l. i. de respon. prud. in Codice Theodosiano, vbi Theodosius scripta eius approbat. Pomponius in. l. ij. §. Seruius. ff. de orig. iur. Titum Caium discipulum Seruij Sulpitij refert, sed eum nõ esse, neq; etiam Caium Cassium docet Antonius Augustinus lib. j. emenda. cap. v. Illud tamen in hoc mirum est, q inter modos legitimos manumissionis, quibus manumissi fiebant ciues Romani, manumissionis in ecclesia modum recenset, qui à Constantino videt̃ inductus in. l. i. & ij. C. de ijs, qui in eccle. manu. nisi forsan qui in epitomen Caij institutiones redegit, hoc admiserit, quocirca & plures huius nominis fuisse sunt qui existiment. Quisquis ille fuerit, institutionum libros composuit, vt ex hoc loco & q̃plurimis earum fragmentis, in Pandectarum voluminibus sparsis, facilè cognosci põt. Alij duos tantum libros institutionum composuisse dicunt, alij tres. Boetius priorem & posteriorem librum Caij institutionum citat. Circunfertur libellus sub titulo institutionum Caij, in quo duo tantum libri conscripti sunt, Eas tamen Caij institutiones nõ esse arbitror, q videam Boetium lib. iij. Topicorum citare primum librum institutionum Caij de nexu faciẽdo, qui tamen tractatus in vulgato illo libro institutionum Caij E F

non

A non reperitur. Refert preterea Boetius lib.iij. Topicorum verba Caij in suis institutionibus de emancipatione: quæ si conferantur cum ijs, quæ in his institutionibus posita sunt sub titulo sexto, apparebit has nullo modo Caij institutiões esse. Idem quoq; depræhendi potest, dum eodem loco Boetius citat Caium lib.ij. ad declaratione cessionis, quæ declaratio in illis institutionum libris non inuenitur. Præterea si conferas quæ priore libro harum institutionum posita sunt sub titulo.iij. de iure personarum, cum.l.i.ff. de ijs qui sunt sui vel alie.iur. cuius verba sunt sumpta ex libro primo institutionum Caij, idem senties. Verba insuper in eisdẽ institutionibus posita sub titulo de adoptionibus non cõueniunt

B cum.l.ij.ff. de adoptio. quæ sumpta est ex priore libro institutionum Caij. Idem diiudicaturum spero, siquis conferat l.i.ff. de testa.tute. quæ Caij est ex lib.j. institutionum, cum verbis positis in dictis institutionibus sub titulo de tutelis. His ego argumẽtis censeo illas institutiones Caij non esse, sed potius quædã summula (vt aiunt) & epitome. At dum de libro rerum quotidianarum Caij meminit Imperator, male exposuit Accursius, quasi liber esset, quo, rerum, quæ quotidie à magistratibus gerendæ essent, compendium quoddam haberetur ac formula. Composuit enim Caius libros septem rerum quotidianarum seu aureorum, ita enim

C appellauit. Credo ego his libris Caium ea prosecutum fuisse, quæ quotidie & frequentius in cõtrouersiam venire poterant, quod suadet verbum aureorum.

Et plenissimum nostrarum constitutionum robur eis accommodauimus.

Accõmodauimus, dedimus, tribuimus, dixit Iustinianus, Gordianus in hoc significatu accepit in.l.siqua.C.fami.hercisc. Si qua (inquit) fideicommissorum petitio inter cohęredes consistat. Prætor, vel Præses prouinciæ eius rei disceptator constitutus, vel iudex familiæ herciscundæ iudicio aditus, vt voluntas testatricis seruetur, suas partes accommodare debet.i.impartiri.

" §. SVMMA ITAQVE OPE, ET ALA- D
" cri ſtudio has leges noſtras accipite: & voſmet-
" ipſos ſic eruditos oſtendite, vt ſpes vos pul-
" cherrima foueat, toto legitimo opere per
" lecto, poſſe etiam noſtram rempub.
" in partibus eius vobis creden-
dis gubernari.

Summa itaq; ope, & alacri ſtudio
has leges noſtras accipite.

E

Puto ego verbum accipite hoc in loco non ſuſcipite, aut recipite ſignificare, ſed percipite & intelligite. Verba enim illa ſumma ope aliâs ineptè ponerentur, ſicut & ineptè illa refert Accur. ad corpus. Cicero in Verrē. Sed quoniam accipio ipſe oculis atq; animo ſenſum hunc verè apud nos, vt potero planiſſimè exponam. & ad Atti. Omni ope & opera enitar. i. omni animi & ingenij vi, prout & in hoc loco accipiendum cenſeo.

Et voſmetipſos ſic eruditos oſtendite.

F

Quid hæc ad mores? vt Accurſius noctuabundus forſan comminiſcitur? planè igitur intelligas, oſtendite vos ita doctos, & doctrina, ac huiuſcemodi legum ſcientia excultos, ſicuti cum Cicero de Oratore inquit. Homo omnium iuris ciuilis diſciplina eruditiſſimus.

Vt ſpes vos pulcherrima foueat.

Non vt de vobis ſpem concitetis, vt Accur. ſed vt vos iuuenes, ad quos Imperator hanc epiſtolā ſcribit, optimam ſpem concipiatis, rempub. noſtram perfecto ſtudio poſſe a vobis gubernari.

A In partibus eius vobis credendis.

Vacillat Accur. in expositione horum verborum, quorum sensus planissimus est, in partibus. s. quæ vobis ab Imperatore credētur, Cic. in Verrem. Mihi (inquit) honorem
" illum non solum datum, sed etiam creditum ac commissum
" puto. Et pro domo sua. Vt omnia vestræ sapientiæ, fidei, po
" testatiq; commissa, creditaq; esse videantur.

De iustitia & iure. Rubrica.

IVRIS definitionem, & an a iustitia descendat, & quomodo, & an ius executio iustitiæ sit, vt Ac
B cursius existimauit, vel iustitia potius executio iuris sit per voluntatem ad honesta opera prodeuntem, fusius & opportunius tractatum est a nobis in. l. i. ff. de iusti. & iu. Profitemur enim modò nos ea tantum admonere, quæ necessaria sunt iuuenibus ad horum librorū vim percipiendā, vt leuioribus his instructi, quasi lacte quodā, vt Paulus inquit, solidiori mox cibo possint assuescere.

" §. IVSTITIA EST CONSTANS ET
" perpetua voluntas, ius suum vnicuiq; tribuens. Iuris
" prudētia est, diuinarum atq; humanarum rerum no
" titia, iusti atq; iniusti scientia.

C Iustitia est constans ratio.

Duas esse iustitias, vniuersalem. s. illam, quæ omnes virtutes continet, & particularem, illam. s. quæ vna virtutum est, nemo est qui nesciat. Vniuersalis quidem illa virtus est absoluta & perfecta, domina & regina virtutum, qua neq; hesperus, neq; lucifer maiorem excitat admirationem, ex quo Aristo. v. lib. Ethi. factum esse tritum sermone prouerbium inquit, Iustitiam vnam reliquas omnes virtutes, quæ scilicet ad mores pertinent, continere. Quę iccirco perfecta est, q in ea insit vsus virtutis vndiq; perfectæ, & qui ea præ-

ditus est, non in se solum virtutẽ exerceat, sed in alios etiã, D
Curat enim hæc aliorum res, aliorum commodis, vel princi
pis vel reipub. seruit, & ob id optimus existimatur iustus, ꝙ
virtutem non modo ad suam, sed suorum & aliorum etiam
vtilitatem referat, Quare alienum bonum dictam esse iusti-
tiam legimus, ꝙ alterius boni rationem habeat, humanæꝗ́
societatis bonum respiciat, atꝗ in illud tanꝗ in vnicum sco
pum collimet. Est quidem interna quædam iustitia, quę ex-
ternę causa est, quam optimè Plato intellexit, cum voluit
neminem iniuriam pati, omnes iniuriam facere. Pars autẽ
illa virtutis, quæ iustitia appellatur, ea est, quam hic definit
Iustinianus, quę in hoc differt ab vniuersali, quia finis huius
est seruare æquitatem erga omnes priuatim, quod etiã non E
bonus vir facere posset, qui iuris peritus esset. Vniuersalis
autem illa iustitia bonum virum exigit, quinimò & illum,
qui in se omnes virtutes complectatur. Hic autem partem
hanc virtutis, quæ iustitia appellatur, definire cõuenit, quia
cum ordiatur Imperator docere elementa iuris ciuilis scien
tiæ, de ea iustitia tractandum fuerat, pro qua tuenda leges
inuentæ sunt, vt certa esset viuendi disciplina. Apud maio-
res nostros (inquit Cicero) fruendæ iustitiæ causa videntur
olim bene morati Reges constituti, Nam cum premeretur
initio multitudo ab ĳs, qui maiores opes habebant, ad vnũ
aliquem confugiebant virtute præstantem, qui cum prohi-
beret iniuria tenuiores æquitate cõstituenda summos cum F
infimis pari iure retinebat, eademꝗ constituendarum legũ
causa fuit, quæ Regum fuerat. Est ergo iustitia hęc cõstans
& perpetua voluntas, quæ. s. certo mentis iudicio regitur,
Mens enim certam ac perpetuã vim iustitiæ naturalem re-
tinet, etiam dum homo ipse labitur, cui, dum volũtas paret,
iuste agere non dubitamus. Voluntas ergo illa constans &
perpetua iustitia est, nõ actus. Si igitur ad tempus voluntas
hęc operari vellet, nec iusta esset, vt declarat sanctus Do-
ctor in secũda secundę. q. lviij. arti. j. Dum ergo homo deci
dit ab hac voluntate, dum abest, iustus non est, qui si ean-
dem constantem voluntatem iterum induat, volens quan-
tum in

A tum in eo est iustè agere perpetuò, tunc iustus est, Qua in re ridendus est Rodulphus Agricola, qui lib. ij. de inuentione Dialectica repręhendens hanc definitionem, Vlpianum, q̄ illius fuerit in. l. Iustitia. ff. de iusti. & iur. excusat, q̄ varijs multiplicibusq́ occupationibus distentus, otium nō habuerit suis inuentis poliendis, cuius inconsyderatissimam temeritatem retudit doctissimus Alciatus libro. j. parergon iuris cap. xxxi. ex Cicerone & Aristotele. Id enim spectasse videtur Vlpianus, vt iustitiam voluerit esse habitum illum in voluntate situm, contractum studio, ac iam cōstante & permanente factum, ad eligēdum quod bonum est, & vnicuiq; tribuēdum quod suum est. Huc pertinet imago huius iustitię,
B quam Chrysippus finxit, forma ac filo virginali, aspectu vehementi & formidabili, oculis acribus, neq; humilis neq; atrocis, sed reuerendæ cuiusdam tristitię dignitate. Constantis enim voluntatis incorruptæ & perpetuæ imaginem vides, dum incorruptum, atq; inexorabilem, atq; oculatissimum hominem pinxit, vt latius interpretatur Au. Gellius lib. xiiij. cap. iiij. Virgo iustitia est prognata Ioue, inquit Hesiodus, virgo, q̄ iudicē esse deceat purum & integrum, cuius virginitas symbolum est, Iouis autem filia, quia Homothetes sit veluti princeps, Imperatorq́ vniuersorum. Cice. pro Cecinna, eam esse iustitiam voluit, quæ neq; potentia frangi, neq; gratia inflecti, neq; pecunia corrumpi possit.
C Hanc Plato lib. ix. de legibus, iustitiam omnium speculatricem atq; vindicem appellat, & ita dici à priscis sacerdotibus tradit, Quare tritum iam sermone prouerbium inualuit in versipelles & vafros, ipsos etiam oculos solis et iustitię facilè frustrari posse. Callistratus in. l. obseruandum. ff. de offi. Pręsi. huc respiciens ita inquit, instruens Præsidem. Sed & in cognoscendo, neq; excandescere aduersus eos, quos malos putat, neq; precibus calamitosorum illachrymari oportet. Id enim non est constantis & recti iudicis, cuius animi motū vultus detegit. Audis constantiā iudicis. Hoc, apertius docet exemplum illud ridiculum Plutarchi iubentis seruum verberari, quod est apud Au. Gellium cap. vlt. libri

primi, Quin & huc pertinere pōt præcipua illa iustitiæ laus, D
vt apud Pythagoricos per octonarium numerum significe
tur. Cum enim sit stabilis & constans voluntas, solidū & ve
rum ciuitatum fundamentum, iustè per illum numerum de
scripta est, qui & solidorum primus est, primusq́; omnium
soluitur in numeros pariter pares, hoc est in bis quaternos,
qui etiam in numeros pariter pares diuidantur, videlicet in
bis binos, rursusq́;, qua æqualitate resoluitur, eadem conte
xitur, nam bis bini, bis octanarium constituunt, vnde fluxit
Orphei iusiurādum, quod ad alios postea propagatum est,
per numina octo iurantis, quoties diuinam vellet obtestari
iustitiam. Est ergo iustitia constans & perpetua volūtas (vt
dixi) ius suum vnicuiq; tribuens: cōmutatiua, seruando in E
commutatione rerum ęqualitatem: distributiua, in personis
ordinandis, aut deligendis, vt.s. vnicuiq; aptæ mandentur
functiones. Quàm vanæ sint Accursii & aliorum discepta-
tiones, optimè nūc cognosces, vides hic, quam iustitiā defi-
niat Iustinianus. Quid enim absurdius, quàm tractaturum
iura populi Romani definire iustitiam diuinam? quam quis
assequitur? Ea enim inaccessibilis est secūdum Origenem,
& ex fide & fiducia in Christum Iesum constat, cum nulla
alia sit diuina iustitia seiuncta & separata ab humana, quàm
illa, quam docet nos Euangelium. Hic enim locus accipien
dus est de humana iustitia, & quæ pertinet ad mores ciuilis
huius vitæ formandos, nostra hęc humana distribuens. Vi- F
des an abijcienda sint ex definitione verba illa constans &
perpetua, vt sensit Accursius? vides an & quo ad actum in-
telligi debeat suum vnicuiq; tribuere, & an honestas vitæ
in hac iustitia quantum ad subiectum exigatur? Hanc ean-
dem rem satis explicat Piso Academicus apud Ciceronem
„ lib. v. de finibus in hæc verba. In omni autē honesto, quod
„ per se expetendum dicimus, nihil tam illustre, nec quod la-
„ tius pateat, q̃ coniunctio inter homines, & quasi quædam
„ societas & communicatio vtilitatum, & ipsa charitas huma
„ ni generis, quę nata à primo satu, quo à procreatoribus na-
„ ti diliguntur, & tota domus coniugio & stirpe coniungitur,

A serpit sensim foras, cognationibus primum, tum affinitati-
,, bus, deinde amicitijs, post in ciuitatibus cum ciuibus, & ijs,
,, qui publicè socij atque amici sunt, deinde totius cõplexu gen
,, tis humanæ. Quæ animi affectio suum cuique tribuens, atque
hanc, quã dico societatem coniunctionis humanę munificè & æquè tuens iustitia dicitur. Illud admonuisse velim, quòd queadmodum velle tribuere differt à tribuendo. l. qui pecuniam. ff. si cer. peta. ita iustitia quæ est voluntas tribuens differt ab ea. quæ est voluntas tribuendi, quod latius. in li. ff. eo. tit. explicatum à nobis est. Dictam autem iustitiam esse hinc facile coniectari licet, autore Alciato, quod vis omnis per eam sistatur, quia iusti dies dicti sunt. xxx. illi dies, qui iudi-
B catis dabantur, quia interim omnis executio suspẽderetur, fieretque cessatio iuris. Dicebãtur etiam iusti dies. xxx. cum exercitus imperaretur, autore Festo, & vexillum in arce poneretur ruffi coloris, quasi interim omnis vis sisteretur. Ego non nihil ab Alciato dissentio, iustos enim dies dictos existimo eò, quod illis durantibus ius staret, sicuti iustitium dicimus, quasi iuris statio & inhibitio. Erat enim tempus illud, quo nec lege agi poterat, idque autoritate Au. Gellij lib. xx. ca. j. Iudicatis (inquit) triginta dies sunt dati conquirendæ pecuniæ causa, quam dissoluerent, eosque dies Decemuiri iustos appellauerunt, velut quoddam iustitium. i. iuris inter eos, quasi interstitionem quandam & cessationem, quibus die-
C bus nihil cum his agi iure posset. Præterea constat iustitiam sicuti lętitiam, tristitiam, amicitiam ductam esse à genitiuo sui adiectiui, iustus iusti, his additis literis (tia) quemadmodum etiam in auaritia, & męstitia videmus factum, Nã quomodo vis iustitiæ vocabulo insit, nisi per contrariam literæ transpositionem, vt dicit Alciatus, non video: sed verbum sistendi in iustitia non reperio. Iustitiam itaque censeo vel primitiuum nomen, vel à iusto dictam. Est enim iustitia legis & iuris finis quidam, iustum autem à iure quasi quod secundum ius sit, id quod voluit Augu. in psal. 145. dum interpretatur verba illa, facit iudicium iniuriam patientibus, ius autem non à iustitia, si simpliciter ius sumamus, sed à iussu per

apocopen, cum ita sumptum nihil aliud sit, q̃ q; sequi aut vitari natura iubet. Et hinc Chrysippus diuinarũ & humanarum regum reginam legem facienda quidem iubere, rursus, non facienda prohibere dixit, quamuis hoc repugnare videatur verbis Vlpiani in.l.i.ff.de iusti.& iur. dum vult ius à iustitia appellari, Id tamen verissimum arbitror, cum ibi nõ de eo iure, sed de arte boni & æqui loquatur, vt ibi fusius diximus, quamuis non desint qui ad aliam quãdam iustitiam naturalem referant, de quo alias. Eam tamen deriuationem pulchrè & ingeniosè (vt semper) defendit Alciatus lib.j. parergon iuris cap.xxix. D

Iurisprudentia est diuinarum &c.

Eisdem ferè verbis sapientiam describit Cicero libro.ij. Tuscul. Sapientia est diuinarum & humanarũ rerum scientia, cognitioq́, quę causa cuiusq; rei sit. Et lib.i.offi. Sapientia est (vt à veteribus Philosophis definitum est.) rerum diuinarũ, humanarum, causarumq́, quibus hæc res continentur scientia. Eam quidẽ voluerunt esse artem boni & æqui, quod nequaq̃ probare possum, si artem pro præceptorum collectione accipimus, Ius est ars boni & æqui, dixit Vlpianus in.l.i.ff.de iusti.& iur. Sed interim subdubitationẽ Accursii dispicias, ne non dictio scientia nominatiui casus vel ablatiui sit, cũ nihil vetet, quin punctus loco copulę vtrũq; verbum coniungat, Sed lepida magis quæstio est, an oporteat Theologiam iuris prudentem scire, & quid diuinarum rerum cognoscere debeat iuris prudens, quasi non ad eam iuris publici partem verba illa referẽda sint, quę in sacris & sacerdotibus cõsistit, vt docet Vlpianus in.d.l.i. Publicum (inquit) ius in sacris, sacerdotibus, & magistratibus consistit, quamuis non desint Philosophi, qui ius diuinum accipiant pro eo iure, quod diuinitus animis nostris insculptum est: non igitur diuinarum notitiam rerum profitebitur iuris consultus, prout euangelium docet, sed quatenus externis ritibus diuinæ res inter homines tractãtur, Id in vniuersum intelligas necesse est, Vlpianum, cum dixit Iurisprudẽtiam E F

A esse diuinarum atque humanarum rerum notitiam, respexisse materiam illam, circa quam ea versatur, Quia tamē non simpliciter illam materiam perscrutatur ac prosequitur, sed quatenus in rebus humanis, qd iure aut iniuria fieri potest, içcirco addidit iusti, atque iniusti scientia, quę quidē, per se magna est, & quæ in pretio habenda sit, si ea non abutantur homines ad iniuriā & auaritiam. Ea enim iurisprudentia tunc suboritur, quā Epicurus inter malas artes annumerauit, & κακοτεχνίαν appellauit Ctesias suasionis opificem, ob quam Claudius (autore Trāquillo in eius vita) iussit, vt quisque sine patrono vitæ suę rationē redderet, Sed ea vera iurisprudentia est, quā Tubero professus est, vt est apud Pompo. in. l. ij. B ff. de orig. iur. qui à causis agēdis, ad iuris ciuilis philosophiā se conuertit, & huic Tuberoni similes feliciter (vt Zeno inquit) naufragium passi, vt philosophentur.

» §. HIS IGITVR GENERALITER
» cognitis, & incipientibus nobis exponere iura popu-
» li Romani: ita maxime videntur posse tradi commo
» dissimè, si primò leui ac simplici via, post deindè, di
» ligentissima atque exactissima interpretatione singula
» tradātur. Alioqui si statim ab initio rudem adhuc &
C infirmum animum studiosi, multitudine ac varietate
» rerum onerauerimus: duorum alterum, aut deserto-
» rem studiorum efficiemus, aut cum magno labore
» sæpè etiam cum diffidentia, (quæ plerunque iuuenes
» auertit) serius ad id perducemus, ad quod leuiore via
» ductus, sine magno labore, & sine vlla diffidentia
» maturius perduci potuisset.

His igitur generaliter cognitis.

Exigebat ratio quædam methodica, vt quomodo ad docendum ius ciuile progredi vellet Imperator, paucis exor-

diretur. Non enim illi Ciceronis sententiæ subscribendum D est, qua iuris ciuilis scientiã, vti minimè difficilem tridui studio contineri dixit. Illud enim effecit, vt causæ subiectæ, & personæ decoro inseruiret, dum vel eloquẽtiæ maiestatem extollere, vel Seruij Sulpitij autoritatẽ eleuare conatus est. Idem enim Cicero cognitioni iuris ciuilis (alibi docens) tm̃ tribuit difficultatis, vt oratoriam eius partem esse voluerit. Quare optimè Iustinianus monet docentes, vt primò leuia doceant, mox difficiliora, grauissimas suæ sententiæ causas & rationes adducens, cuius opinionis fuisse etiã Quintilianum subiecta verba indicant. Is in proœmio. viij. libri ita inquit. His ferè, quæ in proximos quinque libros collata
" sunt rem inueniẽdi, atq; inuenta disponendi continere, quã E
" vt priores numeros penitus cognoscere ad summam scien-
" tiæ necessarium est, ita incipientibus, breuius ac simplicius
" tradi magis cõuenit. Aut enim difficultate institutionis tam
" numerosæ atq; perplexæ deterreri solent, aut eo tempore,
" quo præcipuè colenda ingenia, atq; indulgentia quadã nu-
" triendi sunt, asperiorum tractatu rerum atterunt, aut si hæc
" sola didicerint, satis se ad eloquẽtiam instructos arbitrãtur,
" aut quasi ad certas dicendi leges alligati, conatum omnem
" reformidãt, vnde existimant accidisse, vt qui diligentissimi
" artium scriptores extiterunt, ab eloquentia longissimè fue-
" rint. Via tamẽ est opus incipientibus, sed ea plana, & cum
" ad ingrediendum, tum ad demonstrãdum expedita. Eligat F
" itaq; peritus ille præceptor ex omnibus optima, & tradat ea
" demum in p̃sentia, quæ placent, remota refutãdi cætera mo
" ra. Sequuntur enim discipuli quo duxeris, mox cum robo
" re discendi crescet etiã eruditio, idem primò solum iter cre-
" dant esse, in quod inducentur, mox illud cogniturі ẽt opti-
" mum, itaq; in toto artis huiusce tractatu difficilius est iudica
" re quid doceas, q̃ cum iudicaris docere. Hactenus Fabius.
Lacte primùm, mox solido cibo (inquit Apostolus) differens de doctrina Christi. Eandem sententiam explicat Iustinianus in epistola sua posita in. l. ij. C. de vete. iur. enucl. Sed
" cum prospeximus (inquit) q̃ ad portandam tantam sapien-

A tiæ molem non ſunt idonei homines rudes, & qui in primis
„ legum veſtibulis ſtant, & intrare arcana eorum properant,
„ & aliam mediocrem eruditionem preparandam eſſe cenſui
„ mus, vt ſub ea colorati & quaſi primitus omniũ imbuti poſ
„ ſint ad penetralia eorum intrare, & formam legum pulcher
„ rimam non conniuentibus oculis accipere, & ideo Tribo-
„ niano &c. mandauit libros hos inſtitutionum componere. Voluit idem & Cic. lib. j. offi. In omnibus negocijs, priuſq; rem aggrediamur adhibendam eſſe diligentem præparatio nem, vt animaduertatur quãta illa res ſit, quam efficere ve-limus, ne'ue maior, ne'ue minor cura ſuſcipiatur & opera quàm negocium poſtulet. Habent ſingulæ doctrinæ ſuam
B infantiam, id quod idẽ Imperator noſter in procemio. ff. §. i. expreſſit inquiens. Itaq; proculdubio quidẽ neceſſe eſt Inſtitutiones in omnibus ſtudijs primum ſibi vendicare locũ, vtpotè prima veſtigia cuiuſq; ſcientiæ mediocriter tradentes. Non enim expendẽdum eſt quid præceptor docere poſ ſit, ſed quantum diſcipuli poſſint ingenio ferre. Euenit nãq; (vt Fabius inquit lib. i.) ſi aliter doceant, vt qui ſtudia amare nondũ poteſt, oderit, & amaritudinem ſemel perceptam, etiam vltra rudes annos reformidet. Feſtinatio hæc, vt de Brutedio dixit Tacitus, multos etiam bonos peſſum dedit, quæ tarda cum ſeueritate ad prematura, vel cum exitio pro perant. Sed proh dolor, & Doctores hodie ſtudio inanis cu
C iuſdam glorię, cum pedetentim in ſpinoſam hanc ſyluam le galis ſcientię pręire deberent adoleſcentes, eorum ſtudia an teuertunt, & poetarum more Iã nunc dicunt, iam nunc debentia dici, & quod miſerrimũ eſt, obſequuntur iuuenibus, qui leges etiam præceptoribus dant, quibus diſcant, quod meritò irridet Taurus Philoſophus apud Au. Gellium libro. i. ca. ix. Sed hodie ſatis eſt vno ſpiritu (vt ait Eraſmus) poſſe ſexcẽtas citare leges, quàm bene intellectas, nulli po teſt eſſe incognitum, Doctrinarum cõgeriem, librorum co piam, cautelarum aceruos expetimus, Fontes legum omnium penitus negligimus, in ijs quibus oporteret muti aut mortui, In leuiſſimis ac cauillis, argutiſſimi ac loquaciſſimi,

Dabit Deus his quoque finem. D

Leui ac simplici via.

Leuem ac simplicem viam dixit.i.facilem, quo modo loquendi vsus est infra in tit.de fideicom.hęred.ibi, Nobis in legibus magis simplicitas, quàm difficultas placet, quamuis eo in loco simplicitatem magis accepisse censeo pro facilitate illa, quam Cice.Philipp.ix.expressit, loquens de Seruio Sulpitio. Itaque (inquit) quæ proficiscebantur à legibus & à iure ciuili, semper ad facilitatem æquitatemque referebat: & idem Iustinianus in.l.vlti.§.Tales.C.de furt.ibi. In tãta rerum difficultate simplicior sententia placuit. Quare vana est differentia, quam inter verba & sententiam comminiscitur hic Accur. nec melius est, quod ex hoc loco inferũt ad legem municipalem, quod positionibus simpliciter respondeatur. E

Deinde diligentissima atque exactissima interpretatione.

Nihil minus cogitandum est, quàm diligentiam ad verba referre, ad materiam verò, quòd interpretatio exactissima sit. Exactum enim dicimus elegans ac maximè perpolitum, & exactum pro diligenti & quasi omnibus numeris absoluto posuit Martialis lib.iiij.

Vt docto placeas Apollinari, Nil exactius eruditiusque. F

Interpretationem autem hic simpliciter accipe, nõ facilem sententiam, vt Accur. exposuit.

Rudem adhuc & infirmum animum.

Rudem animum nouum appellauit, & nõdum firmum, eodem modo loquẽdi in hac ipsa sententia ferè explicanda vsus est Iustinianus in.l.ij.§.Sed cum perspeximus.C.de vete.iur.enucl.ibi, Homines rudes, et qui in primis legum vestibulis stant, sicut etiam rudes parietes nouos dixit Neratius in.l.Vsusfructuarius.ff.de vsufruc. Vsufructuarius (inquit) nouum tectorium parietibus, qui rudes fuissent imponere

A nere non poteſt. Aliud enim eſt tueri quod accepit, aliud nouum facere. Rudem ergo.i.nondum cultum, ſed ignarum appellat Cicero de natu.Deo.Rudem me diſcipulum atq; integrum accipe.

Maturius.

Pub. Nigidius maturè (inquit) eſt, quod neq; citius eſt, neq; ſerius, ſed medium quoddam & temperatum eſt. Proprie enim matura poma dicuntur, quæ nec acerba ſunt, nec caduca, hoc tamen in loco pro citius accipiendum eſt, ſiquidem opponitur ei verbum ſerius, quod etiam propriè dicit, vt eſt apud Au. Gellium lib.x.cap.xi.& Macrob.lib.vij.
C cap.viij. Vnum ſcias maturè, ſemper properationem quandam habere in ſe, modò tamen remiſſiorem, modò concitatiorem, remiſſioremve, vt quando Virg. inquit.
Frigidus agricolam ſiquando continet imber
Multa forent, quę mox cœlo properanda ſereno
Maturare datur. Vehementiorem cum inquit
Maturate fugam, quamuis aliter exponat Sipontinus, quē meritò irridet Doletus.

» §. IVRIS PRAECEPTA SVNT HAEC:
» honeſte viuere, alterum non lædere, ſuum cuiq; tri-
B buere. Huius ſtudij duæ ſunt poſitiones: publicum,
» & priuatum. Publicum ius eſt, quod ad ſtatum rei
» Romanæ ſpectat. Priuatum eſt, quod ad ſingulorū
» vtilitatem. Dicēdum eſt igitur de iure priuato, quod
» eſt tripertitè collectum. Eſt enim ex naturalibus præ-
» ceptis, aut gentium, aut ciuilibus.

Iuris præcepta ſunt hæc.

Iuris præcepta dixit.i.quæ ius generaliter præcipit, poſtea quā enim pręcepit Imperator, quanam via docendi ſint iuuenes, in ipſo quaſi ſtudiorum limine, tres generales poſi-

tiones Græci theoremata appellant, adiecit tanquam tres fontes, ex quibus omnes leges atque omnes rationes tanquam riuuli quidam deducantur ac deriuetur, & ad quos tanquam ad vltimum quendam felicitatis modum & finem, ad quem tendunt omnia, quę Ethicę supponunt, diriguntur & spectant. Nulla enim est lex, nulla ciuilis ratio, quę non huc spectet, aut quod honestè viuant homines, aut quod alterum non lędant, aut quod suum ius vnicuique tribuatur. Spectant autē (vt dixi) huc omnia, vel per se, vel per rationes subalternas. Scopus omnium legum est felicitas hominum (autore Aristotele) & humanę societatis conseruatio, & trāquillitas: quam procul dubio assequimur, vbi honestè viuitur, nemo lęditur, & vnicuique quod suū est tribuitur. Vbi hæc sunt, nulla discordiarum semina, nulla morum corruptio esse potest, cohibētur enim tres illi humani affectus, ex quibus omnia sursum deorsum agi solent: quandoquidem libido compescitur, si honestè viuamus: ira coercetur, si nemo lædatur: omnis cupiditas prorsus euellitur, si ius suum cuique tribuatur. His ergo tribus affectibus quasi in officio retentis, omnes humanæ societatis pernitiosissimę pestes arcentur quàm longissimè. vides quorsum hæc? Sed quod maximum apud plerosque legislatores fuit formare hominum mores, ciuitatemque cōponere, atque ad sanctissimam disciplinam deducere, id hodie quàm negligatur, ac prætermittatur, ne dicam dissimuletur, hinc facilè intelligere possumus, quod nec lex vlla, nec magistratus adest, qui hæc curet, ac pro sua autoritate legum instituta iuuet. Id tantum magnopere curant hodie, vt post crimē admissum, pœnas statuāt atque infligant. Monere, suadere, hortari, præcipere, prædicare nequid indecens aut noxium admittatur, desierunt, quasi non hæc tantum pars pręceptionis primas in repub. sibi vendicet, & qui honestè viuit, aliquem aut lædat, aut suum quod est cuique non tribuat, & tandem non se eum præstet, quē leges & hortantur, & volunt. Plutarchus in eo libello, quem de connubialibus pręceptis inscripsit cap. xij. refert Catonem Censorium Manilium senatu mouisse, quod vxorem præsente filia osculatus esset. Sed

A surdis canimus, Agit enim potius, ne semp desint, in quos pœnas statuas, aut vnde possint homines rixarum ac controuersiarum semina excitare, quasi non hoc sit materiam præstare, vt homines maximo eorum incōmodo leges contemnant, aut perpetuò rixentur. Cicero lib. i. de legib. Ex
„ intima Philosophia hauriendā iuris disciplinam puto, & qui
„ aliter ius ciuile tradunt, nō tam iustitiæ, q̄ litigandi tradunt
„ vias. Hæc eadem attigit Cice. lib. i. offic. dum præcepit diligenter cauendum nobis esse, ne quid consilijs, factisq; nostris, rebus deniq; omnibus indecorè faciamus. Monuitq; iustitiæ primum munus esse, ne quis alteri noceat, nisi lacessitus iniuria. Siue ergo ius præcipiat, siue puniat, siue vetet,
B siue pmittat, siue hortetur, circa hæc tria pręcepta versatur.

Huius studij duæ sunt positiones.

Gulielmus Budęus doctissimus, & diligentissimus antiquitatis obseruator, in suis annotationibus, quas nimis profectò ambitiosè conscripsit in Pandectas, in. l. i. ff. de iusti. et iur. positiones intellexit quasi theses. Est autem Ioan. Grāmatico thesis, positio illa, quam à pręceptoribus absq; probatione discimus in singulis disciplinis, quæ in hoc differt ab axiomate, q axioma sit communis illa animi conceptio, quam sponte natura ipsa tenemus, quamuis alibi thesis s̄m Aristotelem primo Ethico. nuncupetur opinio alicuius ex
C ijs, qui celebre in Philosophia nomen adepti sunt, mirabilis & paradoxa. Ego non puto ita altius repetendam esse huius loci interpretationem, & intelligo duas esse positiones huius studij. i. duas partes, ac quasi genera quædā circa quę omnis huius studij tractatus versatur: in quibus positū ius est, quasi in basi quadam ac fundamēto iuxta tex. in. l. Offidius. ff. de leg. iij. Ius enim est aut publicum, aut priuatum, leges igitur omnes aut circa ius publicum versant̄, aut circa priuatum. Est enim hæc prima quædam sectio ac diuisio iuris, ad quā omnes alię referri possunt. Omnis enim tractatio iuris, disciplinæ, & totius huius studij, circa has duas partes positas, versatur. Circa. n. hos duos cardines primarios,

cætera omnia, quę ad hanc scientiam pertinent, vertuntur. D
Est autem hæc diuisio sumpta à fine. Sunt tamen alię iuris diuisiones, veluti à causa efficiēte, scriptum & non scriptū, Prætorium, Cęsareum, Consuetudinariū, Municipale. Est & alia diuisio ab eo circa quod versatur, veluti canones, leges ciuiles. A materia puta ius militare, ius patronatus, A forma aliud strictum ius, aliud æquitas, A materia veluti diuinum & humanum. Sed etsi alij ita senserint, reor hanc diuisionem publici & priuati iuris à materia sumptam, scriptum autem vel non scriptum à forma. Prætorium & ciuile à causa efficiente.

Publicum ius est quod ad statum rei Romanæ spectat. E

Rem Romanam .i. imperium dixit.
Postquam res Asiæ, Priamiq́ euertere gentem
Immeritam visum superis, apud Virg. & ibidem
Rex Agamemnonias, victriciaq́ arma secutus. Facit illud Ausonij. Imperium litem Venerē cur vna notat res? Vlpianus, à quo hæc partitio sumpta est, in.l.i.ff. de iusti. & iure, ita inquit. Huius studij duę sunt positiones, publicum & priuatum, Publicum ius est quod ad statum rei Romanę spectat, Priuatum quod ad singulorum vtilitatē. Sunt enim quædam publicè vtilia, quædam priuatim, (vnde obiter animaduertes publicum & priuatum interesse) subdit, publicum ius in sacris, sacerdotibus, in magistratibus cōsistit, F priuatum ius tripertitum est. Collectum enim est ex naturalibus præceptis, aut gentium, aut ciuilibus. Quintilia. lib. ij. cap. iiij. diuidit in sacrum, publicum, & priuatum. Agricola malè diuisisse iureconsultum in suis dialecticis contendit, cum sacra etiam & sacerdotes iuregentium essent, non animaduertens populum Romanum aliorum sacra & sacerdotes pro priuatis habuisse, suaq́ alijs non fuisse communia, vt Alcia. libro. ij. Parergon iuris consyderauit cap. xxxv. & nos susius in. d. l. i. attigimus, qua ratione idem Agricola repręhendit eūdem, dum postea dixit priuatum ius collectum

esse ex

A esse ex naturalibus, gentium, aut ciuilibus præceptis. Quasi (inquit) ius publicũ neq; naturale esset, neq; gentium, neq; ciuile. Sed non fuerat reprehendendus Vlpianus, cum hoc in loco Imperator & ibi Vlpianus tractaturi essent iura populi Romani, quæ aut ad rem, & imperium Romanum spectabant, aut ad vtilitatem singulorum pertinebãt. Nec per hoc in iure publico negatur, quod latius explicauimus in d.l.i.post Alciatum lib.i.parergon iur.cap.xxxi.

Quod est tripartite collectum.

Tripartitum legendum est, & statim interpungendus est hic locus, subsequũtur enim verba. Collectum est enim ex B naturalibus præceptis, aut gentium, aut ciuilibus.

De iure naturali gentium & ciuili. *Rubrica.*

" §. IVS NATVRALE EST QVOD NA
" tura docuit omnia animalia. Nam ius istud nõ solum
" humani generis proprium est: sed & omnium anima
" lium, quæ in cœlo, quæ in terra, & quæ in mari nascũ
" tur. Hinc descendit maris atq; fœminæ coniugatio,
" quam nos matrimonium appellamus. Hinc liberorũ
C procreatio & educatio. Videmus etenĩ cætera quoq;
" animalia istius iuris peritia censeri.

Ius naturale est quod natura omnia animalia docuit.

NON inconuenit, vt quandoq; maioris cuiusdam et clarioris demonstrationis causa, & vt amplior, certior, & dilucidior doctrina sit, qui eam tractant, aliqua vel abusiuè sumpta, vel populariter & translatiuè ponant. Exigit enĩ hoc (vt dixi) ipsa ratio docendi, put fecit Vlpianus in.l.i.ff.de iusti.& iure, cuius verba in hunc

locum trãslata sunt à cõpilatoribus institutionum. Cum.n. D
(Cicerone autore) homo solus ex tot animantiũ generibus atq; naturis particeps rationis sit & cogitationis, sequitur, q; in quibus ratio nõ sit, nec ius esse propriè possit, sed cum ad bruta referimus, rationis & iuris nominibus abutimur, vt alibi de virtute ad hunc fermè modum dixit Cicero. Nam nec arboris (inquit) nec equi virtus (quæ dicĩ in qua abutimur nomine) in opinione sita est, sed in natura. Cum ergo legis ius naturale commune brutis, tum affectum & naturalem inclinationem, & motum quendam necessarium, quo omnia passim animantia aliquid faciunt vel non faciunt, naturali quadam propẽsione, quam natura ipsa parens docet, intelligas non ius & rationẽ. Est enim propriè affectio quæ E
dam, & instinctus naturæ, quo impellimur aliquid secundũ ipsam naturã agere, veluti impetus ille, quo studium quoddam, & curam habemus nos nostrosq; conseruandi. Hic autem nobis cum cæteris animantibus communis est, impellit enĩ nos natura (autore Aristotele) vt nos nostramq; spẽm conseruare quęramus, curamq; fœtuum agamus. At vbi motum naturæ ad homines redigis, parit ille quidẽ ius quoddam naturale, sed non cõe cæteris animantibus, quia tunc est ratio quędã insita homini à natura, quæ non potest esse in brutis, & hoc ius gentium est, qđ ius naturale pariter appellatur, vt paulo post dicemus, et hęc nisi ob lapsum primorũ parentum corrupta fuisset, sed mansisset in sua illa in- F
nocentia, in qua creata fuerat natura humana, rõne ac præceptis nõ indiguisset. Nulla.n.ratione in vitium lapsa esset, sed postq; exuit diuinam illam innocentiam, necesse est, vt mens, & ratio humana, affectiones has & instinctus naturę regat & moderetur, suaq; vi in officio retineat, pręstetq; qđ ipsa innocẽtia præstitura fuisset, quod quia ratione in hominibus fit, ius naturale dicitur, & pariter ius gentium, quod nihil aliud est, nisi iudicium illud rationis, quod nobiscum nascitur, non aliqua arte, aut studio addiscitur, de quo sensit Paulus apostolus ad Roma.ij.cum de gẽtibus loquens dixit. Q; cum legem non haberent, ipsę sibi lex fuerunt, atte-

A stante ipsorum conscientia, & cogitationibus inter se accu-
» santibus & excusantibus. Quo fit, vt inepta nimis videatur
„ distinctio Doctorum de iure naturali primario & secunda-
rio, cum verè ius non sit, vbi bruta sint. Esset enim vt verè
in hoc ꝓposito dixit accuratissimus Oldendorpius, ex bru-
tis homines facere, ex hominibus bruta. Quamuis enim in
brutis appareant igniculi quidam & imagines ingenij & ra-
tionis, vt quandoꝗ videantur hominis prudentiam, si non
assequi, saltem imitari, tamen nihil prorsus non solum intel-
lectu perficiunt, sed neqꝫ cogitatione. Excitātur autem hęc
in brutis naturæ impetu quodam secundum sensuum perfe
ctionē, vt de Mezentij equo iudicat Virg. lib. x. Aeneidos,
B ideo iure gentium hoīes iure facere existimantur, quicquid
ad sui tutelā fecisse cōpertum est. l. Vt vim. ff. de iusti. & iur.
At iure naturali id faciunt arietes, qui inuicem committen
tes se occidunt. l. i. §. Cum arietes. ff. si quad. pau. fe. dica.

Est quod natura omnia animalia docuit.

Naturam. i. Deum interpretatus est Accursius, tam verè,
vt nullibi rectius. Vis enī illa, instinctus, affectio, & inclina-
tio tota à Deo creaturarum omnium opifice est, Audi Sene
» cam in libro de beneficijs. Quid aliud est (inquit) natura, ꝗ̃
» Deus, & diuina ratio toti mundo, partibusꝗ eius inserta?
Ergo nihil agis ingratissime mortalium, qui te negas Deo
C debere, sed naturæ, qa nihil natura sine Deo est, nec Deus
sine natura, sed idē est vterꝗ, nec distat officio. Attamen na
turam solemus appellare naturalem illam Dei operationē,
quæ mentibus nostris insedit, cuius ipse Deus autor est, vt
inquit Augustinus lib. iij. cōfessionum. Habetur in. c. Flagi
tia. xxxij. q. vij. & Cicero de natu. Deo. inquit, Nanꝗ alij
naturā censent esse vim quandam sine ratione cientem mo
tus in corporibus necessarios, alij autem vim participem ra
tionis atꝗ ordinis, tanꝗ̃ via progredientem, declarātemꝗ
quid cuiusꝗ causa efficiat, quid sequatur. Sed quantum ad
hunc locum pertinet, primo modo natura intelligenda est.
Natura igitur ipsa ingenitum in animis hominum amorem

indidit sui ipsius, & ita ad se, suosq; amãdum sua vi impulit, D
vt & alium appetat sui similem ad procreandum, quem tandem appetitum consequitur cura eorũ, quæ generata sunt, vt & Cicero inquit.

Humani generis proprium.

Humanum genus non ab humo, sed ab homine dictum esse constat, quocirca ad homines tantum refertur, vt hic, & si homo dicitur ab (humo teste Varrone) quod tamẽ negat Quintilianus lib. i. ca. x. quem secutus est Alciatus in. l. Tugurij. ff. de verb. signi.

Quæ in cœlo, quæ in terra, quæ in mari nascuntur. E

L. i. ff. de iusti. & iur. ex qua (vt dixi) mutuata sunt verba hæc, & translata in hunc locum, ad hunc modum legitur. Sed omnium animantium, quæ terra, mariq; nascuntur, auium quoq; commune est. Inepta enim videtur Accursii expositio, aues in aere nasci, quæ in arboribus nidificant. Aut ergo fuit error eorum, qui verba Vlpiani aliter in hunc locum transtulerunt, aut legendum est vescunt. Sunt enim plurimæ aues, quæ insectis in aere vescunt, vt hyrundines, & huiusmodi, mihi tñ magis placet prior lectio. Theophil⁹ ad hunc modũ, Ius naturale est, quod ad omnia animantia, quæ in terra, in aqua, vel in aere sunt, extenditur. F

Hĩc descendit &c.

Cum locutus fuerit Iustinianus de instinctu illo naturali, de quo modò diximus, videns, vt proximè dicebã, ius non propriè dici, si ad animalia ratione carentia referamus, posita quadam generali definitione iuris naturalis, ad homines tandem progreditur brutis relictis, ostendens coniunctionem maris & fœminæ, liberorum procreationem & educationem in hominibus ab eo iure descẽdisse. i. q̃ si impulsum illum naturalem, ac ipsam naturæ vim spectes in ipsis hominibus ad generationem, & speciei propriẽ cõseruationem, ducuntur

A ducuntur homines nō solum ratione ac ratiocinatione, sed primum vi naturæ, ideo dixit. Hinc descēdit. i. ab hoc instinctu naturę in forum venit, & in ipso iure ciuili receptum est, quicquid circa hominum generationē, educationemq́; tractatum est. Nam in his exēplis, quod de hominibus loquatur, ostendunt verbum liberorum, & verbum matrimonium. Nulli enī dubium videri debet, quin à Deo ipso coniunctio hæc maris & fœminæ processerit, cum & ore ipsius, primis parentibus dictum sit, Crescite & multiplicamini, necnon propter hanc, relinquat homo patrem & matrem, quasi velit nullis præceptis saltem parētum distrahi homines ab hoc instituto naturæ. Plato lib. i. de legi. cum de rebus venereis B loqueretur, Coniunctio (inquit) maris & fœminæ legitima naturalisq́; est, vt potè à natura ad liberorum procreationem instituta.

Maris ac fœminę coniugatio.

Coniugationem dixit, vt magis hominum coniunctionē ac coitum exprimeret, quasi eodem iugo coniunctos, quæ, (vt dixi) ab ipso naturę īstinctu et impulsu descēdit. Gustus enim & coitus cum belluis maximè cōmunis est, vt ex Aristotele & alijs docet Au. Gellius lib. xix. ca. ij. Cice. de fini. " bo. & malo. lib. iiij. Primiq́; ex oībus Philosophis (inquit) à C natura tributum esse docuerunt, vt ij, qui procreati essent, à " procreatoribus amarentur, & id quod tēporum ordine anti" quius, vt coniugia virorum & vxorum à natura coniuncta " esse dicerētur. Nihil expressius aut significantius dici poterat, quàm coniugia à natura coniuncta esse. Impellente enī vi illa naturę, & desiderio sobolis, iudicio rationis: masculi, sibi fœminam adiūgunt, ac sub matrimonij iugo perpetuo, in" diuiduam consuetudinem contrahunt. Commune est ani" mantium omnium (inquit Cicero) cōiunctionis appetitus " procreandi causa. Appetitum communem dixit non coniugium, ab hoc ergo appetitu, in hominibus cōiugium ipsum deriuatur. Hoc exprimit Callistratus in. l. liberorum. ff. de ver. signi. dum inquit. Præter hæc omnia natura nos quoq́;

docet, parentes pios, qui liberorum procreãdorum animo D
& voto vxores ducũt, filiorum appellatione, omnes qui ex
nobis descẽdunt, contineri. Hinc lex Canonica, quę nescio
quomodo dum mores spectat, naturã ipsam diligentius imi
tatur, matrimonia ea dissoluit, in quibus perpetuo despera-
tur liberorum procreatio, & si finis hic de medio subducere
tur, matrimonium non consisteret, vt à Gregorio in ca. vlt.
de condi. appo. sancitũ est. Nihil. n. aliud magis natura nos
docuit, autore Aristotele libr. j. œcono. & lib. ij. de anima,
quàm generare ac procreare aliud nobis simile, vt immor-
talitatem, quam in indiuiduo nõ possumus, in specie saltem
cõseruemus, posteaquàm corpus hoc nostrum corruptioni
subiectum est, idq; maxime in mulieribus, quas genuit na- E
tura, vt partus ederent. l. Ambiguitates. C. de indic. uid. tol.
maximum enim ac præcipuum earum munus est concipe-
re, educare, ac tueri partum. l. Quęritur. §. i. ff. de ædil. edic.
vsq; adeo vt pudori eis sit ꝓle carere c. Pudor. xxxvij. q. ij.
Vides qualiter ab impulsu naturę, quod ius naturale abusi-
uè appellauit, coniugatio hominũ descendat & proueniat:
ꝙ si coniunctionem legis ad animantium genus latius pro-
spexisse videbitur, quamuis & ipsa coniugatio sit etiam ple
runq; in animalibus.

Hinc liberorum procreatio & educatio.

Cum hoc natura tributum sit, vt quæ procreata sunt à pro F
creatoribus amentur, & curam gerant eorum, vt ex Cicero
ne dictum est. Instinctus ille naturæ, quo impellimur, facit,
vt quę homines circa procreationem & educationem inter
se constituunt, id illi primo impulsui tribuatur, vt dicere pos
simus, quemadmodum & coniugium hoc quoq; descende
re ex iure hoc naturæ. Quicquid ergo inter homines à legi
bus statutum est circa hæc, id omne primam illam vim na-
turæ spectauit, vt si homo naturalem illam pietatem exue-
ret, nec naturę vi permoueretur, permoueatur autoritate le
gum. Hoc ergo quod à legibus circa hæc sancitum est, in fo
rum descendit ex naturæ impulsu, quo omnes stimulis qui-

A busdam pungimur, vt hoc præstemus. Quo magis mirandum est eorum populorum, qui non proprios filios alerent, sed educationem & curam filiorum alijs permittebant, vt apud Lacedemones factum comperimus. Hęc partus alendi cura, hæc solicitudo, quæ natura nobis insita est, docet quoq; vagos fugere concubitus, ad effugiendam incertam de sobole opinionem. Quo fit, vt etiam verè coniugium à natura ipsa descendere videri possit, naturæq; repugnare alienas quærere, præterquam q natura docet iniuriam alteri minimè inferre, quo spectat decalogi præceptum. Non mœchaberis, nam vniuersa illa lex naturæ principijs maximè conformis est, vt & Oldendorpius censuit.

B Videmus enim cætera quoq; animalia istius iuris peritia censeri.

Sensus planus est, quamuis loquēdi figura inusitatior sit, vt Budęus in.l.i.ff.de iust.& iur. animaduertit. Videmus.s. cætera quoq; animalia hæc eadem facere, quasi perita sint iuris huius, censeri igitur perita huius iuris dixit.i.habere huius iuris peritiam, vel existimari perita, seu adscribi & cōnumerari īter perita huius iuris. Variè, enim acceptum esse hoc verbum etiā apud nostros facilè cognoscitur. Papinianus in.l.vlti.ff.de suis & legi. Priuatorum enim cautiones legum autoritate non censeri.i.autoritatem non assequi, vt C & Cicero pro Archia. Quòd ex his studijs hæc quoq; censetur oratio & facultas. Et si sciam & locum illum Papiniani, & locum Ciceronis in emendatioribus codicibus aliter legi. Vlpianus in.l.i.ff.ad municip. Qui ex duobus igitur Campanis parētibus natus est, Campanus est: sed si ex patre Campano, matre Puteolana, æque municeps Campanus est, nisi forte priuilegio aliquo materna origo censeatū: Fulciatur aut nitatur dixit.

§. IVS AVTEM CIVILE, VEL GENtium, ita diuiditur. Omnes populi, qui legibus & moribus reguntur: partim suo proprio, partim cōmuni

„ omnium hominum iure vtuntur. Nam quod quisque D
„ populus ipse sibi ius constituit, id ipsius proprium ci-
„ uitatis est, vocaturque ius ciuile, quasi ius proprium
„ ipsius ciuitatis. Quod verò naturalis ratio inter om-
„ nes gentes constituit, id apud omnes populos per
„ æque custoditur: vocaturque ius gentium, quasi quo iu-
„ re omnes vtuntur. Populus itaque Romanus partim
„ suo proprio, partim cōi omnium hoīum iure vtitur.
„ Quæ singula qualia sint, suis locis proponemus.

Ius autem ciuile, vel gentium ita diuiditur. E

Tractaturus Iustinianus reliquas suæ diuisionis partes, cum præcepta naturalia, ex quibus ius priuatum Romanorum collectum est, summatim declarasset, ac quasi caput ac fontem eorum indicasset, ad ipsum ius humanum se cōuertens (Ita enim ius gētium appellat Liuius) distinguit ipsum à causa efficiente, ac ius quidem ciuile appellat illud, quod sibi quæque ciuitas constituit, ita vsu & humanis necessitatibus illius loci exigentibus. Ciuile enim ius s^m Aristotelem lib. v. Ethi. id est, quod commune est inter ciues, & ad communionem pertinet. Ius verò gentium, quod ipsa naturalis ratio mentibus omnium hominum vbique infixit, vel gētes passim, ac communi quodam consensu, ita omnium vsu, ac F humanis necessitatibus exigentibus, constituerunt. In quo lapsus est Constantinus Harmenopolus libro. j. qui ius gentium illud esse voluit, quo aliquæ gentes vterentur, veluti licere filijs apud Persas matribus cōmisceri, nō licere apud Grecos. Illud ergo ius ciuile singularis politiæ ius est, ius gētium vniuersalis, hocque ius gentium aut inditum est à natura, aut constitutum ab hominibus, & hoc est, quod hic dicitur. Quòd verò naturalis ratio inter omnes gentes constituit, & paulo post, Nam vsu exigente, & humanis necessitatibus iura quædam sibi constituerunt, ita ergo nouis nominibus distinguemus, quod etiā verba Ciceronis in ora. sua

A dent. Est enim (inquit) iudices hęc non scripta, sed nata lex. Est tamen idem ius gentium constans ex diuersis formis, sicut & idem ius ciuile, rectè dicemus Prætorum edictum, & constitutio principis, id ex. §. Singulorum. ff. de rerum diuis. iuncto. §. Item ea, quæ ex hostibus capimus, clarissimè demõstratur. Singulorum (inquit) res fiunt, aut iure naturali, quod ius gentiũ appellamus, aut ciuili, subdit. Commodius est itaq; à vetustiore iure incipere. Palàm est autẽ vetustius esse ius naturale, quod cum ipso genere humano rerũ natura prodidit. Loquitur igitur de indito, ac inter exempla paulo post subijcit. Item ea, quæ ex hostibus capimus, iure gentium statim nostra fiunt, quæ quidem constituti iuris gen-
B tium lex est, vt in. §. Ius autem gentium. ff. eo. tit. In hoc autem differunt inditum & cõstitutum, q inditum semper bonum est, vtpotè duce natura introductum, constitutum nõ semper vndequaq;. Vbi enim ita vsu exigente, gentes à naturali illa & perpetua rationis formula deflexere aliquantisper, speciem constituerunt quandam iuris, sicuti cum ab eadem populus quiuis ita exigẽte sua politia discedit, nouũ ius ciuile cõstituit, vt inquit Iureconsultus in. l. Ius ciuile. ff. de iusti. & iur. Distinguitur itaq; ius ciuile à iure gentium, q omnium gentium alterum, alterum vnius tantum ciuitatis ius est. Si igitur singulorum populorum leges inspexeris, alias quidem inuenies ex iure naturali decerptas, alias pro-
C prias: & proprias intelliges etiam eas, quæ principium quidem & quasi materiam habent ex iure naturali, sed nõ nihil addito, aut diminuto noua quædam species iuris constituta est, sicuti cum generi quid additur, aut detrahitur, speciem statim ponimus. Fit enim vt aliquãdo ad retinendam securitatem illam, ac tranquillitatem reipub. ad quam tuendam legum omnium sanctiones proditę sunt, cogantur ciues humanis tum negocijs, tum necessitatibus inseruire, ac statuere aliqua, in quibus naturalis iuris forma mutetur aliquantisper; vt, nec quod statutum est, naturali iuri repugnet, nec illi penitus, ac per omnia seruiat. Hoc igitur erit ius ciuile vt declarat Vlpianus in. d. l. Ius ciuile, vnde & Cicero pro Cor-

ne. dixit, dissimilitudinem ciuitatum, varietatem iuris habere maximam. Diuersitas enim morum, ac negociorum, cogit diuersas quoque leges ꝓdere. Si enim penitus recederet à natura, & ab ea incognita fingeret, non ius, non lex esset, sed belluæ illius sanctio, quam ciuitati præficit, qui hominẽ præficit non legem, autore Arist. lib. iij. Politi. quo in loco Philosophorum princeps, non magistratum intellexit, sed humanam tantum autoritatem nulla ratione suffultam, sed sola voluntate. Sunt enim in legibus quasi monstra quędã, quæ naturali rationi repugnant. Si per omnia deseruiret, iam nihil addito aut diminuto species esse non posset, & sic ius ciuile, sed idem genus iuris naturalis. Quare rectè ius ciuile dicitur, quod naturali aliquid addit vel detrahit, veluti ius naturæ vult liberos à parentibus ali, & parentes à liberis. l. Siquis à liberis. ff. de libe. agnoscen. Id enim omnium gentium consensus vbique & peræque suadet, Lex autem. xij. tab. ius naturę moderata est, vt filius arte carens, ea naturali obligatione nõ teneatur. Imitatur ius naturę lex ciuilis, quatenus tamẽ corrupta hominis natura ferre potest. Quoties enim à naturali quadam beneuolẽtia & charitate recedunt homines, & ab eo, quod naturæ instinctus docet & suadet, statim necessarium est legis ciuilis vinculum atque obex: quod si ea recedat à naturali lege, non ipsius legis repræhendenda est dispositio, sed magis corrupta hominũ natura & improbitas. Sicut ergo homo tripliciter cõsiderari potest, vt animal, vt homo, vt ciuis, ita tria iura, naturalia, gentium, & ciuilia prodita sunt. Hinc D. Augustinus in eo libro, quem inscripsit de diuersis quęstionibus iuris & iustitię, initium à natura profectum dicit, & deindè quædam in consuetudinem ex vtilitatis ratione venisse, postea verò res à natura profectas, & cõsuetudine probatas, metum & religionem sanxisse, Naturæ aũt ius dicit, quod non opinio genuit, sed innata vis inseruit, vt religionẽ, pietatem, gratiam, vindicationẽ, obseruãtiam, veritatem, cõsuetudinem, quod leuiter primũ à natura ductum vsus aluit, qd' genus pactum est, & iudicatum. Lege autem ius est, quod à populo sancitum, vt serua-

A retur, fuit. Si hæc cōferas cum ijs, quæ nimis anxiè Docto res in hac materia tradiderunt, planè prospicies, quantū no stros delectauerint cōtentiones de stillicidijs & parietibus. Existimes velim leges omnes ad scopum naturæ collimare, eoq; minus legem esse, quò longius ab ea spicula contorquet. Natura enim norma est legis, & vt Cicero de legibus
„ inquit, Legem bonam à mala, nulla alia nisi naturali norma
„ diuidere possumus, ad quam tanq; ad certissimam regulam
„ leges omnes dirigendæ sunt.

Omnes populi qui legibus & moribus reguntur.

C Controuertunt maximè Doctores nostri super his verbis, an. s. relatiuum illud, qui, restringat præcedentem generalitatem, vt ipsi inquiunt, seu declaret, dicētes Accursium improuidè locutum, q ad eos tantum populos retulerit, qui legibus, & moribus regātur. Nam hi, aut ꝓprio vtuntur iure, aut cōmuni: quasi sint aliqui populi, qui nec legibus, nec moribus regantur, Ius in causa positum est, vt inquit iurisconsultus in. l. Si ex plagis. §. In cliuo. ff. ad legem Aquil. at cum & hodie inuentæ sint plurimæ gentes, quæ nullis certis moribus, nullis patrijs institutis regantur, vt de Scythis olim etiam memoriæ proditum est, non est cur Accursius
B reprehendi debeat, quamuis possim probare, aut existimare, reperiri cœtum hominum posse, qui saltē aliquibus moribus non vtatur. Salomonius in. l. omnes populi. ff. eo. tit. ex antiquis exemplaribus disiunctiuè legit, quo casu cessat omnis difficultas.

Nam quod quisq; populus ipse sibi ius constituit.

Theophilus hic locum hunc paraphrasticè vertit, vt solet, atq; rem omnem fusius aperit, ius ciuile dicens locale ex vsu necessitateq; rerum latum loco circunscriptum, addens, quæ loco illi ad conseruandam humanæ vitæ societa

tem inter ciues illius loci necessaria sunt, tollens nocitura, D veluti Atheniensium, cum sterilitate agri eorũ fieret, vt annonę caritate premeretur, indigeretq́ frumẽto aduentitio, lege constituit mercatoribus frumentarijs remitti vectigal. Haec lex Athenis vtilis est, quae apud Alexandrinos ridicula esset. Apud Lacedemones, lege Lycurgi lata sancitum est, vt omnes peregrini expellerentur, ne hoc aduenarum commercio mores ciuium in deterius laberentur: sanctum hoc erat apud eos, apud Athenienses ridiculum, qui peregrinos omni officio prosequebant̃, atq́ aram Misericordiae ob id statuerãt. Hoc ergo proprium ius est. Hinc Cicero in Topicis dixit, ius ciuile aequitatem esse constitutam ijs, qui sunt eiusdem ciuitatis, ad res suas obtinendas. Ius autem ci E uile Arist. lib. v. Ethi. latius accepit cap. vij. Sub eo enim & naturale ius comprehensum est. Ita enim inquit, Ciuile autẽ ius, aliud naturale est, aliud legitimũ. Naturale est, cuius vis idem apud omnes valet, non ꝙ sic videatur, aut secus. Legitimum aũt id appellatur, quod initio nihil interfuit, sic, an secus fieret, cum autem latum, positumq́ est, iam interest.

Quod verò naturalis ratio inter omnes gentes constituit, id apud omnes populos perę q́ custoditur, vocaturq́ ius gentium, quasi quo iure omnes gentes vtuntur. F

„ Cicero, consensio omnium gentium lex naturę putanda „ est, insita enim & innata illa vis naturalis rationis insculpsit „ in mẽtibus hominum normam, quae quaedam bona cognoscerent, quam & si lapsus ille primi hominis obscurauerit, ac „ penè obruerit, manserunt tamẽ igniculi quidam, ac semina „ sine doctrina in nobis ingenita, quibus ducimur & impelli„ mur deos colere, patriae, & parentibus obedire, humanę vitae societatem tueri & conseruare, vt Pomponius et Florentinus scripserunt in. l. ij. &. iij. ff. de iusti. & iur. Cum enĩ singulis horis experiamur vniuersi hęc inferiora à superiori aliqua natura regi, nemo tam ferus est, qui illi cultum, ac reuerentiam

A rentiam non exhibendam existimet, quamuis infirma sit & debilis hæc cognitio. Caro enim nõ cernit, quę spiritus Dei sunt, vt inquit Paulus, ideo legislator Deus, cultui diuino, parentum, ac magistratus reuerentiam adiunxit. Quarè nõ nulli dixerunt ius gẽtium esse, quod omnium sanorum animis inscriptũ est, & de quo inter omnes sanos homines conuenit. Paulus appellat Dei veritatem, vt. s. neminem lędas, quam legem vnam Indi tenuerunt, ne cõtra ius naturæ iretur à quoquam. Hanc legem in nobis esse idem Apostolus cap. ij. ad Roma. eleganti docet enthymemate. Est in omnibus conscientia factum defendens vel accusans, est igitur lex. Quid enĩ aliud est conscientia, ꝗ facti nostri iudicium?
B quod à communi formula petimus, et ab ipsa natura. Trepidatio enim illa cõscientiæ indè oritur, quia cum semen illud diuinæ iustitiæ animis nostris insculptum à Deo ipso & natura cõtemplamur, & intuemur, mortem ipsam, quę pœna peccati est, perhorrescentes, torquemur, angimur, et cruciamur. Est itaq; hæc lex naturæ, quæ ius gentium appellatur ad formãdos mores accommodata. Ad hoc enim pertinet vsus iuris, non ad ambitionem, aut lucrum: & hæc est tacita quædam lex insita mentibus omnium, vt inquit Paulus iurecons. in. l. Cum ratio. ff. de bon. dam. Quinimò si longius rem repetamus, videbimus & sensu nedum ratione carentia, naturæ legibus obedire. Dictat enim ratio naturalis, ac
C cõscientiam nostram iugiter stimulat & impellit, vbi primũ naturæ opera contemplamur, ac nos ipsos, vt proximè diximus, esse Deum rerum omnium opificem ac præpotẽtem, sentientem ac mouẽtem omnia, & qui mundum hunc omnem nutu regat ac tueatur, cuius numini pareãt omnia, qui nihil non efficere possit, & quidẽ sine labore vllo: à quo quidem commoda, quibus vtimur: lucemq;, qua fruimur: spiritumq;, quẽ ducimus, nobis dari, atq; impartiri videmus,
" vt Cicero pro Sex. Roscio ait. Nam vt idẽ inquit, quis est
" tam vecors, qui cum suspexerit in cœlum, deos esse nõ sen-
" tiat? & alibi, Esse præstãtem aliquam, æternamq; naturam,
" & eam suspiciendam, admirandamq; hominum generi pul

» chritudo mundi, ordoq; rerum cœlestium cogit confiteri. D
» hincq; idem Cicero de legib. Nulla gens (inquit) est tam fe
» ra, quæ non etiamsi ignoret qualem Deum habere deceat,
» tamen habēdum sciat. Impellit igitur naturalis ratio Deum illum, qui nobis omnia largiat̄, colere, atq; amare, At amare non possumus, nisi cognoscamus. Hæc autem omnis cognitio perfecta, pēdet à verbo eius, vt scribit Apostolus ad Rom. x. Quod attinet ad nostram religionē. Nam etsi olim Ethnicis easdem notitias natura ipsa subministraret, ac eosdem igniculos accenderet in eorum animis, cognouerunt illi sanè Deum per legem naturę, sed (vt Apostolus inquit) non sicut Deum glorificauerūt. Hinc igitur cultus Dei est, hinc religio, hinc ductum est primum caput decalogi, hinc E primum caput legis. xij. tabu. Ad diuos adeunto caste, pietatem adhibēto. Hæc eadem naturalis ratio docuit, & inter omnes gentes peræq; constituit, patrię, & parentibus parēdum esse, vt inquit Pomponius, qui naturali lumine vim omnem legis, his verbis complexus est, veluti erga Deum religio; vt parētibus & patriæ pareamus, Cum enim patria ipsa proximos omnes, ac vnà charitates omnes complectatur, quid hæc differunt à verbis seruatoris nostri, Diliges Deum tuum ex toto corde tuo, & proximum tuum sicut teipsum? Certiora igitur sunt exempla & augustiora hæc, q; ea, quę Theophilus hic adscripsit, cędes vetari, adulteria puniri, furem pecunia mulctari, quoniā pecunia nos læsit, F vt debitor memorem se ostēdat beneficij, & gratum aduersus eum, qui rebus angustis necessitati ipsius succurrit, vt seruus, domini iussis, quę lex nō prohibet, dicto sit audiens, vt contractus celebrentur, venditiones, emptiones, locationes, conductiones, deposita, societates, mutui dationes, vt donationes fiant, vt testamenta conscribātur. Nam pleraq; ex his non ad rationem hanc naturalem referenda sunt, de qua loquitur hic Iustinianus, sed ad ius gentium constitutū, item & ad ius alicuius ciuitatis, quamuis enim iure gētium furtum prohibitū sit, pœna tamen pecuniaria non iuris gentium est. Ratio enim naturalis peræq; hanc pœnā non con

A stituit. Lacedæmonij furibus fauebāt, fures Athenis ex Draconis lege, capite plectebantur, Apud Romanos varia pœnarum genera pro qualitate furum imponebantur, vt in. l. Si pignore. ff. de furt. in. l. Itaq;. ff. ad legem Aquil. & apud Au. Gellium lib. xi.

Peræq; custoditur.

Pariter & æq; apud omnes, sic Vlpianus in. l. ij. §. Si sub conditione. ff. de bon. poss. secun. tab. Si sub conditione (inquit) hæres institutus sit filius, Iulianus peræq; putauit secũdum tabulas competere ei quasi scripto bonorum possessionem, qualiscunq; conditio sit. Cicero in Verrem. Atq; hoc.
B peræq; in omni agro decumano reperietis. Et in Pisonem, Quod cum peræq; omnes, tamen acerbissimè Bœotij senserunt. Et hoc est, quod Aristoteles lib. v. Ethi. cap. vij. dixit Naturale ius est, cuius vis idem apud omnes valet.

" §. SED IVS QVIDEM CIVILE EX
" vnaquaq; ciuitate appellatur: veluti Atheniensium,
" Nam siquis velit Solonis vel Draconis leges appel-
" lare ius ciuile Atheniensium, non errauerit. Sic enim
" & ius, quo populus Romanus vtitur, ius ciuile Ro-
" manorum appellamus: vel ius Quiritum, quo Qui-
" rites vtuntur. Romani enim à Romulo, Quirites à
C Quirino appellantur. Sed quoties nomen cuius sit ci
" uitatis, nostrum ius significamus: sicuti cum poetam
" dicimus, nec addimus nomen, subauditur apud Græ-
" cos egregius Homerus, apud nos Vergilius.

Nam siquis velit Solonis aut Draconis leges appellare ius ciuile Atheniensium, nõ errauerit.

Miramur aliquando Accursium & superiorum seculorũ iureconsultos, non solum barbarè locutos fuisse, sed genui

riam verborum interpretationem in commentandis Dige- D
storum libris non percepisse, ac quæ ad historias pertinent
non ex fide recitasse. Venia enim digni sunt, qui quod pro
temporibus potuerunt, exactè sanè præstiterunt, explicare
scilicet atque aperire, quæ ad ipsarum legum interpretationē
faciebant. Cum enim ad eos ob iniuriam temporum linguę
Latinæ candor ac puritas, & præclari eiusdē linguæ scripto-
res non peruenissent, minime mirandum est, si in his hallu-
cinentur aliquando. Fuisse præterea vitium iureconsultorum
facilè crediderim eiusmodi negligentius tractare, quod ex
Pomponij, atque aliorum iureconsultorum libris planum fie-
ri posse confido, sed non abundè magis, quàm ex verbis Theo-
phili hoc in loco, qui Institutionum libros in Græcam lin- E
guam vertens, Grecorum ipsorum facta, quę Tribonianus
ipse commodè enarrauerat, tam longe à veritate explicet,
is ita hūc locum vertit. Sed ius quidem ciuile ex vnaquaque
ciuitate, in qua obtinet, appellationem sumit, veluti Athe-
niensium, aut Lacedæmoniorum. Nam siquis leges Solonis,
qui Atheniensibus leges conscripsit, aut Draconis, qui La-
cedęmonijs, ius ciuile Atheniensium, vel Lacedæmoniorū
appellare velit, non omnino peccauerit, aut à veritate aber-
rauerit. Draco enim ante Solonem Atheniensibus, nō La-
cedæmonijs, vt Theophilus leges conscripserat. Fuit autē
apud Lacedæmonios legumlator Lycurgus, ambo igitur
Solon & Draco Atheniensium legumlatores fuerunt, sed F
Solon posterior fuit, qui plurimas ex Draconis legibus abro
gauit ob pœnarum multitudinem magnitudinemque. Singulis
enī ferè legibus, quas Draco tulerat, pœna erat mortis, vt
qui otij & desidię conuictis, capitis pœnā dixerat: volueratque,
vt qui olera, fructus'ue in alieno prædio legisset, eodē, quo
parricidę, supplicio punirent, & eiusmodi multa. Solon igit
Salaminius, vnus ex septē Græciæ sapientibus, qui floruit
Athenis regnante Romę Tarquinio Prisco, cū plebs Athe
niensium cum senatu contenderet: tanta cum prudentia &
æquabilitate leges composuit, vt sedatis dissensionibus, pa-
rem gratiā apud vtrosque nancisceretur, qui pulchrè remp.
duabus

A duabus rebus contineri dixit, pręmio & pœna: &, vt Cice. inquit, vt reipublicæ prodesset, furere se simulauit. Statuit inter cætera, q vti quis suę rei legasset, ita ius esset. Pecuniarias dotes sustulit, cõtentus, vt mulier, vestes, ac vasa etiam pauca & paruo empta, paterna domo ferret, ratus coniugij societatem, non pretio, sed natorum charitate iungi oportere. Ploratũ & luctum in alieno funere sustulit. Sanxit ne filius arte carens patrem aleret, neq; qui ex illegitimo coitu procreati essent. Visum est enim, sapientissimo viro, vt qui meretricibus non abstinet, se non liberis procreandis studere, sed voluptati, ideoq; seipsum commodo ac mercede filiorũ priuare. Mœchum in adulterio depræhẽsum impunè necari voluit. Ius vendendæ filię sororis'ue abstulit, nisi in stupro B depræhensæ. Seruum non amãdum quasi ad honestos tantum pertineat, q amẽtur. Furem dupli pœna coercuit. Sanxit, nequis sepulchra deleat, ne'ue in ea alienum inferat, pœna adiecta, siquis vel bustum, colũnamq; violarit, aut deiecerit. Et (vt refert Cicero) capite sanxit, siqs in seditione nõ alterutrius partis esset. Qui vim ingenuę virgini intulisset, decẽ drachmis mulctauit. Eorum liberos qui in pręlijs occubuissent publicè nutriẽdos, erudiẽdosq; pręcepit, ipsosq; publica pompa sepeliri. Et qui oculos in pręlio amisisset, publicè alendos, curatorẽ, cum pupillorum matre prohibuit habitare, curatorem'ue fieri, ad quem post pupillorũ obitum C familia perueniret. Eum qui oculũ alteri eruisset, ei ambos erui voluit. Principem ebrium depræhensum, morte mulctandũ. Nullum ciuitate donari nisi opificem, qui cum vniuersa familia Athenas se contulisset, aut perpetuo exilio natali solo pulsus esset. Nullam mulierẽ senatum ingredi, nullam prolẽ maternum nomen accipere. Productores ac productrices accusari, & si conuincerentur capite puniri, id qd' Demosthenes refert in Ctesiphontem. Sunt autem productores inuitarum, sicut lenones volẽtium, autore Pediano, proagogiam appellauit Aristoteles lib. v. Ethic. Idem, quãuis satis absurdum in suis legibus posuit, licere vxori, si minus idoneus ad venerem maritus esset, mariti propinquos

admittere. Earum legum ꝙ plurimæ in.xij.tab. ac tandem in leges nostras cōcesserunt. Lycurgi illud retulisse velim, ꝙ mortuo Polidecte eius fratre Spartanorum Rege, cum regnare cœpisset, & vxorem fratris pregnantem resciisset, pueri regnū esse declarauit, si mas nasceretur. At cum vxor ambitione percita, filium nasciturum perdere obtulisset, vt Lycurgo nuberet, nedum conditionē tenuit, sed prohibuit ne id fieret autore Plutar. Referuntur plurimæ ex eius legibus à Plutar. in vita ipsius, inter quas est, vt virgines sine dote nuberent, & si Aristoteles libro.ij. Polití. cap. vij. contrarium afferat sancitum à Lacedæmonijs. D

Ius ciuile Athenienſium non errauerit. E

In omnibus codicibus, quos viderim, ita se verba habēt, sensus planus est, si verbum adiungatᷣ, vt Theophilus facit.

Romani.n.à Romulo, Quirites à Quirino appellantur.

Ius Quiritum dictum est ius Romanorum, quia Romani, Quirites appellati sunt à Quirino.i. Romulo, qui quarō ne Quirinus appellatus sit, non satis constat. Ouid. in fastis.
Siue quòd hasta curis priscis est dicta Latinis.
Bellicus à telo venit in astra Deus,
Siue suo regi nomen posuere Quirites F
Seu quia Romanus vicerat ille Cures. Sunt qui ita dictum censent, quia Græci regem κύριον appellant. Notissimum enim est Romanos tum Græcos fuisse, nonnulli dicunt Quirinum à patre Marte denominatum, siquidē Romani tranquillum, ac minimè sæuientem Martem, Quirinum appellabant, sæuientē Gradiuum: ab eo, collis, & porta Quirinalis, & Quirinalia sacra, quæ Quirino fiebant, comitialibus diebus: quæ Quirinalia sequuntur, dicit Cicero
» libro.ij. ad Q. fratrem. At Liuius aliunde. Inde (inquit) ad
» fœdus faciendum duces prodeunt, nec pacem modò, sed ci
« uitatem vnam ex duabus faciunt, regnum cōsociant, impe

A rium omne conferunt Romam, ita geminata vrbe, vt Sabi
nis tamen aliquid daret, Quirites à Curibus appellati sunt.
Ego ex verbis Ciceronis aliquando existimaui Quirinum
dictum fuisse Romulum, postq; in Deos relatus est, non an
tea. Is in libro de legibus ita inquit, Romulus post exces-
sum suum dixit Proculo Iulio se Deum esse, & Quirinum
vocari, templumq; sibi dedicari, quasi hoc Dei nomen in-
ditum illi in cœlo fuerit. Hinc in lib. de offi. Peccauit igitur
(inquit) pace vel Quirini vel Romuli dixerim, quasi Ro-
muli appellatio ideo ab eo posita sit, ne Deum reprehende
re videatur, sed hominem, quod postea reperi Lactantium
diuinarum institutionum lib. j sensisse. Solent (inquit) mor
C tuis consecratis nomina immutari, credo ne quis putet ho-
mines fuisse, nam & Romulus post mortem Quirinus di-
ctus est, & Læda Nemesis, & Circe Marica, & Ino postq;
se præcipitauit Leucothea, materq; Matuta, & Melicertes
filius eius Palæmon atq; Portũnus.

Sed quoties non addimus nomen cuius sit ci-uitatis, nostrum ius significamus.

Horum verborum controuersia tandiu torsit Doctores
nostros, vt verè dici possit nodum in scirpo quæsiisse, dum
controuertunt, an iuris appellatio, nullo alio adiecto, ius na
B turale, ciuile, municipale'ue comprehendat: & in eam sen-
tentiam frequentius iuerunt, vt ex hoc loco probetur iuris
appellationem ciuile Romanorum significare, id quod ne-
mo nõ videt aduersari prorsus his verbis. Non enĩ hic quæ
ritur, quid iuris appellatio nõ addito nomine significet, sed
quid iuris ciuilis. Cum enim ius ciuile dixerit ius proprium
cuiusq; ciuitatis, variariq; eius significationẽ ex loco adiun
cto, vt Romanorum, Atheniensium, Lacedæmonum, con
sequens fuit explicare, si iuri ciuili nomen loci alicuius non
addatur, quænam futura sit eius verbi significatio, & opti-
mè respondetur circũscriptis coniecturis per excellentiam
Romanorum significari, quod apertè declarat hic Theo-

philus, dum inquit. Cum verò quis indefinitè ius ciuile di- D
cit, non addito cuiusnam ciuitatis, Romanum significat: nō
q aliarum ciuitatum iura ciuilia non sint, sed q excellentia
iuris ciuilis Romanorum commune nomen vertit in pro-
prium, sicuti Cicero in Topicis de enthymemate dixit, nō
q non omnis sententia proprio nomine enthymema dicat,
sed vt Homerus propter excellētiam commune poetarum
nomen effecit apud Græcos suum. Vides modò q̃ longè
aberrauerint Abbas in rubri. de consue. Cardi. Alexandri.
in. c. Ius generale. prima distinct. Deci. in ca. Licet causam.
in. ij. notab. de probat. Gomesius in tit. de actioni. §. in prin.
col. xviij. æquiuocant enim omnes, quia hic non agitur, q̃n
nomen huic verbo ius additum non est, sed huic ius ciuile, E
cum & verborum cōtextus, & aduersatiua sed, & verba illa
cuius sit ciuitatis, omnem prorsus dubitationem tollant.

Sicuti cum poetam dicimus.

Figura antonomasię & per excellentiā, ita vrbis appella
tionem hac eadem figura Romā significare dicit Alciatus
lib. iiij. de verbo. signi. & Pomponius in. l. ij. §. Ita in ciuita-
te. ff. de orig. iur. magistratus appellatione Prętores per an-
tonomasiam intelliguntur, & iurisdictio per excellentiā Prę
toris tribunalia significat. l. Stipulationum la secūda. §. Prae
torię. ff. de verbo. oblig.

F

„ §. IVS AVTEM GENTIVM OMNI HV-
„ mano generi cōmune est, nam vsu exigente, & huma
„ nis necessitatibus, gentes humanæ, iura quædam sibi
„ cōstituerunt. Bella etenī orta sunt, & captiuitates secu
„ tę, & seruitutes: quę sunt naturali iuri contrariæ. Iure
„ enim naturali oēs homines ab initio liberi nasceban-
„ tur. Et ex hoc iure gentium, oēs penè cōtractus intro
„ ducti sunt: vt emptio & venditio, locatio & condu-
„ ctio, societas, depositū, mutuū, & alij innumerabiles.

Ius autem

A Ius autem gentium omni humano generi commune est.

Diximus vnum esse ius gentium, diuidi tamen posse à causa efficiente. Alterum enim natura inditum, alterum gẽtibus constitutum fuisse, vnum esse, quia vtrũq; & inditum & constitutum ius est pariter omnium gẽtium, diuisum esse tempore et causa. Inditum, proditum fuit à natura vnà cum genere humano, vt inquit Iustinianus in. §. Singulorum. ĩ. de re. diui. Constitutum, longe post distincto rerum dominio, ac multiplicatis gẽtibus, causa distinctum est, quia illius iuris gẽtium inditi causa est natura ipsa, quæ animis nostris B illud insculpsit: constituti autem causa est, vt societas hominum coniunctioq; seruetur. Cum enim natura, nulla priuata essent, sed omnia cõmunia à natura exposita pariter omnium vsui, factum est, vt multiplicatis gentibus ac in vnum diuersis in locis coactis, duce natura, (quippe nati sumus, vt Cice. inquit, ad societatem cõmunitatemq; generis humani) intellexerint homines ita naturali ratione suadente non posse defendere hominum societatem, si rerum cõmunio inter ipsos retineatur, propter imminens seditionum periculum. Nullus enim qui sit rationis particeps non diiudicabit fieri non posse, vt homines varijs desiderijs ac cupiditatibus acti & incensi, dum plures eandẽ rem cupiunt, om- C nes omnibus rebus fruanẽ. Cum igitur hoc rerum vsus longaq; vita & experientia docuisset, vellentq; gentes pacem, concordiam, ac tranquillitatem inter se retinere, natura duce, distincta fuerunt dominia, agris termini positi, quã quidem diuisionem statim insecuta est cõmutatio officiorum, ac omnes penè contractus ex eadem causa paulo post fluxerunt. Ex cõmuni enim hominum sensu, ac vi rationis mentibus hominum insculpta, omnia hæc processerunt, ita vsu rerum exigente. Habuerunt enim hęc omnia eandem naturæ rationem, eundemq; finem, sed inspecto diuerso tempore, ac rerum mutatione facta. Pro defensione autem rerum, quæ occupatione, lege, pactione, sorte, cõditione nostra fa-

cta erant, dum aliqui temeraria illa, ac cæca animi domina- D
trice cupiditate, aliena rapere expetunt, abutentes corporis viribus, ad illam ipsam suam inexhaustam cupiditatem & auaritiam explẽdam, bella introducta sunt, vt. s. in pace viuere possimus, ac nostris quietè ac tranquillè frui: ita pariter impellente natura, quæ cum præcipuum quẽdam amorem ingenerauerit in eos, qui procreati sunt, impellit vt studeamus parare ac conseruare ea, quę suppeditent ad cultum et victum, nec nobis solis, sed omnibus, quos charos habere tueriq; debeamus. Hinc captiuitates subsecutæ sũt, & cum corrupta hominis natura, quæ impetu quodam vltionis ferebatur, non didicisset captis parcere, sed eos occidere: experrecta quasi naturalis ratio, aures hominum vellicauit, E
magisq; esse s̃m naturã docuit parcere captis, iugumq; seruitutis imponere, quàm occidere, quamuis igitur si principium naturæ inspexeris, ac hominum naturam, seruitus naturæ contraria sit, ea tamen inducta est, suadẽte natura, quę ad minus malum eligendum impellit. Inspicit igitur natura primum seruare homines, & eorum societati conseruandæ q̃ maximè studet: Q. si mutatione morum in hominibus facta, mutentur necessariò leges, non per hoc minus sequens lex à naturæ scopo deflectit, sicuti nauigantes, qui certum portum intuentur, si maris fluctus ac tempestas immutata id exigat, velificationem mutent quandoq; etiã primæ contrariam, non minus perstant in consilio eundem portum as- F
sequendi, neq; in eorum animo mutatio est, sed in mari ac ventis, si hæc ita in animum inducas, videbis quàm sanæ sint nostrorum disceptationes.

Ius autem.

Quid opus est hoc in loco exponere autem pro sed vt facit Accur. ponitur enim discretiuè, vt coniungamus. s. quæ discreta sunt, vt Valla lib. ij. declarauit.

Omni humano generi.

Hęsitat Accursius aliquandò, quasi modò nascens, quid

A ineptius ꝗ̃ quęrere, an plura sint humana genera? & cum id senseris, quod verum est, tãtum vnum esse, exponere: id est oĩbus hominibus, quasi non omne humanum genus idem explicet, nisi forsan furor ille agitasset Accursium, in quem Plinius lib. ij. cap. i. tantopere inuehit, non defuisse aliquos, qui tradiderunt innumerabiles esse mundos, quasi tunc innumerabilia etiam humana genera fuissent, neq̃ oĩno esset genus humanum in innumerabilibus ẽt inclusum mundis.

Nam vsu exigente & humanis necessitatibus, gentes humanæ, iura quædam sibi constituerunt.

B Eccè causam iuris gentium, quæ non est simpliciter in natura, sed in vsu hominum. Vides prętereà partem huius iuris à gentibus constitutam, iudicio tamen rationis, & hæc propriè pars ius humanũ, & rectè dictum est à Liuio lib. v. ab vrbe condita, quasi constitutio sit totius humani generis, ꝙ si hodiè gentes oẽs in vnam aliquam cõstitutionem, duce natura, ita vsu rerum exigente & humanis necessitatibus, consentirent: hoc & iuri gentium annumeraretur.

Bella etenim orta sunt.

Nihil minus quærendum est in hoc loco, quàm quonam modo fieri potuerit, vt ius ipsum bellum ĩduxerit, sed cum

C perspexissent Doctores generalẽ declarationem iuris gentium constituti, positam hic, quam statim hæc verba subsequuntur, existimarunt bellum, constitutionẽ iuris gentium fuisse, quod magis confirmare videbãtur verba Hermogeniani in. l. Ex hoc iure. ff. de iusti. & iur. Ex hoc iure gẽtium introducta bella, discretæ gentes, regna cõdita, dominia distincta, agris termini positi, ædificia collocata vel collata, & quæ sequuntur. Eo in loco facilè perspici potest ex iure gentium bella introducta fuisse. Quocirca interpretãdum non fuisse iure gentium introductum bellum constitutione aliqua, quà sancitum inter gentes fuerit bella gerẽda, sed ideò orta fuisse, vt hic dicitur, vel introducta de iure gentium, vt

dicit Hermogenianus, quia dominio rerum distincto, dum alter alteri iniurius esset, vel cupiditate & auaritia, vel ambitione, ortę sunt, nedum priuatæ contentiones, quæ ante distinctionem dominiorum ortæ etiam fuerant, imò quæ fuerant in causa q dominia distinguerētur & diuiderentur, sed etiam publicæ vnius gentis contrà aliam, & hoc modo ex iure gentium orta sunt bella & introducta, non speciali constitutione, sed insecuta sunt dominiorum distinctionē apud omnes populos, nisi forsan Plinio autore libro. v. cap. viij. Gamphasantes excipiamus præliorum omnium expertes. Brennus Senonum Regulus, dum à legatis populi Romani interrogaretur, cur Clusium Hætruriæ vrbem premeret obsidione, se hoc iure naturali facere respondit, quo ille qui minus fortis est, potentiori cedere iubetur, nam eo iure etiā bruta censeri, cum videamus aquilas, leones, tauros iccirco dominari, q alios viribus præcellant, quod & vos Romani secuti estis, cùm Fidenates, Veios, Volscos non alia ratione vobis subegistis, q̄ q illis præstātiores viribus & virtute habebamini. Iosephus apud Egesippum lib. v. Excidij Hierosolymitani cap. xvij. lex naturæ eadē omnibus hominibus, volatilibus, feris, bestijs, infusa, vt vnusquisq; potentiori cedat: quam legem tam hominibus, quàm feris præfinitā dixit Iosephus lib. vi. belli Iudaici cap. xij. Plato Pindarum refert lib. iij. de legibus existimantem iustum imperium ac secundum naturam esse, vt potentiora imbecillioribus dominentur: quam legem inter septem imperādi rationes, Plato eodem libro. iij. de legibus quintam esse voluit, quæ fusius prosecutus est Tiraquellus in prima sua lege connubiali, libentius ipsum citauimus, q nimis morosus aliquando sit, si quis dissimulet. Videmus præterea hoc natura persuasum esse, vt aduersus eos, qui nos nostra'ue offendere aut auferre tentant, resistamus, atq; adeo etiam vlciscamur, huiusq; affectionis videmus signa quædam etiā in animalibus brutis & in infantibus, quos luctari, irasci, mordere etiam videmus, dum vel vim propulsare, vel verbera vlcisci tentant, quod tamen iudicio rōnis facere nemo dixerit, cum ea ætas

A non patiatur. Sunt præterea naturales quædam inimicitiæ, vt de miluo & coruo dixit Cicero de natu. Deo. & videm⁹ amore coniugij etiam ipsos elephantes vlcisci propensione illa naturali verbera fœminarum, prout in Hispania euenisse memoriæ proditum est. Fuere præterea nedum naturali ratione firmata atq; inita bella, sed Deorum etiam nutu gesta, atq; ideo aliqua sacra appellata, vt & apud Eustathium lib. ij. Et Thucididem lib. j. loquentes de bello Lacedemonum aduersus Phocenses, cuius originem recenset Aristo. lib. v. Politi. & in sacris literis augustiora sunt exēpla, quàm vt oporteat nunc referre, vt taceam nunc Plutarchum de claris mulieribus, dum de Phocensibus loquitur.

B Et captiuitates secutæ, & seruitutes, quæ sunt naturali iuri contrariæ.

Dicebam in superioribus ius gentium constitutum à iure gentium indito hoc distare, q̄ inditum (vtpote quod nihil aliud sit q̄ ratio naturalis) semper bonum & æquum est, cō stitutum nō semper vndequaq;. Habet ius gentium constitutum rationem naturalem impellentem ad ita disponendum, consyderata tamē hominum conditione, ac moribus præsentibus, non vera illa naturali innocētia. Cum ergo homines capti in bello occiderent, impulit natura, exuta quasi priori illa innocentia, vt seruarentur & seruirent. Humana

C ergo constitutio hęc, non solum ratione illa naturali adiuuatur, sed illi maxime repugnat: quo factum est, vt christiana lex, quæ naturam diligentius inspexit, immutauerit aliquātisper. Introduxit igitur ius gentium seruitutes aliqua ratione naturali, vt grauius malum effugaremus, hanc naturæ legem esse, vt corpora captorum, capiētium fierent, testatus est Cyrus apud Xenophontem: quam legem Deorum fuisse, nedum hominum, senatus Romanus Volscis respondit, vt est apud Dionysium lib. viij. quę fusius recensebimus. j. tit. de re. diui. §. Item ea quę ex hostibus capimus. constitutio autē iusta non fuit, sed tamen ratione aliqua humana suffulta. Non enim potuerunt gentes ex iniquo iustum facere.

» Cicero, Quòd si tanta potestas est stultorum sententijs atq; D
» iussis, vt eorum suffragijs rerum natura vertatur, cur nō san
» ciunt, vt quæ mala perniciosaq; sunt, habeātur pro bonis ac
» salutaribus? aut cur, cum ius ex iniuria lex facere possit, bo
» num eadem facere non possit ex malo? Videmus pari ratio ne Christum excusare Mosen, q contra naturæ æquitatem permisisset Iudæis repudium ob leuiores causas q par esset propter duritiem cordis eorum, non q optimus legislator nescierit aliud naturā suadere. Sicut igitur propter insitam inhumanitatem permissus est Iudęis libellus repudij ex causis iniustis, ne dum vxores odissent, grauius affligerent, ita seruitus permissa potius est q occisio, quod improbitati hominum, non legi acceptum ferendum est. Tranquillitatem E enim hominum ac quietem quàm maxime spectare debet lex, prout in.xij.tab. scriptū erat. Salus populi suprema lex esto, sicut etiam legitur, sabbatum propter hominē, non homo propter sabbatum, ita vt omnis lex ideò constituatur, vt per eam facilius publica tranquillitas, atq; hominum societas conseruetur. Seruitutem primum inuenisse Lacedęmonios testatur Plinius lib.vij.natu.histo.ca.lvj.quam ab incolentibus Taprobanem insulam non fuisse receptam, idem est autor lib.vi.cap.xxij.

Quæ sunt naturali iuri contrariæ.

Naturali iuri indito, vt dixi, id quod etiā dixit Aristo. lib. F Politi. primo. aliqua tamen ratione humana id suadente, dixit iuri naturali, vt ostenderet ius illud gentium, quod natura indidit mentibus hominum. Non enim locus intelligendus est de iure illo naturali, de quo in principio huius tituli tractatum fuit, cum eo iure, quod cōmune est brutis, nulla sit consyderatio libertatis, vt & Castrensis fatetur in.l.manumissiones.ff.de iusti.& iur.& in.l.si id quod.ff.de condi, indeb. Sed ius naturale hic accipiēdum est, vt.j.de re.diui. in.§. Singulorum. Introduxit ergo ius gentium seruitutem aduersus idem ius gentium inditum, quod ius naturale est, cum nihil aliud sit, quàm quòd naturalis ratio inter omnes

A gentes constituit, quod quidem ius, vnà cum genere humano, rerum natura prodidit.

Iure enim naturali, omnes homines ab initio liberi nascebantur.

Ius enim gẽtium inditum, vnà cum gener e humano, proditum fuit à natura, ideò dixit ab initio. §. Singulorum. ĩ. de re. diui. Vt primum enim dominia distincta fuerunt, bella inuaserunt, ex quibus & captiuitates & seruitutes ortę sunt. Innouatum est hoc ius apud aliquas gẽtes, ac presertim Indos, apud quos seruilis conditionis nemo fuit. Lege enim B sanxerunt neminem omninò seruum esse, liberos ęquo iure honoreq́ haberi omnes, qui assuescerent, neq; præstare cęteris, neq; iniuria quenquam afficere.

Ex hoc iure gentium, omnes penè contractus introducti sunt.

Dominijs scilicet rerum distinctis, vbi primum commutatio officiorum introducta fuit, & commercia, ante distinctionem dominiorum, cum omnia essent communia, non erat locus contractibus, sed postea permutationes primum inualuerunt, & propter earum difficultatem inuenta est pecunia, quæ cum omnibus rebus reciperet functionẽ, vt do-C cet Paulus iureconsf. in. l. i. ff. de contrah. emp. eoq́ iure depositum introductum est, vt hic dicitur, nam qđ habetur in ca. Ius naturale. j. distin. falsum est. Confundit enim ibi autor ea, quæ iuris naturalis sunt, cum ijs, quæ sunt iuris gentium. Sub eodem enim iure ponitur cõiunctio maris & fœminæ, & cõmendatæ pecuniæ restitutio, quæ proculdubio pręsupponit, & rerum distinctionem, & dominiorum diuisionem, & pecuniæ inuentionem, quæ iuris gentium sunt, quamuis de pecuniæ inuentione Herodotus, Macrobius, & Plinius diuersa senserint, vt suo loco dicetur, constituti non vel naturalis vel iuris gentium inditi. Dixit autem oẽs penè contractus ꝑpter aliquos introductos à iure ciuili Ro

manorum, de quibus suis locis videbimus. Hos autē penè D
omnes contractus iuris gentium esse ideò dixit, quia cōmu
ni omnium gentium consensu recepti atq; approbati sunt,
ita vt minimè anceps illa dubitatio videatur, q̄uo emptio
quę sine pretio esse non potest, iuris gētium esse possit, cum
nūmorum percussio ad ius ciuile referatur. Cum enim ad
ineundam optimam huius vitæ nostræ rationem opus sit
communione quadam rerum, vt vnusquisq; res omnes sibi
necessarias sine alterius iniuria consequi possit, probauerūt
peręq; gentes, omnes eas contractuum formulas, in quibus
ea ratio seruatur, vt res ab vno ad alium transire possit sine
alterius incommodo: primum priscis illis permutationibus,
emptionibus & venditionibus postea, alioquin turbata fuis E
set publica trāquillitas, pax, & societas humani generis, nisi
rerum communicatio his modis retineretur.

Et alij innumerabiles.

Accursius innumerabiles dixit, non facile ad numeran-
dum habiles, complures hic dixit Theophilus. Innumera-
bilis enim propriè dicitur, qui numerari nō potest. Abutun
tur tamen & Latini his verbis, cum magnum quendam nu-
merum designare ac significare volunt, veluti cum Cicero,
actione quinta in Verrem inquit. Cognoscite nūc innume-
rabilibus pecuniam frumentario nomine ereptam. & Pli-
nius libro .x. cap. lxv. Ex omnibus, quę perfectos fœtus vel F
tantos, vel innumerosos edunt, supra cuncta est murium fœ
tus. & pro Quintio Cicero, Doce te petijsse ab eo istam ne-
scio quam innumerabilem pecuniam, & alibi sæpius.

„ §. CONSTAT AVTEM IVS NOSTRVM
„ quo vtimur, aut ex scripto, aut ex nō scripto, vt apud
„ Græcos τῶν νόμων οἱ μὲν ἔγγραφοι οἱ δὲ ἄγραφοι. Scriptū
„ autem ius est lex, plebiscita, senatusconsulta, princi-
„ pum placita, magistratuum edicta. Lex est, quod po
„ pulus Romanus senatorio magistratu interrogante,

A veluti Consule constituebat. Plebiscitum est, quod plebs, plebeio magistratu interrogãte, veluti Tribuno, constituebat. Plebs autem à populo eo differt, quo species à genere. Nam appellatione populi, vniuersi ciues significantur, cõnumeratis etiam patricijs & senatoribus. Plebis autem appellatione, sine patricijs & senatoribus, cæteri ciues significantur. Sed & plebiscita, lege Hortensia lata, non minus valere, quàm leges cœperunt. Senatusconsultum est, quod
B senatus iubet atq; constituit. Nam cum auctus esset populus Romanus in eum modum, vt difficile esset in vnum eum cõuocari legis sanciendæ causa, æquum visum est, senatum vice populi consuli

Constat autem ius nostrum quo vtimur.

Non est hæc secunda iuris diuisio, vt Theophilus hic existimauit, sed prima quædam diuisio iuris ciuilis à causa efficiente, vel magis à forma, vt diximus. Non enim hic diuiditur ius absolutè & simpliciter sumptum, sed ius ciuile. Benè igitur hic dixit Iustinianus, ius nostrum, quo vtimur, & sic quod nunc apud nos viget, & quod in orbe Romano ser-
C uatur, quod hoc euidentius demonstratur, quòd verba hæc sumpta sunt ex Vlpiano in.l.Ius ciuile.ff.de iusti.& iur. vbi postq; definiuit ius ciuile, statim subdit. Hoc igitur ius nostrum constat, aut ex scripto, aut sine scripto. Ex quo loco verba illa, Quo vtimur, vel abundare videntur, vel addita à Triboniano.

Quod apud Græcos.

Accursius intelligit Græcos etiã iure scripto & non scripto vsos, quod suadet ex verbis eiusdem Iustiniani in.§.Et non ineleganter.ĭ.eod. Ego similitudinem nominum spectasse existimo. Quandoq; enim apud Græcos legitur scri-

pto iure, more, & instituto, vt ex Aristotele, & Platone docet Budæus in annota. ad.l. Ius ciuile. ff. de iusti. & iur. vbi verba Græca aliter restituit ex eisdem. Legendū tamen est, vt hic legitur, quod & Alciatus lib. ij. Prætermiss. & Haloander probarunt. D

Scriptum ius est lex, plebiscita, senatusconsulta, principum placita, magistratuum edicta, responsa prudentum.

Has partes iuris ciuilis enumerauit Papinianus in.l. Ius autem ciuile. ff. de iusti. & iur. quo in loco autoritatem prudentum rectius dixit, aliter Pomponius in.l. ij. §. nouissimè ff. de orig. iu. Nouissimè (inquit) sicut ad pauciores viros iuris constituendi via trāsijsse ipsis rebus dictantibus videbatur, per partes euenit, vt esset necesse reipub. per vnum cōsuli, nam senatus non perinde omnes prouincias probè regere poterat. Igitur constituto principe, datum est ei ius, vt quod cōstituisset, ratum esset: ita in ciuitate nostra, aut iure idest lege constituitur, aut est proprium ius ciuile, quod sine scripto in sola prudentiū interpretatione cōsistit, aut sunt legis actiones, quæ formam agendi continent, aut plebiscitū, quod sine autoritate patrum est constitutum, aut est magistratuum edictum, vnde ius honorarium nascitur, aut senatusconsultum, quod solum senatu constituente inducitur sine lege, aut est principalis constitutio, idest, vt qđ ipse princeps cōstituit pro lege seruetur. Cicero in Topi. Siquis ius ciuile dicat id esse, quod in legibus, senatusconsultis, rebus iudicatis, iurisperitorum autoritate, edictis magistratuum, more, æquitate consistat. E F

Lex est quod Po. Rom. Senatorio magistratu interrogante, veluti Consule, constituebat.

Legis generale nomen est, ac omni iuri scripto cōmune, vt dicit hic Theophilus: causam, quare populi iussum legē appellarent, hanc adducens, ꝙ omnium, qui iura apud Ro-

A manos constituerent, prima potestas apud populum esset, subdit, ideò necesse erat, vt & eius quod ab eo constitueretur communi nomine, quod omnes scripti iuris species habent, cohonestaret. Quam necessitatē vndè duxerit Theophilus non constat, cum ea tantum huius rei ratio esse possit, quòd quæ species proprium nomen non accipiunt, generis nomine appellari consueuerunt, vt de adoptione, iustitia, et quàm pluribus alijs euenit, de quibus opportunius dicet inferius. Cur autem proprium nomen non acceperit, si velis Theophili rationem accipe, aut vsui tribuas, quem penes arbitrium est & uis & norma loquendi. Sed quòd legis nomen generale sit, prætereà quòd id patet ex definitione legis, B quam Cicero lib. i. de legib. tradidit, probari potest ex eiusdem Ciceronis verbis: nam in oratione sua post reditum, plebiscitum legem appellauit. Legem (inquit) Tribunus pleb. tulit, ne auspicijs obtemperaretur, ne obnuntiare concilio aut comitijs, ne intercedere lege liceret, vt lex Aelia & Fusia non valerent. Senatusconsultum legem appellat: pro Plancio, Leges quas senatus de ambitu sanciuit. constitutiones principum: in Antonium. Ea lege omnes vindiciariæ leges Cæsaris dissoluuntur. & in offic. Leges latronum appellauit, quibus pareant, quas obseruent. Quo vniuersali nomine consueuerunt appellari quæcunque legis autoritatem haberent. Quin & Pauli & Vlpiani scripta leges appel C lat Modestinus in. l. i. in prin. ff. de excus. tuto. & Impp. sæpius hac populari significatione vsi sunt in. l. ij. §. Tanta. C. de vet. iu. enuc. in. l. Hac edictali. C. de secun. nup. in. l. ij. C. de senten. ex bre. recitan. Propriè tamen lex est, quam Po. Rom. iussit. Definitur ergo hic lex tanquā iuris scripti spēs à causa efficiēte, & ab ordine, & modo introducendi, nō ab essentia legis, quod Accursius hic non intelligit, quo modo definiendi vsus est etiam Boetius in Topi. Lex igitur est (inquit) quam populus centuriatis comitijs sciuerit. Atteius Capito publici priuatique iuris peritissimus apud Au. Gelliū libro. x. cap. xx. his verbis legem definiuit. Lex est generale iussum populi vel plebis rogante magistratu: de qua ibi di-

ſputat Au. Gellius, dicitq́; quod paulo ante dicebamus, ple D
biſcita & priuilegia tranſlato nomine leges fuiſſe appellata,
quod ex verbis Cice. lib. i. de legi. vt dixi, clariſſimum eſt.
Hæ igitur leges Conſulares appellabantur, q; Conſule ro-
gante fierent, ad differentiam Tribunitiarum. Cice. de lege
„ Agraria. Leges enim ſunt veteres, neq; eæ Conſulares, ſi-
„ qd intereſſe arbitramini, ſed Tribunitię nobis, maioribusq́;
„ noſtris vehementer gratę atq; iocundę. Rogabat leges etiã
Dictator. Cice. ad Atticum. Antonius fixit legem à Dicta-
tore comitijs latam, nec rogabant hi magiſtratus vice ſena-
tus, vt Accur. hic exiſtimat, ſed quodam iure proprio, quã-
uis aliquandò etiã lex rogaretur ex ſenatuſconſulto. Et quã
uis antiquarũ legum ferendarum morem ſatis explicet Iu- E
ſtinianus hoc in loco, id tamen expreſſius planum fit ex ver
„ bis Cicer. in oratione pro Flacco, inquit enim, O, morem
„ præclarum, diſciplinamq́;, quam à maioribus accepimus, ſi
„ quidem teneremus, ſed neſcio quomodo è manibus elabi-
„ tur. Nullam enim illi veſtri ſapientiſſimi ac ſanctiſſimi viri
„ vim concionis eſſe voluerunt, quæ ſciſceret plebs, aut quæ
„ populus iuberet ſummota concione, diſtributis partibus tri
„ butim ac centuriatim, deſcriptis ordinibus, claſſibus, ætati-
„ bus, auditis autoribus, re per multos dies promulgata, & co
„ gnita, iuberi, vetariq́; voluerunt. Trinundino enim die reci
tabatur ac promulgabatur, ſingulis enim nouem diebus ve
niebãt ex agris in vrbem ad emendũ, ſiquid illis eſſet opus, F
& vendenda ea, quibus ipſi abundarent, aliam'ue ob cau-
ſam, ita ſiquid ſuffragio populi ferendũ erat, per ternas nun-
dinas, vt dixi, recitabatur. Primis autem & ſecundis nundi-
nis intercedere licebat, atq; promulgabatur tantum, tribus
autem nundinis abſoluebantur & iubebantur. Hinc apud
Macrobiũ leges trinundinę dictæ ſunt, & apud Cice. in An
tonium, vbi lex Cecilia, vbi trinundinum? & pro domo ſua,
ſiquid in cæteris legibus trinum nundinũ eſſe oportet, id in
adoptionem ſatis eſt trium eſſe horarum. Hodie autẽ ſiquis
populus, cui ſit legis condendæ poteſtas, legem cõdere ve-
lit, is modus ſeruandus eſt: vt per magiſtratum, qui populo
præeſt,

A præest, more maiorum conuocato rogetur per eum, cuius autoritate conuocatus est, vel generaliter, quid super ea re, de qua agitur, statuendum videatur: vel scripta lex promulgetur & rogetur, quam populus iubeat expresso consensu per tabellas vel calculos, seu per discessionem, aut alio quouis modo consensum & voluntatem cuiusq; declarante, ita Doctores nostri post Bart. senserunt in.l.omnes populi. in prima.q.secundæ.q.princ.ff.de iusti.& iur. Hoc vnum reliquum est animaduertere, Consulem, magistratum senatorium appellari, vel origine inspecta, quo ambo Cōsules ex patricijs & senatoribus eligebantur, donec ventum est ad id, vt statueret, alterum ex patricijs, alterum ex plebe creari debere: vel quòd Consules primum locum in senatu habendo tenerent cessante tamen Dictatura, quando alij magistratus, quibus idē ius esset, Romæ erant, vt testatur Au. Gellius ex Varrone lib.xiiij.cap.vij.

B

Plebiscitum.

A' sciscendo hoc est statuendo dictum est. Sciscere enī et scire, statuere, edicere, & sancire est. Et quamuis sciscendi verbum generale sit, nam & populum sciscere dixit Cicero in Antonium, & in lib.de legib. omnia iusta sunt, quæ scita sunt in populorum institutis atq; legibus, & paulo post, multa perniciosè sciscūtur in populis. Tamen populus propriè iubere, plebs sciscere dicebatur. Cicero pro Flacco. Quæ sisceret plebs, aut quæ populus iuberet, iuberi vetariq; voluerunt. Inde ergo dictum est plebiscitum, q secundum Atteium Capitonem lex est, quam plebs non populus accipit, vt refert Au. Gellius lib.x.cap.xxi.& lib.xv.cap.xxvij.ex Lelio Felice ad Q.Mutium sic inquit. Tribuni autem, neq; aduocāt patricios, neq; referre ad eos de re vlla possunt, ita ne leges quidem propriè, sed plebiscita appellātur, quæ Tribunis ferentibus accepta sunt. Plebisciti formulā habemus apud Liuium lib.xxvi. Ea est huiusmodi. L. Attilius Tribunus plebis ex autoritate senatus plebem in hæc verba rogauit, Omnes Campani, Atellani, Calatini, Sabatini, qui se

C

„ dediderunt in arbitrium, ditionemque populi Romani Ful- D
„ uio Proconsuli, quæque vna secum dediderunt, agrum, vr-
„ bemque, diuina, humanaque, vtensiliaque, siue quid aliud dedi-
„ derūt, de his rebus quid fieri velitis vos rogo Quirites: Ple-
„ bes sic iussit. Quod senatus maxima pars censeat, qui assi-
„ dens, id volumus, iubemusque. Plebiscita aliqua enumerat Accursius, de quibus in nostris legibus habetur mentio. Extat & lex Attilia, ex qua dabant tutores à Tribuno pleb. & Prætore, quæ rogata fuit. P. Attilio, & Cl. Martio Trib. pleb. Est & plebiscitum Voconium, de quo Au. Gellius libro. xx. cap. i. & Atinium quo cautum est Trib. pleb. senatores fore, de quo Au. Gellius lib. xiiij. cap. vlt. Hoc vnum non omittam, Ciceronem, in enumerādis partibus iuris ciuilis in Topi. vt superius retulimus, de plebiscito non meminisse, credo ego pro legibus habuisse, lege Hortensia lata, vt paulo post dicemus. E

Plebeio magistratu interrogante, veluti Tribuno.

Anno. xvi. post exactos Reges Virginio & Vetusio Coss. cum plebs vrgente creditorum sæuitia, qui debitorum corpora ob æs alienum pro seruis nectebant, sæpe nobilium virorum promissis delusa, trans Anienem in sacrum montem secessit, nec inde reuocari potuit, nisi postquā obtinuit creare posse ex plebe magistratum, quē à tribubus Tribunum appellauit, cuius potestas sacrosancta esset, & maxima, vsque adeo, vt Augustus Tribunitiam potestatē, veluti sublime quoddam potestatis fastigium, per annos. xxxvij. perpetuā gesserit. Eam Tyberius per quinquennium accepit, eoque processit, vt aliquando in senatu sit actum, vt non à Consulibus, sed à Tribunis annorum tempora dinumerarentur, donec à Nerone maximis ac grauissimis edictis coercita est. De Tribunis nōnihil attigit Pomponius in. l. ij. §. iisdē tēporibus. ff. de orig. iur. & Alexander de Alexan. lib. dierum genialium. v. cap. ij. F

A Plebs autem à populo differt, quo species à genere.

Existimabam aliàs rectius dictum fore, si plebem à populo eo dixisset Imperator noster differre, quo pars à toto, cũ generis & speciei similitudo parum videretur conuenire, nam posita plebe nõ ponitur populus, sicuti posito homine ponitur animal, cui sententiæ astipulari videbatur Atteius Capito apud Au. Gellium lib.x.cap.xxi. cum inquit. Plebem autem Capito in eadem definitione seorsum à populo diuisit, quoniam in populo omnis pars ciuitatis, omnesq́ eius ordines contineãtur. Plebs verò ea dicitur, in qua gen B tes ciuium patriciæ non insunt. Alciatus in.l. Inter donum. ff.de ver.signi.interpretatur hunc locum, quòd voluerit Iustinianus his verbis ostendere latiorem esse populi significationem, quàm plebis, quemadmodum & Vlpianum sensisse intelligit in.d.l.Inter donum. Puto hodie Iustiniani verba optimè conuenire, si non ita exactè pensentur, vt in populo & plebe exigamus omnes qualitates & conditiones generis & speciei, sed per quandam similitudinem. Sicuti enim latius patet genus, quàm species, ita latius populi appellationem patere certum est, quàm plebis. Et sicut genus propriè suas species compræhendit, ita populus sub se plebem propriè habet, & populi appellatio, plebem etiam ex C primit, sicut animalis, vt genus sumpta, hominẽ exprimit, & sicut positò homine ponitur animal, ita posita plebe ponitur populus. Non enim species sic posita exprimit animal, nisi prout illa species supponitur illi generi: sic qui dicit plebem, dicit etiam partem populi. Et quamuis hæc similitudo non ita exactè conueniat, satis est congruere per demonstrationem quandam & similitudinem, eo presertim, quòd suam hanc æquiparationem explicat idem Iustinianus, dum subdit. Nam appellatione populi omnes ciues significantur, connumeratis etiam patricijs & senatoribus, plebis autem appellatione, sine patricijs & senatoribus cæteri ciues significantur.

Connumeratis etiã patricijs & senatoribus. D

Patricij dicti sunt, qui à centum patribus, quos Romulus elegit, originem duxerunt. Liuius lib. i. Romulus creat centum senatores, qui patres ab honore, patricijq; eorum pro-
» genies appellati. Idem lib. x. En vnquam fando audistis pa-
» tricios primò esse factos, non de cœlo demissos, sed qui pa-
» trem ciere, auumq; possent? In quo deceptus est Accursius hic, qui credidit eos esse patricios, de quibus idem Iustinianus meminit in. §. Filius. j. quib. mo. ius pat. pot. sol. Illi enĩ datis codicillis ab Imperatoribus eligebantur, vt ex Suida declarat Budæus in. l. vlti. ff. de senato. in princ. & dicemus in. d. §. Filius. Senatores appellati sunt, qui, vt ex Liuio proximè dictum est, à Romulo primum creati sunt. Festus à senectute dictos tradit. Vlpianus in. l. vlti. ff. de sena. Senatores vult dici eos, qui à patricijs & consularibus vsq; ad omnes viros illustres descendunt, quia hi soli in senatu sententiam dicere possunt. Hoc autem inde factum esse constat, quòd varijs temporibus senatus auctus est, Nam ex centenario ducenarius factus est à Tarquinio Prisco, hiq; postea appellati sunt minorum gentium, Liuius de Tarquinio. His (inquit) muliebribus instinctus furijs Tarquinius circumire, prehensare minorum maxime gentium patres, admonere paterni beneficij, ac pro eo gratiam repetere. Et Tacitus lib. xi. de Claudio. Iisdem diebus (inquit) in numerum patriciorum asciuit Cæsar (loquitur de Claudio) vetustissimum quenq; ex senatu, aut quibus clari parentes fuerant paucis iam reliquis familiarum, quas Romulus maiorum, L. Brutus minorum gentium appellauerat, exhaustis etiam, quos Dictator Cæsar lege Cassia, & princeps Augustus lege Senia sublegere. Senatores igitur postea à principibus vel ex censu, vel ex gratia electi sunt. Plin. in procœ. libri. xiiij. Postquam senator censu legi cœpit. Differebant igitur patricij à senatoribus, quanq; patricius necdum senator inquit Tranquillus de Augusto.

E F

Cæteri.

A Cæteri ciues.

Complectebatur igitur plebis appellatio etiã Equites, quod & verba Liuij innuunt lib.xxvi. Cæterum (inquit) omne aurum, argentum, æs signatum, ad Triumuiros mensarios extemplò deferamus, nullo ante senatusconsulto facto, vt voluntaria collatio, & certamen adiuuandæ reipub. excitet ad æmulandum animos, primum equestris ordinis, dein reliquæ plebis. Equites autem elegisse Tribunos vnà cum plebe legitur apud Appianum lib.j.belli ciui. In hunc igitur modum (inquit) Caius secundò ad Tribunatum electus est, vtpote qui populum mercede sibi asciscens, etiam B Equites in sententiam suam deduxisset, qui mediam inter senatum popularesq; dignitatem obtinebant, quamuis certum post Ciceronem ordinem constituerit in eius gratiam, vt est autor Plinius libro.xxxiij.cap.ij.

Sed & plebiscita lege Hortensia lata, non minus valere, quã leges cœperunt.

Plinius lib.xvi. Quintus Hortensius (inquit) Dictator, cum plebs secessisset in Ianiculum legem in Aesculeto tulit, vt, ad id quod iussisset, omnes Quirites tenerentur. Liuius lib.ij. innuit hoc in secunda secessione fuisse, ita enim „ inquit, omnium primum cum in cõtrouerso iure esset, tene C rentur ne patres plebiscitis, legem centuriatis comitijs tule „ re, vt quod Tribuni plebis iussissent, populum teneret, qua „ lege Tribunitijs rogationibus telum acerrimum datum est. Au. Gellius lib.xiiij.cap.xxvij. Tribuni autem neq; aduocant patricios, neq; ad eos referre de vlla re possunt, ita ne leges quidem propriè, sed plebiscita appellantur, quæ Tribunis plebis ferentibus accepta sunt, quibus rogationibus antè patricij non tenebantur, donec Q. Hortensius Dictator eam legẽ tulit, vt eo iure, quod plebs statuisset, omnes Quirites tenerentur. Fuit igitur Dictator Hortensius, non Rex, vt hariolatur Accur. nec fuit ille, qui pacem cõposuit inter nobiles & plebem, vt idem existimat ex Pomponio.

Sed Menenius Agrippa, vt est apud Liuium libr.ij.nisi de D
secessione in Ianiculum forte intellexeris. Pomponius in l.ij.§.Augescente ciuitate.ff.de orig. iur. Deinde (inquit) cum esset in ciuitate lex.xij.tab. & ius ciuile, essent & legis actiones, euenit vt plebs cum patribus in discordiam perueniret, & secederet, sibiq; iura constitueret, quę plebiscita vocãtur, mox cum reuocata esset plebs, quia multæ discordiæ nascebanť de his plebiscitis, pro legibus placuit & ea obseruari, lege Hortensia lata, & ita factum est, vt inter plebiscita & leges, species constituendi interesset, potestas esset eadẽ, Qua rõne existimo Cic.in Topi.speciatim mentionẽ in partitione iuris ciuilis non fecisse de plebiscitis vt dixi.ŝ.

Senatusconsultum est, quod senatus iubet atq; constituit. E

Senatusconsulti formula est apud Vlpianum in.l.Item veniunt.§.Pridie idus martias.ff.de peti. hæred:& in.iij.& ix.Philipp. apud Ciceronem. Quo autem loco, quo tempore, & quo modo fieret senatusconsultum explicat Au. Gellius libro.xiiij.cap.vij. Impropriè autem dixit Iustinianus, quod senatus iubet atq; constituit. Nam censere propriè dicebatur senatus, vt videre licet in formulis superius citatis, iubebat populus, sciscebat plebs, censebat senatus. Liuius libro.vij.belli Macedo. Senatus cum pacem seruandam censuit, & paucos post dies populus iussit. Iabolenus F
in.l.Censere.ff.de ver.signi.& in.l.i.ff.de liber.vniuer. Cicero in Catilinam. Et quoniam nondum est perscriptum senatusconsultum ex memoria vrbis Quirites quid senatus censuerit exponam. & in Verrẽ. Consules si eis videbiť primo quoq; tpe ad hunc ordinem referant, ita vt de repub.fideq; sua cẽsuerint. Huius autem differentiæ ea potest ratio adduci, ꝙ in populo potestas, in senatu autoritas esset.

Nam cum auctus esset populus Romanus.

Fuit hoc temporis vitium, vt in hac re explicanda tantoperè iurisconsulti illi antiqui hallucinarẽtur, quare minus

A mirum videri poteſt, ſi Tribonianus hoc in loco aliorũ errorem ſecutus, ad eũdem lapidem oſtenderet, nam & Pomponius in.l.ij.ff.de orig.iur. hæc eadem ſcribit, & Theophilus hic quaſi ex annalibus recenſet hiſtoriam, neſcio an tam falsò, quàm ridiculè. Et quoniam non ſolum me piget ignorãtiæ ipſius, ſed etiam pudet, verba eius prætermittam. Ab initio enim reipub. cura penes ſenatum fuit, cui tutela imperij demandata fuit, vt ſcribit Diony.lib.ij. Quin ſummum populi Romani cõſilium, principem ſalutis, mentisq́ publicæ cuſtodem, prẹſidem ac propugnatorem reipub. dominũ publici cõſilij Cicero appellauit, de cuius autoritate etiam ab initio eidem tributa, nouus ille ac ſubdititius Feneſtella B plura memorię tradidit. Vldaricus Zaſius, doctus alioqui et elegans legum interpres, putat propterea Pomponium ac Tribonianum narraſſe ad hũc modum. Quia vbi antea ſuã tantum ſententiam dicere poterant, datum poſtea fuerit, vt quod ipſi cẽſuiſſent, vim legis haberet, quod mihi repugnare videtur fidei hiſtoriarũ, ſed vt aliàs ſuperius dixi, ſunt hęc iuriſconſultis & antiquis quaſi vltra crepidam, quod aiunt.

„ §. SED ET QVOD PRINCIPI PLA-
„ cuit, legis habet vigorem: quum lege Regia, quæ de
„ eius imperio lata eſt, populus ei, et in eum omne impe-
C rium ſuum, & poteſtatem cõceſſerit. Quodcunq́ er-
„ go Imperator per epiſtolam conſtituit, vel cogno-
„ ſcens decreuit, vel edicto præcepit, legem eſſe cõſtat.
„ Et hæc ſunt, quæ conſtitutiones appellantur. Planè
„ ex his quædam ſunt perſonales, quæ nec ad exemplũ
„ trahuntur, quoniam non hoc princeps vult. Nam
„ quod ob meritum indulſit alicui, vel ſi cui pœnam ir-
„ rogauit, vel ſi cui ſine exemplo ſubuenit, perſonam
„ non tranſgreditur. Aliæ autem cum generales ſint,
„ omnes proculdubio tenent.

Cum lege Regia, quæ de eius imperio lata est, populus ei, & in eum omne imperium suum & potestatẽ concesserit. D

Nullus, præter vnum Salomonium, horum verborum, quæ Vlpiani fuerunt in.l.i.ff. de consti.prin. verum intellectum assecutus est, quem ego viderim. Nam quod Accursius comminiscitur legem hanc non extare, & ꝙ ideo dicta fuerit Regia, quia in ea actũ fuerit de regio.i.imperio transferendo, & quòd per eam legis condendæ potestas tributa fuit, tam vana est interpretatio, ꝙ̃ inter se pugnans. Zasius in sua paratitla tẽpore Vespasiani rogatam fuisse existimauit ex quibusdam monumentis, de quibus inferius, Oldendorpius nunquam latam existimat. Alciatus in.l. Bona ciuitatis.ff. de verbo.signi. Rhemniam dicit, qua imperium in Augustum translatum est. Vt ergo rem omnem intelligãt iuuenes, nouisse velim nõ vnam fuisse legem regiam ab initio rogatam, qua in omnes passim Imperatores imperium à populo translatum esset, sed singulis Imperatoribus singulę fuerunt leges regiæ constitutæ, quibus populus Romanus suam potestatem, prout populo visum fuerat, concedebat. Non enim prorsus omnis autoritas & potestas populi tributa semper fuit, sed quibusdam maior, quibusdã minor. Quo fiebat, vt modò Tribunitiam potestatem, vt Augustus, perpetuam, autore Tranquillo, modò Consularẽ Imperatores assumerent, quę frustra ab eis vsurpata fuisset, si omnem potestatem populi obtinuissent. Quin lege Regia, multa principi prohibebanť. Primus omnium Vespasianus Augustus omnibus legibus solutus fuit, vt ex ærea tabula Romæ in Lateranensi basilica manifestum fit, quæ vltima tabula est legis regiæ de imperio Vespasiani, quãuis autore Tranquillo etiam Caligulæ ius arbitriumꝙ omnium rerum permissum fuerit. Quin legis Regiæ meminit Marcellus in.l. Negat.ff. de mor.infer. sed aliò spectat locus ille, vt ibi dicem⁹ ne:s. si pręgnans mortua sit humetur ante excisum partum. Vides modò quanti irrepserint errores ex ignoratione hu-

E and F appear as margin letters beside the lines "uit ex quibusdam..." and "petuam, autore Tranquillo...".

A ius tantum rei. Nam et sub Imperatoribus, & senatus, & populus, & plebs, complures condiderunt leges, quæ obuiæ cuiq; sunt in Pandectarum libris. Non abdicauit igitur populus se potestate sua, sed eam impartitus est suis principibus. Ideo autem Vlpianus in.l.i.ff. de cōsti. princi. dicit, omnem potestatem populi in principem fuisse trãslatam, quia loquitur de Alexandro, cui à consilijs fuit Vlpianus, cuius quidem Alexandri tanta fuit iustitia & æquitas, vt legibus solueretur. Inualuit tamen abusus inclinãte imperio Romano, vt omnes, dum à populo principes declararent ac salutarent, legibus soluerentur, ita omnia in præceps ire cœperunt. Non ergo intelligendum est, q lex Regia transtulerit

B omne imperium populi in principem, vt.s. eo translato populus non vteretur, vt Accursius & pleriq; omnes existimarunt, sed, vt, quod posset populus vniuersus, solus princeps posset. Aequalis ergo potestas erat principis & populi, hoc populo iferior, quia quasi populi personã gereret, hoc superior, q singulis præstabat. Quin & ipsum senatus, & abrogandi imperij ius, & de nece Imperatoris ius habuisse, vno tantum exemplo demõstrabo: autor est Herodianus, Seuero à militibus salutato Augusto, cum Iulianum trepidãtem viderent, eius nece decreta, Seuerum Imperatorē declarasse. Eius verba hæc sunt. Biduò verò post, triduo'ue audito Seuerum iam planè adesse, omnes, contēpto Iuliano, in curiam cõuenere iussu Consulum, Quippe ijs curæ Romana

C res est, quoties de imperio ambigitur, qui postq; frequentes affuerunt, quod facto opus esset inter se deliberabãt manente adhuc in aula Iuliano, ac fortunã suam miserante, suppliciterq; rogante, vt sibi eiurare imperium liceret, omnemq; eam potestatem Seuero concedere, Sed vbi intellexit senatus pauidum Iulianũ, perterritos corporis custodes, ipsum penè ab omnibus destitutum, decreta illius nece, Seuerum Imperatorem declarant. Tum legatos ad eum mittunt, vt omnes illi honores Augustorum deferrent. Strabo, qui Romæ versatus est tempore Augusti & Tyberij lib. xvij. in fi. ita inquit, loquẽs de Augusto, Nã cum patria & totius im-

perij patrocinium permiserit, & pacis & belli quãdiu vixerit potestatem, totum imperium bifariam diuisit, nam partẽ sibi asciuit, partem populo dedit, ac sibi quidem quæcunque militum præsidio indiget. Idem & Orosius lib. vi. ca. xviij. D
„ Hoc (inquit) die primum Augustus salutatus est, quod no
„ men antea cunctis inuiolatum, & hucusque cæteris inausum
„ dominis, atque ex eo die, sũma rerum ac ptãtum penes vnũ
„ esse cœpit & mansit, quod Græci monarchiam vocant.

Ei & in eum.

Accuratè sanè Accur. ei quo ad honores, in eũ quo ad onera imperij interpretatur, verba hæc sunt Vlpiani in. d. l. i. ff. de consti. princi. quo in loco legitur conferat non concesserit vel concesserit, quod veritati maximè conuenit, vt scilicet electo principe, populus autoritatem & potestatem suã conferat, non quod statim facta electione transeat ex lege Regia semel lata. Dicitur autem conferri alicui & in aliquem aliquid, apud Latinos autores. Geminata autem hic verba sunt maioris cuiusdam expressionis causa, non vt onus ab honore distingueretur, siquidem exempla contraria sunt obuia. Cicero pro lege Manilia. Dubitabitis Quirites, quin hoc tãtum boni, quod à Dijs immortalibus oblatum & datum est in rempub. conseruandam atque amplificandam conferatis? Quin nec in eum scilicet populum itelligi potest, vt Aemilius hic. Magis enim in se dixisset. E F

Omnem vim & autoritatem.

Alciatus vir multę eruditionis & perspicacis ingenij in. l. Censere. ff. de ver. signi. licet aliò spectans, hæc verba considerans, optimè profectò, ac verè dixit Imperatorem, qui lege Regia omnem autoritatem ac omne ius populi Romani obtineret, nullũ aliud ius habere posse in populos subiectos, quàm quod populus Romanus haberet. At cum Itali, socij populi Romani essent, non subditi ex fœdere, quod semper sanctissimè seruatum fuit, non potest Imperator in Italos aliud ius, quàm societatis habere.

A Nam quod ob meritum indulsit alicui.

Male interpretatur Accursius, si ob merita præcedentia pœna aliqua remissa sit. Sensus est, si quid alicui ob merita concesserit, ita verbum indulgere accipitur in ca.i.&.ij.de dilatio. Est enim secundum Vallam indulgere facile concedere. & Plin. Episto.xxxvij. Et nuper ab optimo principe trium liberorum ius ab eo impetraui, quod quanquam parce, & cum delectu daret, mihi tamen tanquā eligeret indulsit, & alibi. Indulsit balneum fieri, quod adhuc planius est ex subsequētibus verbis, Vel si cui sine exemplo subuenit, quæ remissionem pœnæ significare possunt.

B Vel si cui pœnam irrogauit.

Accursius intellexit quandò vel non merenti à principe pœna irrogata est, vel merenti, sed tamē maior, quam per leges oportuerat, vt esset multorum metus. Nonnunquam enī euenit, vt inquit Claudius in.l. Aut facta. in fi.ff.de pœnis. vt aliquorum maleficiorum supplicia exacerbētur, quoties multis personis grassantibus exemplo opus sit. Quò pertinent ea, quæ Philosophis de exemplo in pœnis tradita dicuntur ab Au. Gellio lib.vi.cap.xiiij. Plerunque enim acerbitas vlciscendi maleficij, benè atque cautè viuendi disciplina est. Sed hic sensus mihi placere non pōt. Quod enim non merenti pœnam imponat princeps, non præsumit, neque admittit lex, vt C inquit Paulus in.l.Ex facto in prin.ff.de vulg.& pu. Quod autem merenti maiorē imponat, vt alios terreat, si id ex causa faciat, vt sentit Accur. iam legē generalem cōstituit in similibus speciebus, quando.s.opus est exemplo. Placet igitur interpretari, vt quoties princeps pœnam aliquā legibus minimè statutam irrogat, quod causæ intuitu aliquando fieri testantur Imperatores in.l. Si vindicari.C.de pœn. non debeat ad consequentias trahi.

Vel si cui sine exemplo subuenit.

Melius Accur. in.l.i.ff.de consti.princi.quam hic. Quandò

enim certo hominum generi aliqd indulget, quo ad eos ius D quoddam singulare indulgens, tunc legem condit vniuersalem in eo genere personarum, sicuti cum super emptionibus aliquid statuit, ius commune est, & si nō trahatur ad testamenta. Planè igitur intelligas, siquem puta restituat, vel pœnam in eum iam statutam remittat & indulgeat.

„ §. PRAETORVM QVOQVE EDICTA, „ non modicam obtinēt iuris autoritatem. Hoc etiam „ ius honorarium solemus appellare: ꝙ qui honores „ gerunt, idest magistratus, autoritatem huic iuri dede„ runt. Proponebant & Ædiles Curules edictū de qui E „ busdā causis: quod edictū, iuris honorarij portio est.

Prætorum quoqꝫ edicta.

De Prætoribus ita leges. xij. tab.
Iuris disceptator, qui priuata iudicet, iudicari'ue iubeat, Prętor esto,
Is iuris ciuilis custos esto, huic potestati parento
Quotcunqꝫ senatus creuerit, populus'ue iusserit, tot sunto,
Magistratus annui sunto.
Omnes magistratus auspicium iudiciumqꝫ habento, idest F appellationem ad senatum vel populum, vt Cicero lib. iij. de legi. interpretatur. Hi non habebant legis condendæ potestatem, vtpotè qui iuris custodes ac disceptatores tantum constituti erant loco Consulum, qui prius ius dicebant, qui postqꝫ finitimis bellis auocati essent, vt inquit Pomponius in. l. ij. §. Cumqꝫ Consules. ff. de ori. iur. factum est, vt prius Vrbanus Prætor crearetur, postea peregrinus, in quo Liuius dissentire videtur, qui Prętoris creationem patribus concessam dixit, postqꝫ plebs Romana obtinuit, vt ei ad Consulatum aditus esset. Hi Prætores, cum in iure dicendo perspexissent per leges. xij. tab. ac illam partē iuris ciuilis, quę nomine sui generis appellata est ius ciuile, ac per legis actiões multa

A multa fuisse omissa, quãplurima ita statuta, vt nisi æquitate quadam adiuuarentur, ius suum cuiq; minimè tribueretur. Edicta proponebant annua quidem, prout & eorum magistratus erat annuus. Quo factum est, vt pleræq; Prætoriæ actiones anno finirentur. Cice. in Verrem. Qui plurimum tribuunt edicto Prætoris, legẽ annuam esse dicũt, tu edicto plus complecteris, quàm lege, Si finem edicto Prętoris afferunt calendæ Ianuariæ, cur non initium quoq; edicti nascitur à calendis Ianuarijs? an in eum annum progredi nemo poterit edicto, quo Prætor alius futurus est? in illum, quo Prætor alius fuit, regreditur. At quoniam plurima erant in edictis Prætorum, qui iam magistratu suo functi erant, optimè constituta, transferebãtur ab ijs, qui Præturam inibant, B capita aliquot ex prioribus edictis, prout & hodie in Præsidibus & Præfectis ciuitatum ac prouinciarũ fieri videmus. Ea capita ita translata, edictum translatitium appellatũ est. Cicero in Verrem act. iij. Sed in re (inquit) tam vsitata, satis est ostẽdere omnes ante me ita ius dixisse, & hoc vetus edictum translatitiumq; esse. Sed quia ęmulationis studio eueniebat plerũq;, vbi presertim ad ciuilia bella ventum est, vt edicta contraria proponerentur, lege Cornelia cautum est, vt Prætores ex edictis suis perpetuis ius dicerent, vt inquit Asconius in orat. pro l. Cornel. Saluius inde Iulianus sub Hadriano collectis omnium Prætorũ edictis, edictum per- C petuum cõposuit atq; ordinauit, & interpretatus est, quod attigit Alciatus post Budęum. Est tamen lex Iustiniani, quę hoc clarè explicat in. l. siquis seruum. C. de condi. indebi. & apertius in. l. ij. §. Sed quia diuinæ. C. de vete. iur. enucle. ibi cum & ipse Iulianus legum & edicti perpetui subtilissimus conditor suis libris hoc retulit. Hoc edictum ita collectum seruari mox cœpit, vt est autor Eutropius, donec Seuerus in odium Dydij Iuliani, qui nepos Saluij Iuliani fuerat, iussit eius decreta aboleri, vt tradit Spartianus, quod postea nõ obtinuit. Hinc interpretari licet multas leges, in quibus edicti perpetui mentio fit, quæ doctissimus Alciatus aduertit lib. ij. dispunct. cap. xxi. His ergo edictis Prætores ab ini

tio adiuuabant, supplebant, corrigebant ius ciuile ob publicam ciuium vtilitatem, vt inquit Papinia. in. l. Ius autem ciuile. ff. de iusti. & iur. Hinc dicebat Martianus in. l. seq. Ius Prætorium viuam esse vocem iuris ciuilis, quod & Cicero expressit libro de legib. cum inquit. Magistratus hęc est uis, vt præsit, præscribatq; recta & vtilia & coniuncta cum legibus. Vt enim magistratibus leges, ita populo pręsunt magistratus, vereq; dici potest magistratum esse legem loquentem, legem autem esse mutum magistratum. Vbi enim incidisset casus, in quo lex non loqueretur apertè saltē ac planè id interpretabatur à lege scriptum Prętor, quod lex tunc verisimiliter statuisset, si de hoc populus rogaretur ex æquo. & bono, quod semper Prætor inspiciebat. l. Quod si Ephesi. ff. de eo quod cer. lo. quippe qui ex regulis æqui & boni veteres leges interpretati sunt, aut casus ab illis omissos addiderunt. Hoc ius Prætoriū simpliciter explicat Boetius in Topicis his verbis. Edicta magistratuū sunt quæ Prætores vrbani, vel peregrini, vel Aediles curules iura dixerunt. D

Hoc etiam ius honorarium solemus appellare, ꝙ qui honores gerunt, idest magistratus, autoritatem huic iuri dederunt. E

Hinc etiam honorariæ actiones dictæ sunt Prætoriæ in l. ij. ff. nau. caup. stabul. & alibi frequenter. Papinianus in. l. Ius autem ciuile. ff. de iusti. & iur. ius honorarium ad honorem Prætorum appellatum dixit Pompo. in. l. ij. §. eodem tempore, ius honorarium dici asserit, quod ad honorē Prętoris venerat, cui etiam astipulatur hic Theophilus, confert quòd honorarium appellamus munus illud, quod principibus vel etiam magistratibus primum vrbem aliquam ingredientibus dari solet, quasi ad honorem eorum datum, et honorarios ludos appellamus liberalia. Dicitur enim propriè honorarium, quod ad honorem pertinet. At quod hic dicitur, suaderi etiam potest ex verbis. l. iij. ff. Quod met. cau. F

A Huic iuri autoritatem dederunt.

Conflictantur maximé inter se Doctores nostri, an Prætores legis condendæ autoritatem haberēt, vt ipsi inquiunt per prius vel posterius.i.an per se leges eorū & edicta valerent, an iuris ciuilis populi.s.autoritas exigeretur, quæ illa probaret ac firmaret. Si enim Prætores huic iuri autoritatē dederunt, vt hic dicitur, & in.l.ij.§.eodem tempore.ff.de orig.iur. frustra confirmatio requiritur, quæ si superuenisset, iam non Prætorium ius, sed ciuile diceretur à cōfirmante.l.ij.§.omnia autem.C.de vete.iur.enucl.l.Adoptio non
B videtur.ff.de adoptio. Sed huius rei veritas hinc pendet, quod Prætores autoritatem condendę legis, durante eorum annuo magistratu, habuerunt: cum eo durāte, Edicta sua vim legis obtinerent.d.§.Eo autem tempore: non tamē habuerunt, vt in perpetuum valeret, quod ab eis edicebatur. At postquam factum est edictum perpetuum, verum erit & edicta vim legis habere, & edicta vim legis non habuisse. Ex temporarijs enim edictis illis formatum est edictum perpetuum, quod vim legis perpetuæ obtinuit.

Proponebant & Ædiles Curules.

Theophilus hic, vt sæpe in historijs plura perperam, & non ex fide recenset. Liuius lib.vi.ad fi. Ita ab diutina ira re
C ductis in cōcordiam ordinibus, cum dignam eam rem censeret senatus esse, vt ludi maximi fierent, & dies vnus ad triduum adijcerēt, recusantibus id munus Aedilibus plebis, cōclamatum est à patricijs iuuenibus, se id honoris deorum immortalium causa libenter acturos, vt Aediles fierent: quibus cum ab vniuersis gratiæ actę essent, factum senatuscōsultū, vt duos viros Aediles ex patribus Dictator rogaret populum. Erat enim vt testatur Cicero lib.ij.de legi. magistratus, per quem adolescentibus ad amplioris honoris gradus erat ascensus, quod & testat Liuius lib.vij. Inter leges, quæ.xij.tabulę dicuntur, hæc quoque annumerātur. Suntoque Aediles curatores vrbis, annonæ, ludorumque solennium,

ollisq; ad honoris amplioris gradum, is proximus ascensus D esto: cui repugnare videtur locus Cic. in Verrem dum dicit Quæsturam primum gradum honoris esse. Tu sic cõcilies Quæsturam ex magistratuum ordine nõ fuisse, sed ędilitas, prętura, consulatus: id innuit Arca. in. l. vlt. §. i. ff. de mune. & ho. Quæstura inquit in aliqua ciuitate inter honores non habetur, sed personale munus est: & hinc Vlpia. in. l. origo. ff. de offi. quæsto. aptè dixit, Quæsturam ingressum & primordium gerendorum honorum fuisse. Hinc Asco. Pedia. inquit, Senatoris prima administratio erat Quæstorẽ fieri. prouinciæ curam gerere, pecuniæ publicè in diuersos vsus erogandæ, primam administrationem dixit, non magistratum, quãdo Aedilium magistratus erat: in quo & lex annaria de vacatione quadriennij locum habebat. Erant autem E duo Aedilium ordines autore Plutarco in Mario, alter patricius, qui iuri dicundo pręerat, qui Curulium nominabaṫ, is est, de quo nunc agimus: alter plebeius, quem quidẽ magistratum Aristo. lib. vi. Politi. in secunda magistratuum necessariorum specie ponit. Quænam autem esset cura Aedilium Curulium, eorum edictum relatum ab Vlpiano in. l. i. ff. de Aedili. edic. satis ostendit, inde percipies sensum illorꝝ verborum de quibusdam causis. Item ex. l. pe. ff. de via publi. vbi ex Papiniano habes plura de Aedilium officio, sed clarius Cicero actio. vij. in Verrem. Nunc sum designatus
„ Aedilis, habeo rationẽ quid à populo Romano acceperim, F
„ mihi ludos sanctissimos maxima cum ceremonia Cereri,
„ Libero, Liberæq; faciẽdos: mihi Floram matrem populo,
„ plebiq; Romanæ ludorum celebritate placandam: mihi lu-
„ dos antiquissimos, qui primi Romani sunt nominati maxi-
„ ma cum dignitate ac religione Ioui, Iunoni, Mineruęq; esse
„ faciendos: mihi sacram ædium procurationem: mihi totam
„ vrbem tuẽdam esse commissam, ob earum rerum laborem
„ & solicitudinem fructus illos datos, antiquiorem in senatu
„ sententiæ dicendæ locum, togamq; prętextam, sellam curu-
„ lem, ius, imagines ad memoriã, posteritatemq; prodẽdam.
Curabãt autem hi in primis omnem ciuitatem, iccirco Se-

neca

A neca in libro de beata vita enumerat Aedilem metuētia loca, & in primis vias publicas, vnde legit̃ apud Paulum in.l. Lectos.ff.de peri. & cõmo.rei vend. lectos emptos Aedilem, cum in via publica poſiti eſſent, cõcidiſſe. & Vlpianus in.l.Item quæritur.§.Siquis menſuras.ff.loca. ſcribit Aedilem menſuras iniquas fregiſſe, quod & ſcribit Perſius, Fregerit heminas Arreti Aedilis iniquas. Seruabāt quoqꝫ in Cereris templo plebiſcita.

Quod edictum iuris honorarij portio eſt.

Iccirco portionem eſſe prætorij iuris edictum Aedilium dixit Accur. ꝙ Aediles ex Prætoribus eſſent, tam inepte, vt nihil ineptius, in recipiendis edictis Prætorum, & in ſta-
B tuendo edictum illud perpetuum, de quo diximus, recepta fuerunt etiam Aedilium edicta, ita ꝙ ex vtriſqꝫ ius Prætorium cõfectum ſit. Quare meritò dictum eſt edictum Aedilium Curulium portionem eſſe iuris honorarij.

„ §. RESPONSA PRVDENTVM SVNT
„ ſententiæ & opiniones eorum, quibus ꝑmiſſum erat
„ iura condere. Nam antiquitus conſtitutum erat, vt
„ eſſent qui iura publicè interpretarent̃: quibus à Cæ-
C ſare ius reſpondēdi datum eſt, qui iuriſconſulti appel
„ labantur: quorum omnium ſententiæ & opiniones
„ eam autoritatem tenebāt, vt iudici, recedere à reſpon
„ ſis eorum non liceret, vt eſt conſtitutum.

Reſponſa prudentum.

Boetius in Topicis ad hunc modum: Iuriſperitorum autoritas, eſt eorum, qui ex.xij.tab.vel ex edictis magiſtratuū ius ciuile interpretati ſunt, ꝓbatæ ciuium iudicijs creditæqꝫ ſententiæ. Huius autem partis iuris ea fuit origo, ꝙ latis legibus.xij.tab. cum hæ leges quamuis ſententia q̄plurima

complecteretur, tamen verbis ipsis pauca quædam statue- D re videbātur. Quo factum est, vt cum generales illas regulas, homines cupiditatibus acti, vel suo sensu abūdantes, vt inquit Apostolus, in diuersa traherent, atq; interpretarent, fori disputationes processerint, & autoritas prudentum desyderata sit. Id quod expressit Pomponius in.l.ij.ff.de orig. iur. cum inquit, His legibus latis, (loquit de legibus.xij.tabu.) cœpit vt naturaliter euenire solet, vt interpretatio desyderaret prudentum autoritatem, necessariamq; disputationem fori. Hinc ergo fluere iuris prudētum autoritas cœpit, qui legum, vt inquit Cicero, consuetudinisq; eius, cuius priuatim in ciuitate vsus esset, & ad respondēdum, & ad agendum, & ad cauendum periti essent. Ante tamen Augusti E tempora, qui suorum studiorum fiduciam habebant, consulentibus respondebant, Responsa tamen nec signata dabant, sed plerunq; iudicibus scribebant, aut iuris scripti testimonium iudicibus reddebant, qui illos consulebant, vt idem Pomponius tradit in.d.l.ij.§.Et vt obiter.ff.de orig. iur. Et hinc est, quòd dicit Boetius scribens secundum tempora Ciceronis probatæ ciuium iudicijs, creditæq; sententiæ. At primus Augustus, vt maior iuris autoritas haberetur, constituit, vt ex autoritate eius responderetur, & ex illo tempore peti hoc pro beneficio cœpit, vt dicit idem Pomponius vbi.s. Hæc igitur responsa prudentum sunt, quę iurisconsulti ex ęquo bono responderunt, non constituentes F leges, vt male videtur sentire Theophilus, & verba Triboniani innuere, necnon Iustiniani in.l.ij.§.Iubemus.C.de vete.iur.enucle. & suadet.l.Gallus in princ.ff.de lib. & posth. in verbo induxit.§.Hoc quidem.j.de legi. agna. success. dum agitur de repulsione fœminarum contra ius.xij.tabu. Sed respondentes de iure, id quod ęquum & bonum existimarent, à quibus respōsis, & si iudex recedere minimè posset in ea causa, ea tamen responsa per se vim legis perpetuæ non habebant, nisi pro legibus approbarent à principibus, vel ab vsu: quę verò contrarium suadere videbantur diluit, Salomonius in interpretatione huius loci.

A Sententiæ & opiniones.

Vertit hunc locum paraphrasticè Theophilus, atq; eodē modo interpretatus est, quo postea Accur. vt pro sentētijs, intellexerit certas & indubitatas responsiones, cum responsum est aliquid fieri posse licere'ue pro opinionibus dubias atq; suspensas respōsiones, cum quid existimare se fieri posse, non tamen affirmantes dicebant iureconsulti, sed subsistentes. Ego hāc differentiam nunq̄ probaui, q aliter accipientes viderim Imperatores in.l.Eos.§.pen.C.de appella. in.l.A' proconsulibus.eo.tit.& iurisconsultum in.l.Sciendum.ff.de appella. recip. nec recta loquendi ratio admittit. B ꝓposita aliqua quæstione dubia, vt respōdeamus hæc mea opinio est, sed benè sententia. At si ab huiusmodi opinionibus, ne latum quidē vnguem discedere licebat iudicibus? quanā ratione secuti essent in pronuntiando ac decernēdo apertè inter litigātes, vt decet, qđ sub dubio r̄nsum fuisset?

A Cæsare.

Accursius benè exponit, vt de Augusto intelligatur, qui primus, vt dixi, hoc beneficiū impartiri cœpit. Anceps fui aliquando, an ante Augustum aliquid à senatu concessum esset celebratissimis illis iureconsultis. Legimus enim autoritate Ciceronis P. Scipioni Nasicæ, qui optimus à senatu, C & corculum est appellatus, fuisse domum publicè datam in via sacra: quo facilius, & consuli, & respondere posset: non credo tamen id factum fuisse, quando legimus Crassum in causa hæreditaria apud Centumuiros egisse, ne Mutij Scæuolę responso staretur. Disputatū fuit item apud Recuperatores inter Ciceronē & Pisonem de respōso Gallij Aquilij.

Vt est constitutum.

Ab Imperatoribus, scilicet, à quo tamen primum ignoramus, verisimile tamen est ab Augusto ita constitutum, quādo indulsit, vt ex principis autoritate responderent.

„ §. EX NON SCRIPTO IVS VENIT, D
„ quod vſus approbauit. Nam diuturni mores, conſen
„ ſu vtentium comprobati, legem imitãtur. Et non in-
„ eleganter in duas ſpecies ius ciuile diſtributum eſſe vi
„ detur. Nam origo eius, ab inſtitutis duarum ciuitatũ,
„ Athenarum ſcilicet, & Lacedęmoniorum, fluxiſſe vi
„ detur. In his enim ciuitatibus ita agi ſolitum erat, vt
„ Lacedæmonij quidẽ magis ea, quæ pro legibus ob-
„ ſeruabant, memoriæ mandarent: Athenienſes vero
„ ea, quę in legibus ſcripta cõprehendiſſent, cuſtodirẽt.

E

Ex non ſcripto ius venit.

In forum deſcendit ius moribus introductum, & ex eo quod in ciuitate fieri conſueuit, vt Boetius definit in Topicis. Haloan. legit ſine ſcripto, ego aliquando ſcriptum legi. Non ſcriptum ius eſt, quod melius reſpondet illis ſuperioribus verbis. Scriptum autem ius eſt, cui lectioni aſtipulatur Theophilus hic. Legem autẽ imitari dixit, id eſt tantũdem præſtare, & quaſi legem repreſentare.

Et non ineleganter.

Diſtributum ius ciuile Romanorum fuit in duas partes, F in ſcriptum, & non ſcriptum, quod à duabus ciuitatibus fluxit, in quarum vna, ſcriptis legibus vtebantur, in alia moribus. Diuiſio ergo elegans fuit, nõ imitatio illarum ciuitatũ, vt intelligit hic Chriſtophorus Portius, elegans hinc dici annotans, quod originem ducit ab optimis conſtitutionibus, quo nihil ineptius.

Nam origo eius.

Ideo dicit originem iuris ciuilis Romanorum fluxiſſe ab inſtitutis harum duarum ciuitatum, quia cum plebs Romana varijs ſeditionibus æſtuaret, & C. Terentius Trib. pleb. in inuidiam

A in inuidiam nobilitatis leges ferre cōtenderet, vt Consul eo iure teneretur, quod populus daret, vt est apud Liuium libro .iij. fine discordiarū facto, tres electi sunt, qui ferrēt quę vtilia ciuitati pro libertate æquanda existimarēt, hi fuerunt Sp. Posthumius. P. Sulpitius. A. Manlius, qui decreti sunt Legati populi Romani, & missi, instructis ex publico triremibus in Græciā, vt inde leges & consuetudines afferrent, quas populo Romano vtiles esse putarent: quibus reuersis Decemuiri creati sunt, qui ex his legibus & consuetudinibus per eosdē tres Legatos ex scriptis Romanas leges conderent, â quibus postea duodecim illæ legum tabulæ factæ sunt, quod ius .xij. tab. appellamus. Hāc omnem historiam
B Liuius lib. iij. & Dionysius lib. x. tradiderunt: fusius Fenestella, & Pomponius in .l. ij. §. Postea. ff. de orig. iur. quanq; fallatur in creatione Decemuirorum, vt ibi diximus. Gręcarum legum plurimæ adhuc extant in nostris, vt suo loco demonstrabimus. Non omiserim quod habetur in c. Non est. distin. vi. ius cōsuetudinis post naturalem legem exordium habuisse, ex quo homines cōuenientes in vnum, cœperunt simul habitare, quod ex eo tp̄e factum esse creditur, ex quo Cain ciuitatē ædificasse legit, quod ego nescio an probem.

Vt Lacedæmonij quidem magis ea, quæ pro legibus obseruabant, memoriæ mādarent.

C Scribit Plutarchus Lycurgo sanciente ita Lacedæmone seruatum fuisse, vt leges ipsas moribus tenerent, ac sibi per manus traderent, quamuis Ammia. Marcellinus lib. xvi. rerum gestarum de Iuliano Imperatore loquens dicat, eum leges Lycurgi sumptuarias Rethris inscriptas, iam senescentes reparasse. Apud Aethiopes etiam hoc tēpore scriptum legi hūc seruari morem, quem olim Lycurgus probauerat, nam & hi nullis legibus ex scripto vtuntur, moribus tātum statutas quasdam leges habent, iudicant ex bono & æquo ciuiles discordias, criminales etiam, prçterq; vbi de vita hominis ageretur. De his enim iudices non decernunt, sed decretum ad Præfectum vrbis deferunt, quem Lycomegiam

vocant, qui Regis munia ſuſtinet. Indi quoq; legibus vte- D
bātur non ſcriptis. Literas enim non nouerant, ſed oīa me-
moriter adminiſtrabant, quibus ob ſimplicitatē ac parſimo
niam omnia proſperè ceſſiſſe proditum ſit, quod quidem in
ſtitutum Iſocrates valde probat. Atqui, ciuitates (inquit) re
ćta reipub. ratione conſtitutas, haud quaq; porticus ſcripto
rum plenas habere, ſed in animis potius condita iura tenere
expedit, neq; verò decretorum redundanti copia, ſed com-
poſitione morum præclarè vrbes habitātur. Scribit Ariſto-
teles, Agathyrſis in more fuiſſe tēporibus ſuis, quod olim
veteres omnes faciebant, priuſq; literas ſcirent, vt leges ca-
nerent, ne eas obliuioni mandarent.

E

„ §. SED NATVRALIA QVIDEM IVRA
„ quæ apud omnes gentes peræq; obſeruantur, diuina
„ quadam prouidentia conſtituta, ſemp firma atq; im-
„ mutabilia permanēt: ea verò, quæ ipſa ſibi quæq; ci-
„ uitas conſtituit, ſæpe mutari ſolent, vel tacito conſen-
„ ſu populi, vel alia lege poſtea lata.

Sed naturalia quidem iura.

Qui hunc locū interpretati ſunt Accur. Io. Faber. Ang.
Chriſtophorus & neoterici omnes, penitus à vero aberra- F
runt, & quāuis difficile videatur rem tot ſeculis, ſummis in-
genijs, maximis ſtudijs explicatam damnare, id tamen pau-
lò audacius aſſeuerauerim, φ doćtiſſimū virum Philippum
Melanchthonem alibi legerim huius fuiſſe ſententiæ, quā-
uis non hunc locum explicauerit, quem ſecutus Ioan. Ol-
dendorpius vir laude digniſſimus, ita etiam interpretari vi-
ſus eſt, cum ius naturę ſit totū naturale iudicium, multa con
tinet, in quibus alia ſunt præcepta ſumma, quæ gubernant
omnes leges, & ſunt immutabilia, alię ſunt leges inferiores,
quæ determinationem & interdum mutationem recipiunt,
non propter aliquod vitium, quod in ipſis ſit emēdandum,

A quoniã natura nihil habet vitij, sed ob varias rerum circun- stantias. Quare, id, quod dicit, ius naturæ immutabile esse, de toto iudicio naturæ intelligatur, non de vsu earũ rerum, quæ sua natura sunt indifferentes, & aliquam varietatem iudicio naturali admittunt, & hos gradus legum diuersos natura facit, tametsi ipsa in se sit simplicissima, vt nostris defectibus deseruiat, & singulis morbis singula remedia generaliter accommodet, ac viam commonstret nobis, qua liceat diligentia in speciem per singulas rerum circũstantias ciuili autoritate leges ferre. Lex summa est hominẽ ad cognitionem Dei & ad societatem quandam creatum esse, item oẽs res ad vsum hominis datas, item tollẽdum quicquid huma-
B nam societatem diruere possit aut corrumpere. Hę leges supremæ & immutabiles sunt, aliæ verò inferiores, aut (si ita dicere libeat) specialiores censent, vt ecce cõmunio rerum quoad fieri potest retinenda est, vt omnes homines omnibus donis Dei fruantur. Item quoniã sine corruptione societatis absoluta communio inter fragiles homines retineri non potest, adhibenda est aliqua forma cõueniens. Item distinguenda dominia multis modis. Hæ leges recipiunt determinationem, tum naturali, tum ciuili ratione, vt discutiamus quænam possint aliquo modo manere communes, secundum generalem naturæ regulam, & quatenus possint, quæ verò nullam admittãt communionem absolutam, nisi
C adhibita forma ciuili. Ergo cum de feris bestijs, piscib⁹ maris, auibus cœli nullum videbatur, scilicet cum omni sensu vtimur, controuertendi periculum, merito hæ res, & aliqd genus cõmunes manent, reliquæ verò distinctæ sunt. Hæc Oldendorpius. Ego cum locus hic apud nostros subobscurus videat, vt eum aperiam, paulisper, pręter morem & institutum meũ immorabor. Naturalia iura hoc in loco nõ intelligas communia omnibus animantibus, sed gentium. Verba enim illa, quæ apud omnes gentes peræq; obseruantur, sensum illum excludunt, sicuti docent de iure gentium indito sensisse Iustinianum, cum superius eisdẽ verbis vtatur ibi. Quod verò naturalis ratio inter omnes gentes con-

ſtituit, id apud omnes populos peræquè cuſtodit, & eſt illud D
ius naturale, quod cum genere humano rerum natura pro-
didit, vt dicitur in. §. Singulorum. ĩ. de rerum diui. quod ẽt
ſuadetur ex eo, ꝙ in hoc loco naturalis huius iuris firmitatẽ
ponit, ad differentiam iuris ciuilis, quod mutari ſæpe ſolet,
ſicut in. d. §. Ius aũt ciuile. Similiter ponit ius gentium indi-
tum ad differentiam iuris ciuilis. Iura ergo illa, quæ diuina
prouidentia inſita ſunt animis noſtris, quæ non ſuadentur
ob ſpeciale bonum hominum, ſed in vniuerſo à natura ipſa
principaliter & propter ſe, vt in exẽplis poſitis in. l. ij. &. iij.
ff. de iuſti. & iur. veluti erga Deum religio, vt patriæ, & pa-
rentibus pareamus, vt vim atque iniuriam propulſemus, hęc
(inquam) iura ĩmutabilia ſunt, quia eius contrarium intro- E
duci nulla ratio pateretur, ne Deus coleretur, ne parẽtibus
aut patriæ obediremus. Alia verò iura, quæ à iure gentium
conſtituto peruenerunt, quamuis naturali aliqua ratione in
troducta ſint ad bonum publicum, & ad conſeruandam hu
manæ vitæ ſocietatem, nõ ſunt introducta naturali ratione
diuina prouidentia conſtituta, ſed præſuppoſitis hominum
moribus, vt facilius hominum ſocietas cõſeruaretur, paxque
& tranquillitas haberetur. Quamuis ergo dominiorum di-
ſtinctio ad rixas & contentiones vitandas introducta ſit, nõ
tamen hoc diuina prouidentia conſtitutum eſt ex inſtinctu
ſolo naturæ, ſed (vt ita dixerim) ex ciuili quadam ratione. F
Illa ergo immutabilia ſunt, quia nefas eſt contrarium ſtatue
re, vt apertè dixit Florentinus in. l. Vt vim. ff. de iuſti. & iur.
hæc verò, quæ ob bonum publicum introducta ſunt, eodẽ
bono publico, & eadem cauſa, aut neceſſitate, aut vtilitate
ſubſiſtente, variari poſſunt. Hęc ſi ita ſtatuas, quę de ſeruitu
te, & alijs dicuntur à Doctoribus noſtris, facilè & verè euita
bis. Scio Ariſtotelem locum hunc libro. v. Ethico. attigiſſe
cap. vij. ſed non videt eius ſententia abundè ſatisfacere diſ-
ficultatibus aliorum. Illa ergo immutabilia ſunt, quæ inſita
nobis ſunt à natura tanquam principia quædam, quibus muta-
tis, naturę corruptio ſequeretur, veluti neminem lædas, qui
non nocuit, vt dixi. Si enim hoc principium mutes, ſurſum

A deorsum agerentur omnia, sequereturq́; naturæ corruptio, si pro libidine, insolens atq; impotens quisq; ferri posset in aliorum vitam ac fortunas. Sensit hanc legē Dionysij Tyranni Siciliæ mater, cui cum filius stuprum inferre conaretur, fertur respondisse, Tyrannū, ciuiles leges mutare posse, sed naturalia iura prorsus tollere nequaq;. Quæ verò naturalia sunt, quia naturali quadā ratione ab hominibus ipsis statuta sunt, mutari possunt, quia illis mutatis, naturæ corruptio nō sequitur. Illa ergo moralia, quę probabiles habent, et (vt dixi) ciuiles quasdam rationes non necessarias, quãuis à natura aliquantisper discedant, eam tamen non corrumpunt. Natura cōstitutum est, neminem cum alterius damno fieri
B locupletiorem, & ob id, vsuras non deberi, lex tamē humana moderatas concessit, ciuili quadam ratione, charitate hominum frigescente. Sunt & alia pleraq;, quæ longius referre annotandi ratio non patitur.

Ea verò, quę ipsa sibi quæq; ciuitas constituit, sæpe mutari solent.

Frequentiorem mutationem legum, ac priscarum abrogationem & correctionem indicare videntur verba hæc, quã in nostris quandoq; dicaculi ineptè reprehēdunt, quasi leges ciuiles Metra Erisicthonis mutabiliores factæ sint,
C ac in ea omnia vertantur, quæ vt figantur ac refigantur legumlatoribus data, ac donata sint: quasi sint, qui magis reprehendant innouationē legum, ac mutationem, quàm nostri, quibus passim in ore est legum correctionem vitãdam esse: in eaq; plerunq; sunt hæresi, vt nimis fortasse legum dispositiones secent in frustula, ne contingat priscarum legum correctio: sanctè quidem, vbi scriptę leges implacabiliter inter se non pugnant, quas tunc conciliare superstitiosè velle, absonum puto. Et vt ad rem redeamus, vsq; adeo etiã prisci sapiētes vitandam esse legum mutationem existimauerunt, vt referat Demosthenes, fuisse legem apud Locrenses, vt si quis nouam legem condere, aut antiquam abroga-

re vellet, exponeret illam prius populo inserto collo in laqueum, qui, si lex non probaretur, statim constrictus, autorem nouæ legis strangularet. Et Arist. lib. ij. Politi. dicit, receptas leges non esse mutandas, etiam siquid habeant incōmodi, quod expressit Vlpianus in. l. ij. ff. de consti. princi. In rebus (inquit) nouis constituendis euidens esse vtilitas debet, vt recedatur ab eo iure, quod iādiu æquum visum est. Huius autē rei illa potissimum ratio est, ꝙ mutatis legibus, mutationem morum insequi statim necesse sit, quę alterare mirum in modum solet ipsam rempub. & hominum societatem. Non tamen interdicendum est, ne pro tēporum vicissitudine, rerumq́, ac ꝑsonarum, vbi oporteat, antiquæ leges non emendentur, aut mutentur, & quandoq; abrogentur. Euenit enim sæpe, vt leges benè, ac prudēter ab initio latæ, non semper, atq; omnibus, in locis vtiles sint: id quod Iustinianus nouella, quibus mod. natu. effi. legi. in prin. testatus est. Vbi igitur euidens vtilitas publica est, non inconuenit mutare leges. Non enim tunc legislator dicitur dissipare sepem illam, quam Ecclesiasti. x. sub comminatione colubri morsus disijcere prohibet. Quando ergo constat ita legum dispositiones corruptas esse, vt iam per abusum humanę societati sint allaturæ incommodum, quod natura semper, ac iugiter inspiret animis nostris cōseruationem illius, sunt de medio tollendæ, atq; illud sanciendum, quod pro tempore, et moribus hominum illam illibatam seruent, tueantur, atq; augeant, id quod Valerius Trib. pleb. apud Liuium lib. iiij. belli Macedo. egregie expressit. Ego enim (inquit) quem admodum ex his legibus, quæ non in tempus aliquod, sed perpetuæ vtilitatis cā in æternum latæ sunt, nullam abrogari fateor, nisi quam, aut vsus coarguit, aut status aliquis reipub. inutilem fecit. Sic quas, tēpora aliqua desyderauerunt leges mortales (vt ita dicam) & tēporibus ipsis mutabiles esse video. Quę in pace latæ sunt, plerūq; bellum abrogat, quę in bello, pax: vt in nauis administratione, alia in secunda, alia in aduersa tempestate vsui sunt. Hinc dicebat Aristoteles impossibile esse singula exactè legibus cōprehen-

A dere,& ob id, quaſdã leges quandoq; eſſe mutãdas. Quòd ſi etiã, vt apud Platonem inquit Socrates, omne quod genitum eſt corruptioni ſubiacet, & ẽt bene cõſtituta reſpub. quandoq; ſoluetur, mirum non eſt, ſi leges ipſæ, vt M. Antonius apud Cice. inquit, aut ipſa vetuſtate conſeneſcant, aut nouis legibus abrogentur. Marcellus in.l. Et ſi nihil. ff. de diuer.reg.iu. Et ſi nihil facile mutandum eſt ex ſolennibus, tñ vbi æquitas euidens expoſcit, ſubueniendum eſt.

„ §. OMNE AVTEM IVS QVO VTIMVR,
„ vel ad perſonas pertinet, vel ad res, vel ad actiones, et
B prius de pſonis videamus. Nam parum eſt ius noſſe,
„ ſi perſonæ quarũ cauſa conſtitutum eſt, ignorentur.

Mirabitur fortaſſe adoleſcens iuriſconſultos variè iuris diuiſionem tradidiſſe. Hic enim ex verbis Pauli in.l.i.ff. de ſta.homi. dicitur, omne ius, aut ad pſonas, aut ad res, aut ad actiones pertinere. Vlpianus in.l.vlti.ff. de legi. totum ius conſiſtere dixit, aut in acquirendo, aut in conſeruando, aut in minuendo. Aut enim hoc agitur, quemadmodum quid cuiuſq; fiat, aut quemadmodum quis rem ſuã, vel ius ſuum cõſeruet, aut quomodò alienet, aut amittat. Modeſtinus verò in.l.pen.ff. de legi. Ergo (inquit) omne ius aut conſen-
C ſus fecit, aut neceſſitas conſtituit, aut firmauit conſuetudo. Cur ergo tam variè? Reſpondeo, Paulum & Iuſtinianũ hoc in loco à cauſa materiali, Vlpianum à cauſa finali, Modeſtinum à cauſa efficiẽte diuiſionem ſumpſiſſe. Quod autem attinet ad huius loci interpretationẽ, ſentiendum eſt, omne ius noſtrum hoc maxime ſpectare, aut quomodo cuilibet perſonæ ſua functio diſtribuatur, aut qualiter res ad vſum hominis inuentæ ad conſeruandam facilius ſocietatem, iudicio rationis inter eos commutentur, aut qualiter incidentes inter homines controuerſię, iuſtitia mediante, dirimantur: ne diſcordia latius ſerpat, ac ſocietatem humanam corrumpant atq; diſſoluant, hoc igitur eſt ad perſonas, ad res, „

ad actiones pertinere. Apertior tamẽ & plenior diuisio fuis D
set, si dictum esset, omne ius nostrum versari, aut in iure per
sonarum, quatenus. s. lege, concessa sit potestas personæ in
aliam personam: aut rerum, quanã ratione acquirantur, vel
amittantur: aut vnde ius in rebus, vel in personis nobis quę
ratur aut pereat. In hoc enim capite, pacta omnia & obliga-
tiones agendi vel faciendi comprehenduntur, aut quo mo-
do iura hæc persequamur actionibus, aut res nostras tuea-
mur exceptionibus, aut quomodo vis omnis improborum
sistatur, aut quomodo iuris æquitate succurrat ijs, qui pro-
pter sexus vel ætatis lubricum deciperentur & lęderentur,
aut qui reipub. inseruiunt, iure singulari potiantur. E

De iure personarum.



IVs personarum appellat hoc in loco statum ho-
minum. Ita enim accepit in titu. ff. de statu homi.
an. s. quis liber sit, an seruus. Dicitur ergo hoc in
loco ius p̃sonarum, idest ius illud, in quo personæ
inueniuntur. Status enim ad habitum hominis refertur au-
tore Donato in Teren. alibi Vlpianus in. l. Si cum dotem.
§. vltimo. ff. solu. matri. conditionem appellat. Si mulier (in
quit) in conditione mariti errauerit, putaueritq́ esse liberũ,
cum seruus esset, prout & paulo post in eadem significatio E
ne Iustinianus, In seruorũ conditione nulla est differentia.

„ SVMMA ITAQVE DIVISIO DE IVRE
„ p̃sonarum hæc est, q̃ omnes homines, aut liberi sunt,
„ aut serui. Et libertas quidem (ex qua etiam liberi vo-
„ cantur) est naturalis facultas eius, quod cuiq́ facere
„ libet, nisi quod vi aut iure prohibetur. Seruitus au-
„ tem, est constitutio iuris gentium, qua quis dominio
„ alieno contra naturam subijcitur,

Summa

A Summa itaq; diuisio.

Summam dixit nõ maximam, aut primam, vt inepte exponit Accursius, deceptus forsan, q summũ amicum, idest maximum, Terẽtius dixit: sed eam ad quam omnes aliæ referantur. Sunt enim cæteræ subpartitiones quædã, ita inferius summam diuisionem obligationum dixit in. §. i. de obliga. & in. l. i. ff. de rerum diui. summam rerum diuisionem in duos articulos diuidi dixit. Vbiq; enim bimembrẽ diuisionem summã appellat, quia vt Boetius. iiij. Arith. dixit, Maxima & minima pars cuiusq; rei dimidia est. Maxima, quia nulla maior quota pars dimidia est. Minima, quia nulla diuisio minor q̃ duarum partium numero fieri potest.

B Quod omnes.

Accursius, & qui post eum hunc locum interpretati sunt, nodum in scirpo (quod aiunt) quæsiuere. Sensus enim est, quem Theophilus hic expressit planus atq; apertus, omniũ hominum quosdam liberos esse, quosdam seruos. Quoquo enim te vertas, nisi sic intelligas, in eandẽ difficultatem incidas necesse est: siue pluraliter omnes homines, siue singulariter omnem hominem accipias. Collectiuum enim nomẽ est quouis numero proferatur, vnde ita falsa erit hæc propositio duobus propositis, altero libero, altero seruo, Omnes homines aut liberi sunt, aut serui, sicut hæc, Omnis homo aut liber est, aut seruus.

C Aut liberi sunt, aut serui.

Præsens diuisio pugnare videbatur cum eiusdem Iustiniani verbis paulopost in titulo de liberti. in princ. ibi. Et cũ vno communi nomine omnes homines appellarentur, tria genera esse hominum cœperunt, liberi, & his cõtrarium serui, & tertiũ genus libertini, qui desierunt esse serui. Sed conciliatio facilis est, libertinos liberos esse, vt in fine huius tituli docet Iustinianus, sicuti statuliberi & addicti serui sunt, si præsentem statum inspicias. Tria ergo illa genera magis no

minis diuersitatem respiciens posuit, quod ius & statum perso- D
narum, quod indicant prima illa verba. Et cum vno cõmu
ni nomine omnes homines appellarentur, hominis nomen
intelligo commune fuisse omnibus, neq; qualitatem aliquã
vnum ab alio distinguere quo ad statum.

Libertas est naturalis facultas eius, quod cuiq; fa-
cere libet, nisi quod vi aut iure prohibetur.

Proprium libertatis est sic viuere vt velis, inquit Cicero
de offi. & in paradoxis. Libertas est potestas viuendi vt ve-
lis. definitio ab effectu est. Id enim posse facere quod velis,
effectus libertatis est. Torquent Doctores se circa hãc defi E
nitionem, dum eam conuenire etiam seruis existimant, qui
etiam naturalem potestatem habere videntur faciendi oĩa,
quæ vel vi, vel iure ipsis non prohibentur, & modò volunt
hic libertatem eam definiri, quæ erat ante cognitam seruitu
tem, non animaduertentes contrarium ex his verbis infer-
ri, ex qua etiam liberi vocantur, cum ante seruitutem intro
ductam nulla esset liberorum mentio. ĵ. de liberti. in princi.
presertim cum definiatur hoc in loco libertas ad differentiã
seruitutis, cuius definitio statim subsequitur, & naturę repu
gnet, vt quis eodem tempore sit liber & seruus. l. Hæc ver-
ba. §. Illæ. ff. de verb. signi. l. i. §. i. C. de lati. lib. toll. quæ ratio
summouet interpretationem Iacobi Butrigarij, vt habitum F
libertatis inspiciat hæc definitio, non exercitium. Item & il-
lam ineptiorem, quod hic libertas liberi definiatur, nõ libertas
serui. Absona insuper interpretatio est, vt verbũ vi, ius gen
tium designet, verbum ius, ius ciuile, & sic vel captiuitatẽ,
vel venditionem hominis ad pretium participãdum, quam
Claudius probasse videtur. Nam & seruus etiã non prohi-
betur ea facere, quæ vel iure ciuili, vel gentium sibi prohibi
ta nõ sunt, & si intelligas vi vel iure factis seruis, verba defi-
nitionis non cohærent. Clara igitur est definitio, si intellexe
ris libertatem esse naturalem illam facultatẽ faciendi quæ li
bet, nisi quod vi prohibetur, aut iure, violentia scilicet, Aut

A iure per se prohibitum est, non quidẽ quod personis prohibetur, sed quod generaliter prohibitum est. Quamuis enim ius prohibeat hominẽ occidere, non ideo minus liber sum, ita si in vinculis habear. Cicero pro Cluentio. Legum iccirco omnes serui sumus, vt liberi esse possimus. Id quod sensisse videt̃ Theophilus, cum inquit. Vis quidẽ veluti cum me agere aliquid volentem, quod iure vetitum non est, fortior quispiam & plus habens virium prohibet, ius autẽ veluti cum pœnarũ minis cohibeor, ne quicquid animo collibitum est, faciam. At sentiens Theophilus cõtrarium obiectum, subdit, Nam seruo ne nõ omnia pro animo suo agat timor Domini obstat.

B Seruitus est constitutio iuris gentium.

Definitio hæc sumpta est à causa efficiẽte, dicitur autem constitutio .i. quid constitutum à iure gentium. Seruitus.n. non est ipsa constitutio, sed illud quod ex ipsa constitutione prouenit. Est ergo seruitus subiectio illa alieno iuri cõtra naturam, non ius subiectionem illam inducens.

Contra naturam.

Contra naturam dixit, vt ius ipsum gentium inditum in ipsa hominum innocẽtia significaret, quod ex verbis Marcelli iurisconsulti in .l. ij. ff. de nata. restituen. optimè ostendi-

C tur. Interdum (inquit) & si serui nati sint ex post facto iuris interuentu ingenui fiunt. Vt ecce si libertinus à principe natalibus restitutus fuerit, Illis enim vtiq; natalibus restituit̃, in quibus initio omnes homines fuerunt, non in quibus ipse nascitur, cum seruus natus est, nota verbum initium. Dicitur autem contra naturam, quia significatur ius illud, quod naturalis ratio inter omnes gentes perẽq; constituit, vt dixi, quod ius naturale appellatur in .§. Singulorum .j. de re. diui. & si seruitutem ipsam naturalẽ habere rationem docuerimus, habeamusq; huius nostræ opinionis autorem Aristotelem in Politi. qui validissimis ac grauissimis rationibus defendit seruitutem ex natura causam habere, ac ducere, fal-

temq; confirmari ex quarto præcepto decalogi, ex quo vo D
lunt esse ordines personarum, obedientiam item & potesta
tem, vt alij sui iuris sint, alij alieni, q vox illa diuina latius pa
teat, q verba sonent. Hanc nostram sententiam satis expli-
cat Theophilus hic, qui quasi rationem reddens, quare hęc
verba in definitione seu descriptione seruitutis posita sint,
subdit. Quoniam natura oēs liberos produxit, bellorum au
tem machinamēta seruitutem inuenerunt. Nā iure belli id
contingit, vt victores eorum, quos vicerint, Domini fiant.

„ §. SERVI AVTEM EX EO APPELLA-
„ ti sunt, q Imperatores, captiuos vendere, ac per hoc
„ seruare nec occidere solent. qui etiam mancipia dicti E
„ sunt, q ab hostibus manu capiuntur.

Quod Imperatores nostri captiuos vendere iubent.

Pomponius in. l. Pupillus. §. i. ff. de verb. signi. seruorum
appellatio ex eo fluxit, q Imperatores nostri iubēt captiuos
vendere, & per hoc seruare nec occidere solent. Melius (ni
fallor) Florētinus in. l. Libertas. ff. de statu homi. vnde hæc
verba sumpta sunt, nam & ante Romam cōditam fuisse ser
uos quis non videt? non ergo Imperatores Romani tātum
hoc fecerunt, ita q hæc appellatio ab eis fluxerit, sed simpli- F
citer Imperatores ac Duces exercituum natura impellēte,
vt minus naturę repugnans malum eligeretur, in quo dece
ptus videtur etiā Alciatus noster in. d. l. Pupillus. §. i. nā hoc
ius oīum gentium fuit. Cato de venditis sub corona inquit.
Vt populus sua opera potius ob rem bene gestam corona-
tus supplicatum eat, quàm re malè gesta, malè veneat. refert
Au. Gellius lib. vij. cap. iiij. His enim verbis docemur ho-
stes etiam populi Romani, ac eorum duces ius hoc gentiū
seruasse. Vniuersum populum captiuum vendidisse sub ha-
sta Romanos duces manifestum est. Non Cæsar Aueticos
iussit vendi, Augustus Salassos, vt alibi ēt annotauit Alcia-
tus. huc

A tus. huc allusit Horatius lib. j. Epistola. cum inquit.
Vendere cum possis captiuum occidere noli.
Seruiet vtiliter, siue pascat durus, aretq;.
Nauiget, ac medijs hyemet mercator in vndis.
Annonæ prosit, portet frumenta, penusq;

Ac per hoc seruare.

Vbiq; apud iureconsultos eò q seruarētur dictos esse seruos constat, id quod Augustinus lib. xix. de ciuita. Dei probat. Origo (inquit) vocabuli seruorum inde credit ducta, q ij, qui iure belli possent occidi, à victoribus conseruabantur, & serui fiebant à seruando appellati. Hanc originem B Grammatici probant, sed quomodo serui dicuntur venditi ad pretium participandum? quomodo qui nascuntur ex ancillis nostris? quomodo serui publici tabelliones dicti sunt? Respondeo, originem inspexit appellatio, quę latius postea patuit, eo q ad seruorum similitudinem ipsi quoq; seruirent.

Qui etiam mancipia dicti sunt, eo q ab hostibus manu capiuntur.

Huic allusioni astipulatur Mar. Varro, item Ausonius cum ait. Capta manu, sed missa manu nesciuit herile, Imperium dominæ vult domina esse manus. Quãuis & mancipia dici possint, eo q capta seruituti manciparentur: vel vt C Alciatus voluit, q eos in manum, idest in potestatē emptoris agerent, in quo desydero allusionem.

„ §. SERVI AVTEM AVT NASCVNTVR,
„ aut fiunt. Nascuntur ex ancillis nostris: fiunt aut iure
„ gentium, idest, ex captiuitate: aut iure ciuili, cum ho-
„ mo liber maior viginti annis ad pretium participan-
„ dum sese venundari passus est. In seruorum conditio
„ ne nulla est differentia, in liberis autem multæ. Aut
„ enim ingenui, aut libertini sunt.

Aut iure ciuili, cum homo liber maior .xx. an. ad pretium participandum sese venundari passus est. D

Et præbere caput domino venale sub hasta, inquit Iuuenalis Saty. iij. huc respiciens, quòd interpretes non intelligunt, nec si vendi solum, sed quoquo titulo alienari patiatur, vt scripsit Paulus in. l. Si vsumfructũ. ff. de libera. caus. §. i. Ita enim autoritate legis dominus fit mẽbrorum suorum, contra id qđ scripsit iurisconsultus in. l. Liber homo. ff. ad. l. Aquil. Indignum enim libertate existimauit lex eum, qui eam vili pretio accepto vendat, ac seipsum, eiusq; arbitriũ prodat. Quoties igitur quis maior annis. xx. sciens se liberum, per interpositam personam patiatur se vendi emptori E ignoranti statum eius, & credenti ipsum verè seruum esse hoc animo, vt pretij partem accipiat, quam verè percipiat, is exutus libertate, vt dixi, Romanorũ iure fit seruus. Hæc enim omnia requirunt, & hi manumissi non reuertuntur ingenui sed libertini, indigni eo statu cui renunciarunt. l. hõ liber. ff. de statu homi. Refert Tacitus lib. de situ Germaniæ, apud Germanos moribus receptũ fuisse, vt cum oĩa in alea amisissent, nouissimo iactu, de corpore & libertate contendant, victi, voluntariã seruitutem agnoscant. Horum q̃plures Romæ in Vico Thusco fuisse indicat Plaut. in Curcul.

In seruorum conditione nulla est differentia. F

Olim quidem dominium tam in seruos, q̃ in alias res duplex erat, naturale. s. & legitimum. Naturale dominium dicebatũ in bonis, & legitimus dominus dicebatur iure Quiritum, quoties scilicet sola legis autoritas, nulla naturali causa accedente, nudum quoddam dominium præbebat, id quod explicat Theophilus in. §. fi. ĩ. de liberti. hoc tempore in seruorum conditione & statu differentia erat, quia bonorum domini plenum habebant dominiũ, domini iure Quiritum non æq;, & postq; Iustinianus nudum ius Quiritum sustulit, ac differentiam inter nudum ex iure Quiritum nomen, vel tantũmodo in bonis, vt in. l. vnica. C. de nudo iur. qui.

A toll. verum est in seruorum conditione nullam esse differentiam. In eodem enim seruitutis statu sunt omnes, quia (vt inquit hic Theophilus) seruitus in species scindi non potest. Et si enim varia sint nomina seruorum prout vel artificia, vel quiduis aliud accidens eos à reliquis distinguit, non tamen distinctio est specifica, vt ita dicam, contrarium in libertis, quia diuersus status est ingenuorum à libertinis.

In liberis autem multæ.

His eisdem verbis vtitur Martianus, cuius verba in hũc locum translata sunt, impropriè certè. Cum enim duas tantum diuersas differentias liberorum ponat, quinimò & vnã tm̃ quo ad statum impropriè vsus est verbo multæ, quę qui
B dem dictio apud nostros materiæ subiectæ deseruit.

De ingenuis.

» INGENVVS EST IS, QVI STATIM
» vt natus est, liber est: siue ex duobus ingenuis matri-
» monio æditus est, siue ex libertinis duobus, siue ex al-
» tero libertino, & altero ingenuo. Sed & si quis ex ma
» tre libera nascitur, patre verò seruo, ingenuus nihilo-
» minus nascitur: quemadmodum qui ex matre libera,
C et incerto patre natus est, quoniam vulgò conceptus
» est. Sufficit autem liberam fuisse matrem eo tempore
» quo nascitur, licet ancilla conceperit. Et econtrario, si
» libera conceperit, deinde ancilla facta pariat: placuit
» eum, qui nascitur, liberum nasci: quia non debet cala-
» mitas matris ei nocere, qui in vtero est. Ex his illud
» q̃situm est: si ancilla pregnans manumissa sit, deinde
» ancilla facta postea pepererit: liberum an seruum pa
» riat? Et Marcellus probat liberũ nasci. Sufficit enim

„ ei qui in vtero est, liberam matrem, vel medio tempo D
„ re habuisse, vt liber nascatur, quod & verum est.

Ingenuus est ille, qui statim vt natus est, liber est.



PVbl. Decius apud Liuium lib. x. differens contra nobiles inquit. En vnquam fando audistis patricios primò esse factos, non de cœlo demissos? sed qui patrem ciere auumq; possent, idest nihil vltra quàm ingenuos. Ex ingenuorum enim antiquitate gentilitas ducit autore Boetio in Topi. de qua aliâs opportunius.

Qui statim vt natus est. E

Sunt qui corrigant, qui statim vt nascitur, quasi ipso nascendi momẽto, dum in lucem prodijt, idq; tum ex fide vetustissimi codicis, tum q; paulopost dicit, sufficit liberam fuisse matrẽ tempore quo nascitur, & paulopost, placuit eum, qui nascitur. Sed cum ingenuus is dicatur, qui nullo tempore iugum seruitutis passus est, siue in ipso nascẽdi actu, siue, vt hic dicitur, statim ac natus est libertatem cõsequat̃, nihil referre existimo, presertim cum videam Theophilum hic eadem dicendi figura vertisse.

Siue ex duobus ingenuis matrimonio æditus est. F

Ad eundem modum etiam Theophilus, at verbum matrimonio nihil ad ingenuitatẽ, cum iustæ nuptiæ non faciãt quem magis ingenuum, quàm quiuis coitus etiam cum seruo, id quod Martianus expressit in. l. Et seruorum. ff. de sta. homi. nec interest (inquit) iustis nuptijs concepit an vulgò, & ex ijs, quæ statim sequuntur facile deprehendi potest.

Patre verò seruo.

Quo ad statum libertatis vel ingenuitatis: voluerunt legũ latores partum vẽtrem sequi, vel quia aditus ita facilior patet ad

A tet ad libertatem & ingenuitatem, cum tribus etiam temporibus possit libertatem & ingenuitatem adipisci: si matrem spectes, conceptionis, scilicet partus, & medij temporis: quia si patrem sequeretur, id tantum tempus quo cõceptus esset consyderetur, cum eo tãtum tempore circa generationem pater agat in filium. Vel quia certitudinem magis respicere voluerunt. Mater enĩ semper certa est, pater verò non æque, vnde est illud Thelemachi apud Homerum Odiss. primo se nescire, an Vlyssis filius esset, matrem tamen eidem hoc affirmasse, siquidem (vt ille inquit) patrem nemo scit. Hoc ab Atheniẽsibus Romani acceperunt, vt filij, matrem quo ad statum sequerentur, ne'ue proles maternum nomen acci-
B peret. Liberam autem accipe natura inspecta: quãuis enim mater prægnans serua pœnę efficiatur, liberum tamen & ingenuum parit. l. Imperator la. ij. ff. eo. tit. Identidem si libera esse debuit ex. l. donationis, quãuis nõdum manumissa sit. l. Herennius. eod. tit.

Quoniam vulgò conceptus est.

Vulgò conceptus est, vel qui ex meretricio coitu, incerto patre nascitur, vel qui eum habet, quem habere nõ licet, quia lex illum non agnoscat vt patrem, qui spurij solent appellari, vt inquit Modestinus in. l. Vulgò concepti. ff. de sta. homi. Hoc autem legis interpretatione euenire certum est. In-
C certo autẽ patre nasci, probri loco haberi, verba Ciceronis ostendunt pro Sex. Roscio Ameri. Quæso (inquit) Eruci, vt hoc in bonam partem accipias, non enim exprobrandi causa, sed commonẽdi gratia dicam. Si tibi fortuna non dedit, vt certo patre nascerere, ex quo intelligere posses, qui animus patrius in liberos esset, at natura certè dedit, vt humanitatis non parum haberes.

Et ex contrario, si libera conceperit, deinde ancilla facta pariat.

Exemplum format hic Theophilus, si post conceptionẽ vendi se patiatur ad participandum pretium. Adde aliud, si

ob ingratitudinem reuocetur in seruitutē, hoc autem fictio ne iuris inductum est, qua statutum fuit; ꝙ qui in vtero est, quo ad eius cōmoda fingat̄ natus, vt dixit Paulus in.l.Qui in vtero.ff.de statu homi. & si enim solo momento temporis, dum in ventre est, mater libera sit, consequitur partus libertatem & ingenuitatem, ac si illo tempore in lucem ædi tus fuisset. Hanc quęstionem attigit Quintilianus libro.iij. cap.vij.vnde ducatur status dum dicit secūdum aliquorum opinionem tempus vnum esse ex nouem elementis, veluti cum quæritur, an is, quem dum mater addicta est peperit, seruus nascatur. Addicebantur enim lege.xij.tab.corpora creditoribus in seruitutem.Plau.in penulo.Vbi in ius venerit addicet Prætor familiam totam tibi. De qua addictione Au. Gellius libro.ij.cap.i. Eam legem more publico fuisse sublatam dicit Quintilianus libro.iij.cap.vij.quam ex lege Mosaica ductam arbitror, eam tamen Aegyptij nunquam admiserunt, nolentes addici corpora, sed tantum bona. D E

Calamitas matris.

Accursius à cadendo dictam putat, à comminuendis calamis sunt qui putent. Grādinem enim calamitatem appellant. Nostri fundi calamitas, inquit Terentius: translato vocabulo, miseriam & ęrumnā significare certum est, siue improbitatem, si ad culpam eius referas.

Ex his illud quæsitum est. F

Exemplum, si ancilla post cōceptionem manumittat̄, ac rursus ante partum ob ingratitudinē reuocetur in seruitutē.

Deinde ancilla postea facta.

Deinde postea, vt Cicero etiam de claris oratoribus vsus est postea deinceps. Verba sunt Martiani in.l.Ex seruorum ff.de statu homi.

Et Marcellus probat.

Legendum Martianus, vt aduertit Haloander, nam.l.Et

A ſeruorum. ff. de ſtatu homi. Martiani eſt, vbi rectius probatum fuiſſe liberum naſci aſſerit.

Vel medio tempore.

Accur. ſaltem, Terentius in Phormio. Poſtremò ſi nullo alio pacto, vel fœnore. Frequenter etiam apud noſtros ita accipitur in. l. Multum. ff. de hæred. vel act. vend. in. l. iij. §. pen. ff. de ſtatu lib. in. l. In creditore. ff. de euictio. Ego aliâs pro etiam accepi hoc in loco, ſed vtroque modo rectè.

» §. CVM AVTEM INGENVVS ALIQVIS
» natus ſit, non officit ei in ſeruitute fuiſſe, & poſtea ma-
B numiſſum eſſe. Sæpiſſime enim conſtitutum eſt, na-
» talibus non officere manumiſſionem.

Non officit ei in ſeruitute fuiſſe.

Accurſius, & poſt eum plerique alij dubitarunt, quid hæc verba ſignificarent, num forſan ſeruum fuiſſe, et, vt Accurſius exponit, in ſtatu ſeruili. Atqui ex ſeruitute iuſta manumittitur, non ingenuus, ſed libertinus fit. ĵ. titulo de liberti. in prin. Quin & Modeſtinus lib. i. regularum in. l. Liber homo. ff. de ſtatu homi. ingenuum natum qui ſe vendit ad pretium participandum, ſi manumittatur, non redire ad ſta-
C tum ingenuorum, ſed fieri libertinum ſcribit. Sed eorũ verus ſenſus eſt, quod ſiquis natus ingenuus facto nõ iure ſeruiat, vel iure quidem, ſed non eiuſmodi, vt verè ſeruum faciat iure ciuili, ſi manumittatur, libertinus non fit, ſed redit ingenuus. Hoc idem Gordianus Imperator expreſſit in. l. ij. C. de ingen. manu. Ingenuam (inquit) natam, neque nutrimentorum ſumptus, neque ſeruitutis obſequium faciũt ancillam, nec manumiſſio libertinam. Manifeſtius Theophilus hic, Is (inquit) qui natus eſt ingenuus, ſi ſtatus ſui ignarus ſeruierit, & deinde ſit manumiſſus, non lęditur ingenuitas manumiſſione. Ita enim ſępiſſime principum conſtitutionibus ſtatutum, libertatẽ ex abundãti & ſuperuacuò datam, nullum

ingenuitati præiudicium parere ſubdit Theophilus: & quo D
modo contingat, vt ingenuus aliquis manumittatur exem-
plo aliquo veluti ex facto oſtendamus. In miniſterio meo li
beram habebam mulierem, ea peperit: & anniculum (verbi
gratia) relinquens puerum, deceſſit, non multo poſt accidit
etiam, vt & ego morerer. Hæres meus cum in hæreditate
mea infantem hunc reperiſſet, ſeruum eſſe putauit, ſed & is
cum adoleuiſſet, cōditionem ſuam ignorabat. Verum, ius,
cui nota eſt veritas, ex hæredis & ipſius pueri errore, inge-
nuitatem eius nō mutauit. Et ſi hæres poſt, beneficium ma
numiſſionis in eum conferre voluerit, libertas fruſtra & ſu-
peruacuò, vt dictum eſt, data propter fictam ſeruitutem, ve
ram ingenuitatem non corrūpet. Ego aliud & quidem ma- E
nifeſtius exemplum adijcio, in quo ſeruitus vera eſt, & ma-
numiſſio libertinum non facit: in addictis his ſcilicet qui cre
ditoribus addicebantur ex lege, nā ij ſeruitutem ſeruiebāt,
& tamen manumiſſi redibant ad ingenuitatem. Quintilia-
nus lib. v. cap. x. de argumentis. Ita enim inquit, Quod autē
proprium non erit, differens erit, vt, aliud eſt ſeruum eſſe,
aliud ſeruire, qualis eſſe in addictis quæſtio ſolet, qui ſeruus
eſt, ſi manumittitur, fit libertinus, nō itidem addictus. Hæc
Fabius. Qui enim addicebantur, ſeruitutem potius ſeruie-
bant, quàm verè ſerui fierent, id quod lex Moſaica expri-
mit. Qui ſoluendo (inquit) non eſt, ſeruitutem ſeruiat.

Natalibus non officere manumiſſionem. F

Proprijs natalibus, vt in ſuperioribus exemplis, non pri-
mis illis, quibus ab initio omnes liberi naſcebantur, vt Ioan.
Ferra. hic poſt Accurſium. Quid enī obeſſet verè ſeruo, ne
primis illis natalibus etiam reſtitueretur? Minus probo ex-
poſitionem Accurſij, vt dicamus, natalibus nō officere ma-
numiſſionem, id eſt ingenuitati, quæ per natales probatur.
Natales enim hoc in loco appellat Iuſtinianus ſtatum illum
hominis, in quo natus eſt. Ex natalibus enim, id eſt ex ipſa
natiuitate ſtatim ſuccedit ſtatus, vt ſcilicet, ſi ſtatim, vt naſci-
tur, liber eſt, ingenuus: ſin minus, ſeruus naſcatur. Cætera

A quæ circa intellectum huius loci ab Accursio & cæteris scripta sunt, vel ad idem tendunt, vel tam frigida sunt, vt neminem decipere possint.

De libertinis.

» LIBERTINI SVNT, QVI EX IVSTA
» seruitute manumissi sunt. Manumissio autem est da-
» tio libertatis. Nam quãdiu aliquis in seruitute est, ma
» nui & potestati suppositus est: & manumissus libera
» tur a domini potestate. Quę res a iure gentium origi
B nem sumpsit: vtpote quum iure naturali omnes ho-
» mines liberi nascerentur, nec esset nota manumissio,
» cum seruitus esset incognita. Sed postq̃ iure gentiũ
» seruitus ingenuitatem inuasit, secutum est beneficium
» manumissionis. Et cum vno cõmuni nomine omnes
» homines appellarentur, iure gentium tria hominum
» genera esse cœperunt: liberi, & his contrariũ serui: et
» tertium genus libertini, qui desierant esse serui.

C Libertini sunt, qui ex iusta seruitute manumissi sunt.



LIBERTINOS olim fuisse dictos illos, qui ex patre liberto nati erant, testatur Trãquillus in Claudio. Etiam (inquit) Appium cæcum Censorẽ generis sui procuratorem libertinorũ filios in senatum allegisse docuit ignarus tẽporibus Appij, & deinceps aliquãdiu libertinos dictos, non ipsos qui manumitterẽtur, sed ingenuos ex his procreatos. Hodie tamen libertinus & libertus is dicit, qui ex iusta seruitute manumissus est. Hoc tamen interest, quia libertus tunc dicitur, cum vel de patrono, vel iure patronatus agitur, vt in tractatu de iure patro-

norum, de operis libertorum, de obsequijs &c. Non enim D
dicitur cuius est libertinus, sed libertus, id quod obseruauit Plautus in Asina. (cum inquit) Magis decorum est libertū potius quàm patronū onus in via portare. Et Quintilianus cap. viij. lib. vij. Patrono in libertum manus iniectio fit. Cice. in Episto. Peto à te, vt Ammonium libertum in patroni eius negocio tueare. Et pro Milone, Seruos nr̄os libertos suos fecisset. Libertinus autē tunc dicitur, cùm statū homi nis significare volumus, ad differentiam ingenui, vel serui. Dicimus enī, Seruus an libertinus, libertinus an ingenuus? Plaut. in Milone. Ingenuam an libertinā? Cice. pro Corn. Gn. Publicius libertinus homo, at preter hanc relationis, differentia nulla est, vt aduertit Valla libro. iiij. Olim in pro E
prias tribus distribuebantur cum manumissorum filij libertini vocabantur. Florus in Epito. lib. xx. Libertini (inquit) in quatuor tribus redacti sunt, cum antea dispersi fuissent, Esquilinam, Palatinam, Suburranam, Collinam: at postea in dominorum tribus asciscebātur, id quod ex Tertulliano annotauit olim Politianus cap. xxxi. miscella. Atqui (inquit Tertullianus, & vestis albæ nitore, & aurei annuli honore, & patroni nomine, ac tribu, mensaq; honoratur. Prohibebātur autem olim libertinæ necnon libertinorum filiæ, Vestales fieri, vt est apud Au. Gellium lib. i. cap. xij.

Ex iusta seruitute. F

Theophilus hic, libertinus est, qui ex iusta seruitute manumissus est, verum adde & legitima. Libertinus igit̄ est qui ex iusta seruitute & legitima manumissus est. Additum est autem definitioni iusta, vt eum eximerem, qui suæ conditionis ignarus seruit. Adiectum quoq; est legitima, ꝓpterea ꝙ natura seruos nesciat, sed ex bellis inuenta sit seruitus. Homo Græcus, qui Latinorum verborum proprietatem non (vt oportebat) nouerat, mirabiliter aliquādo in verborum interpretationibus morosus est. Verbum enim iusta hoc exprimit, quēadmodum & in. l. i. ff. de testam. iusta sententia appellatur testamentum, idest plena & omnibus iuris regu

A lis innixa & solennis, Iustus filius in.l.Paulus in.l.septimo mense.ff.de statu homi. in.l.ij.ff.de adoptio. & apud Iustinianũ in.l.Cum quis.C.de natur.lib. Iustus pater apud Neratium in.l.Eius qui.ff.ad muni. Iustam vxorẽ dixit Vlpianus in.l.si vxor.ff.de adulter. Iustum pactum Paulus in.l. Sticum.ff.de solut.Iustum exilium,lib.xxvi.Liuius.Priusquam dies comitiorum aderat Cn.Fuluius exulatum Tarquinios abijt, id ei iustum exilium esse sciuit plebs. Iustam personam, idest idoneam & legitimam ad agendum in.l. Vniuersis.C.qui dari tuto. pos. Iustum dominium dixit Cicero libro.j.offi.& Iustam libertatem Gordianus in.l.ij.C.si aduer. liber. & Iustinia.§.vlti.j.eod. maiorem & iustam li-

B bertatem dixit.Quocirca ridendus est Accursius, dum iustam seruitutem intelligit, quia ita iustè seruierint, vt visi sint domino digni præmio libertatis, quasi iusta seruitus apud Teren.in Andria.Non magis inspecto domino dicatur, in qua nihil iniquum preceptum sit, vel iustam, quia iuris gentium, quasi non idem eueniat, si manumittatur is, qui iure ciuili factus sit seruus, quando scilicet passus est se vendi ad pretium participandum. Intelligas ergo iusta ex seruitute, ex plena scilicet & vera seruitute, vt excludat seruientes de quibus.§.vlti.s.titulo.præced.vbi diximus.

Manumissio autem est datio libertatis.

C Haloander ex.l.Manumissiones.ff.de iusti. & iur. vnde hæc verba mutuata sunt(vt puto)ita corrigit, manumissio est è manu datio. Ego huic sententiæ accederem, nisi viderem Theophilum hic ita vertisse locum hũc, est datio libertatis. Dicitur aũt propterea manumissio autore Festo, quia dominus caput serui, quem in libertatem venire volebat, vel eius aliud mẽbrum manu tenens dicebat, hunc ego hominem liberum esse volo, & emittebat eum de manu: quãuis Plutarchus in eo libello, quem inscripsit de ijs, qui serò puniuntur à dæmone, alium manumittendi morem Romanis fuisse testetur, vt scilicet tenuem festucam corpori serui, qui manumittebatur injiceret: quorsum videtur spectasse

Persius, cum ait. Nam in festuca lictor quem iactat ineptus, D
quod annotauit etiam Politianus cap. xciij. miscella. Si ergo legas manumissio est de manu datio, iam ex supioribus apparet, quare ita definiat: quod si mauis legere, est datio libertatis, dicendum est dominum dare libertatem, eandem scilicet in genere, quam ipse habet. Dat autem per abdicationẽ & remissionem & dissolutionẽ dominij, cuius illud erat inditium, quod dominus ius suum quasi relinquebat & dimittebat, quod in manumittendo solerent domini seruos dimittere manu. Suffocata est enim quasi libertas in seruo à seruitute & extincta per dominium, quod habet dominus, cui quàm primum cesserit dominus, statim existit libertas in manumisso, non quod detegat, vt scribit Accur. cum nulla ratione fieri possit, quod in seruo, dum durat seruus, aliqua sit libertas, neque tecta, neque quouis modo. Cum enim seruitus & libertas cõtraria sint, atque ex diametro pugnent inter se, vt in hoc eodẽ loco paulopost dicitur, & in. d. l. manumissiones. qui fieri posset, vt eodẽ esse possint in subiecto? Remouet igitur dominus iugum seruitutis, ac natura ipsa tanquam in vacuum quoddam statim subintrat, ac secum ducit libertatẽ, & hoc modo dominus potest dici dare libertatem, ideo patet apertius, quod dñs inuitum seruũ manumittit. l. vlt. C. de testa. manu. quod inde procedit, quod ad renunciandum iuri dominij quod apud eum est, nulla alterius volũtas exigi debet. Hoc enim acto, natura ipsa necessariò infert libertatem, neque in inuitum beneficium confert, sed iure suo vtitur etiam abutendo. l. Sed si lege. §. Consuluit. ff. de peti. hæred.

Manui & potestati suppositus est.

Verbum illud potestati, declarat verbum manui. Cicero pro Quintio. Propterea quod omnes, quorum in alterius ma-
„ nu vita posita est, sæpius illud cogitant, quid possit is, cuius
„ in ditione ac potestate sunt, quàm quid debeat facere. Duo-
„ bus enim illis verbis ditione ac potestate, explicat illud vnũ manu, neque copula pro idest accipiẽda est, vt Accursius hic, cum non sit nouum copulare idem significantia, vt in. l. i. ff. de

A ff. de transactio. & Cicero pro Cluentio, quod tunc explosum & eiectum est.

Liberatur a domini potestate.

Haloander ex Vlpiano in d. l. Manumissiones. ff. de iusti. & iur. cuius verba in hunc locum translata sunt, corrigit liberatur potestate, quod probo.

Quæ res a iure gentium originem sumpsit.

Intellige iure gentium constituto nõ indito, quo & bella, & seruitutes introductæ sunt.

B Vtpote cum iure naturali omnes homines liberi nascerentur.

De iure gentium indito intelligas, quod ius naturale appellat, vt sæpius dictum est. Siquidẽ iure naturali cõi etiam brutis libertas non consyderat, vt supra sæpius dictum est.

Sed postq̃ iure gentium, seruitus ingenuitatem inuasit.

Haloander ex Vlpiano in d. l. manumissiones, corrigit & bene seruitus inuasit. Credo enim verbum ingenuitatẽ à sciolo quodã additum, ꝙ videam Theophilum hic transtulisse. Sed postq̃ ius gentium seruitutẽ introduxit. Quo
C modo enim potuit seruitus ingenuitatẽ inuadere, quæ non fuit cognita nisi introducta seruitute: cum ante cõmuni nomine humanum genus appellaretur, & qualitas ingenuitatis tunc incœperit, cum distinguendus fuit hominis status, quia ante seruitutem ingenuus non erat. Cum enim libertinus nullus quis eẽ potuerit, anteq̃ serui essent, & ingenuitatis nomen inuentũ sit ad distinguendos homines ingenuos à libertinis, sequit̃ necessariò ingenuos fuisse vocatos post introductos libertinos, libertini post seruos. Quo fit, vt seruitus ingenuitatem inuadere nulla ratione potuerit, in quo video deceptum hic Claudium.

Et cum vno communi nomine omnes homines appellarentur. D

Haloander ex Vlpiano in.d.l. Manumissiones expungit verbum omnes, exponas autem. Et cum vno cõmuni nomine appellarẽtur homines. Omnes enim homines appellabantur nulla alia distinctione facta, nec omnes homines aliquo cõi nomine appellabãtur, sed omnes. s. de quibus supra diximus hoc nomine homines tantum vocabantur.

Tria hominum genera esse cœperunt, liberi, & his contrarium serui &c. E

Vlpianus in.d.l. Manumissiones. ff. de iusti. & iure. ipse quoq; eisdẽ verbis vtitur, puto rectius si dictum fuisset ingenui, libertini, serui, nam liberorum appellatio comprehẽdit tam liberos, q̃ libertinos. Libertini enim liberi sunt, nec speciem diuersam à liberis constituunt, sed ab ingenuis. Egregiè autem & arithmeticè supputauit Accursius, dum per adiectionem trium vni quatuor esse arguit. Est enim fallacia compositionis & diuisionis, tandem bene soluit.

„ §. MVLTIS AVTEM MODIS MANV- F
„ missio procedit. Aut enim ex sacris constitutionibus
„ in sacrosanctis ecclesiis manumittuntur, aut vindicta,
„ aut inter amicos, aut per epistolam, aut per testamen-
„ tum, aut per aliam quamlibet vltimam voluntatem.
„ Sed & aliis multis modis libertas seruo cõpetere po-
„ test, qui tam ex veteribus, q̃ ex nostris constitutioni
„ bus introducti sunt. Serui verò à dominis semper ma
„ numitti solent: adeò vt vel in transitu manumittan-
„ tur: veluti quum Prætor, aut Præses, aut Proconsul
„ in balneum, vel in theatrum eunt.

A Multis autem modis manumissio procedit.

Quamuis plures manumissionum formæ sint, eæ tamen ferè omnes post Ciceronem inuentæ sunt. Tres enim tantum saltem legitimas, vt dicetur inferius, tunc fuisse cōstat ex verbis eiusdem in Topicis. Dum enim differit de argumento à partium enumeratione, vt clarius perspiciatur, vtitur hoc exēplo. Si neq; censu, neq; vindicta, neq; testamento liber factus est, non est liber, neq; est vlla earum rerum, non est igitur liber. Si enim tunc alius fuisset modus manumittendi, vitiosum fuisset argumētum, illos autem tres modos declarat ibi Boetius his ferè verbis. Censu, seruus fiebat liber, quoties volente domino nomen suū referebat in
B censum, cum soli ciues Romani censerētur: Vindicta, quoties Prætoris virgula, de qua statim dicemus, percuteretur, ac liber pronunciaretur solēnibus verbis: Testamento, qui suprema domini voluntate liberabatur.

Ex sacris constitutionibus in sacrosanctis ecclesiis.

Id primum sanxit Constantinus Sabino & Arcadio Rufino Coss. in l. i. C. de ijs, qui in eccle. manu. quo tempore cum Licinio & Maximino imperabat, vt sit fortè mutādus titulus, & cum iādudum placuisse testetur, consequens est,
C vt ante illam legē latam hoc statutum vel ab eo, vel ab alio fuisset: quod & verba hæc, ex sacris constitutionibus, indicare videntur. Vbicunq; igitur sub aspectu plebis assistentibus Christianorum antistitibus, & vice actorū interposita qualicunq; scriptura, quam ipsi vice testium signent, dominus manumittat, ea manumissio rata erit constitutione illa.

Aut vindicta.

Vindicta, virgula erat Prætoris, qua caput serui percutiebat, vel eius capiti imponebat, vt Gordianus innuit in l. ij. C. si aduer. liber. ibi tamen vindicta imposita, qua libertas iusta munit, dicta à Vindicio Aquiliorum seruo, vt Liuius

lib.ij. vel Vitelliorū, vt Plutar. in Publicola scribit, q̄ cum conspirationem de reducendo in regnum Tarquinio detexisset, primus libertate donatus est, alij à verbo vindicare, vt Boetius in Topicis, quod ego magis credo. Est enī vindicare, asserere, & vendicare. l. Recusare. §. Si fisco. ff. ad Trebel. tacto igitur serui capite virgula hac, manuq; apprehenso à domino, ac solennibus his verbis pronunciatis, Liberum te esse aio, & per lictorem circūacto Prætor dimittebat: hac seruata forma, liber & ciuis Romanus efficiebatur, vt est apud Appianum lib. iiij. belli ciui. Ea autem circumactio propterea fieri creditur, vt indicaretur factam eidem fuisse potestatem quaquauersum vellet abeundi. De ea meminit, Persius. Quibus vna Quiritum vertigo facit, & postea, Verterit hunc dominus: vt nō lictorem, sed dominum circumagere seruum debere videatur. Seneca libr. j. Epistola. ad Lucilium. Philosophiæ (inquit) seruias oportet, vt tibi contingat vera libertas, non differtur in diem qui se illi subiecit, statim circūagitur, hoc ipsum seruire Philosophiæ libertas est. Recesserunt tamen paulisper superstitiosæ illæ obseruationes, nam & lictoris præsentiam non requiri docet Vlpianus in. l. Ego. de manu. vindic. Et domini verba ac Prætoris non necessaria ostendit Hermogenianus in. l. Manumissio. ff. de manu. vind. Manumissio (inquit) hodie per lictores domino tacente expediri solet, & verba solēnia licet non dicatur, vt dicta accipiuntur. Consequebatur igit̄ vindicta manumissus olim plenā ac iustam libertatem, qd̄ etiā innuit Persius, Vindicta, meus postq̄ à Prętore recessi. Cur mihi nō liceat, iussit quodcunq; voluntas? Quin & alij quoquomodo manumissi speciem quandam seruitutis retinebant, vt Corne. Tacitus lib. xiij. scribit, ex cuius verbis id etiam obseruauit Alciatus, vt vindicta manumissi nō redigerētur vt ingrati in seruitutē, quòd constitutioni Constantini in. l. Si manumissus. C. de liber. & eo. lib. aduersari videbatur, conciliat tn̄ Alciatus lib. dispunct. iij. cap. xiiij. & dicetur alibi, & interim videnda sunt, quæ scribit Alexāder ab Alexandro libro dierum genia. iiij. cap. x.

Aut inter

A **Aut inter amicos.**

Species erat manumißionis sic appellata, hoc docent verba Theophili hic, dum per parenthesin apponit. (Sic enim id vocatur) Hos ita manumissos, olim nō consecutos esse verā libertatem, planū faciunt verba Cicero. in Topicis, de qbus superius, necnō Plinij locus in epist. cxxxvi. Spero (inquit) imò confido facile me impetraturum, vt ex itinere deflectat ad te, si voles vindicta liberare, quos proximè inter amicos manumisisti. Iustinianus autem in ea constitutione, quam de latina libertate tollenda promulgauit, certam formam huic manumittendi speciei dedit, qua seruata, manu-
B missus, ciuis Romanus efficeretur, ac iustam libertatem cō sequeretur. l. i. §. Sed & siquis inter amicos. Ea autem est, vt quinq; testibus adhibitis, voluntatē suam testetur, vel apud acta, vel apud publicam personam, quæ literis vnà cum testibus subscribat.

Aut per epistolam.

Is etiam modus à Iustiniano cōsecutus est, vt tribuat plenam libertatem, in. d. l. i. §. Sancimus itaq;, si epistolę quinq; testes subscribant adhibiti in ipsa manumissione.

Aut aliam quamlibet vltimam voluntatē.

C Codicillos puta, non etiam imperfectam inter liberos vt Accursius existimauit. Quæ enim extraneis relinquuntur quoquomodo, in huiusmodi voluntate imperfecta, & quæ iure singulari valet, non obtinent. l. Hac cōsultissima. §. Ex imperfecto. C. de testa.

Sed & alijs multis modis libertas seruo competere potest, qui tam ex veteribus, q̃ ex nostris constitutionibus introducti sunt.

Et si Iustinianus arceat adolescentes à multiplici hac cognitione, dabimus hoc cōsuetudini docentium, inter alios

potissimum sunt serui, quibus in præmium libertas datur, D vel quia domini necem vindicauerint, vel quod falsæ monetæ percussorem, commissi stupri autorem, militiæ ue deserto-rem detulerint, siqua ancilla ex domini consuetudine, qui tamen vxorem non habeat, liberos sustulerit moriente domino in ea consuetudine, si seruus monachorum votis alligatus inter eos per trienium moratus sit, si ægrotum seruũ ac moribũdum dominus eiecerit, ac quasi pro derelicto habuerit, si ancilla ea lege sit vendita, ne prostituatur, & prostituta sit, si seruus pileatus domini funus iussu, siue domini, siue hæredis, antecesserit. Si dominus ancillam sciens libero coniugem dederit, si seruum cognomine addito, oblato principi libello, dominus liberũ appellauerit. Hos omnes E modos colliges ex toto tractatu C. quib. ex cau. ser. pro pr. lib. acci. ex. l. vlti. C. de manu. ex nouella de monachis. §. Sancimus coll. prima ex. l. vlti. C. de lati. liber. toll. ex. l. Cũ Stichum. C. de lib. cau.

Serui vero à dominis semp manumitti solent.

Quocunq tempore ẽt feriato, ac quocunq loco, in quo salua maiestate populi Romani voluntaria (vt inquiunt) ẽt iurisdictio exerceri possit. Vtrunq. n. verbo semp expssum est, vt docet hic Theophilus, & indicant sequentia verba.

In theatrum. F

Non à θέω, vt dicit glo. Sed à θεάομαι, quod videre est, notissimus locus est.

„ §. LIBERTINORVM AVTEM STATVS „ tripertitus antea fuerat. Nam qui manumittebantur: „ modo maiorem & iustam libertatem consequeban- „ tur, & fiebant ciues Romani: modo minorem, & La- „ tini ex lege Iulia Norbana fiebant: modo inferiorẽ, „ & fiebant ex lege Ælia Sentia de dedititiorum nume „ ro. Sed dedititiorũ quidem pessima conditio iam ex

A multis temporibus in desuetudinem abijt. Latinorũ vero nomen non frequentabatur. ideoq; nostra pietas omnia augere, & in meliorẽ statum reducere desyderans, duabus constitutionibus hoc emẽdauit, & in primũ statum reduxit: quia & a primis vrbis Romæ cunabulis, vna atq; simplex libertas cõpetebat: id est eadem quam habebat, manumissor: nisi quod scilicet libertinus sit, qui manumittitur, licet manumissor ingenuus sit. Et dedititios quidem per constitutionem nostram expulimus, quã promulgauimus in
B ter nostras decisiones: per quas suggerẽte nobis Triboniano viro excelso quæstore nostro, antiqui iuris altercationes placauimus. Latinos autẽ Iunianos, et omnem quæ circa eos fuerat obseruantiam, alia constitutione per eiusdem quæstoris suggestionem correximus, quæ inter imperiales radiat sanctiones. Et omnes libertos, nullo nec ætatis manumissi, nec domini manumissoris, nec in manumissionis modo, discrimine habito (sicut iam ante obseruabatur) ciuitate Romana decorauimus: multis modis additis, per
C quos possit libertas seruis cum ciuitate Romana, quæ sola est in præsenti, præstari.

Libertinorum autem status tripertitus antea fuerat.

Huc allusit Ausonius, Triplex libertas, capitisq; minutio triplex. Erant enim libertini ciues Romani, Latini, & dedititij. Ciues Romani erant, in quibus tria legitima concurrebant. f. legitima manumittẽtis ætas, legitimum dominiũ, & legitimus modus manumittẽdi. Is autem modus triplex erat, censu, testamento, vindicta, quod Cicero in Topi. ex

prestit, & dicetur inferius: Latini, in quibus aliquid ex trib? D
legitimis deficiebat, & presertim manumittendi modus. Si
quis ergo vel per epistolam, vel inter amicos, vel conuiuij
adhibitione manumissus, nō ciuis Romanus, sed Latini no
minis fiebat ex. l. Iunia Norbana, minoremq́ libertatem
consequebatur: Quod siquis seruus ob delictum, vel car-
ceri mancipatus, vel tortus fuisset, aut insigni aliqua nota
in facie inustus, manumissus, fiebat dedititius ex lege Aelia
Sentia, cuius pessima fuerat conditio, vt mox dicemus. Li-
bet enim prius verba tam ex Caij institutionibus, quàm ex
Theophili hic referre, vt res clarior fiat, mox dicemus, quę
omnem de adolescentis nostri animo dubitationē summo-
ueant. Caius lib. i. Institutionum. Liberti, aut ciues Romani E
sunt, aut Latini, aut dedititij: Ciues Romani sunt, qui his tri
bus modis, testamento, in ecclesia, vel ante Consulem fue-
rant manumissi. Latini sunt, qui aut per epistolam, aut inter
amicos, aut conuiuij adhibitione manumittūtur. Dedititij
verò sunt, qui post crimina admissa, supplicijs subditi, & ꝑ
criminibus cęsi sunt, aut in quorum facie, vel corpore, quę-
cunq́ indicia, aut igne, aut ferro impressa sunt, vt deleri nō
possint: hi si manumissi fuerint, dedititij appellantur. Sed in
ter hęc tria genera libertorum, ideo ciues Romani meliorē
statum habent, quia testamenta facere, & ex testamēto qui
buscunq́ ꝑsonis succedere possunt. Nam & Latini, & de-
ditití, nec testamenta condere, nec sibi ex testamento alio-
rum aliquid relictum, possunt aliqua ratione vendicare: ta-
men Latini certis rebus priuilegia Romanorum libertorū F
consequūtur, Dedititij verò nulla rōne possunt ad ciuium
Romanorum libertorum beneficium peruenire: Nam La-
tini, patronorum beneficio, idest si iterum ab ipsis, aut testa
mento, aut in ecclesia, aut ante Proconsulem manumittan-
tur, Ciuium Romanorum priuilegia consequuntur. Hæc
Caius. Clarius Theophilus, cuius hæc verba sunt. Liberti-
norum autem tripartitò diuisa erat conditio: Nam qui ma-
numittebantur, aliàs maiorem & iustissimam libertatē con
sequebantur, & fiebant ciues Romani; aliàs minorē, & effi
ciebantur

A ciebantur Latini Iuniani ex lege Iunia Norbana, quæ con-
„ ditionem eorum prima reperit. Dedititios verò inuenit lex
„ Aelia Sentia. Ait enim, si quis tempore seruitutis inciderit
„ in aliquod ex his vitijs, aut affectis, quæ eadem lege expres-
„ sa sunt, veluti si ob delictum notis in fronte, aut stigmatis
„ compunctus, vel in publicos carceres coniectus, aut, ꝓpter
„ delictum aliquod verberibus affectus delictum confessus
„ sit, ac deinde gratia cum domino inita manumissus ab eo
„ fuerit, libertinum dedititium hunc fieri. Dedititios aūt eos
„ nominauit ad exēplum peregrinorum. Aliqui cum Roma
„ nis vectigal pēderent, sublatis aduersus Romanos animis,
„ arma in eos sumpserunt, quos collata acie & dato cōgressu
B Romani vicerunt. Etenim cum impetum fortitudinemq́
„ eorum peregrini sustinere non possent, abiectis armis sese
„ dediderunt, ac Romani cū his humaniter agentes, vitā qui
„ dem ijs cōcesserunt, sed huius appellationis ignominia affe
„ ctis, vt quia se dedidissent, dedititij vocarentur. Et hi quoq;
„ libertini ex lege Aelia Sentia dedititij vocati sunt, vt quo-
„ rum turpitudo communis erat, eorum & commune nomē
„ esset. Idem Theophilus paulopost cū dixisset, hodie omnes
„ ciues Romanos effici nullo habito discrimine ætatis manu
„ missi, aut domini manumissoris, aut modi manumissionis,
„ vt inferius dicetur, statim subdit, Quid aūt id sit dicere ne-
„ cesse est, tu hęc habeto in modum præuiæ cuiusdam inspe-
C ctionis. Est apud Romanos legitima ætas, est & naturalis,
„ est & legitimum dominium, est & naturale dominium: est
„ legitimus modus manumissionis, est & naturalis modus
„ manumissionis. Et naturalis quidem ætas est .xxx. annis, le
„ gitima verò quæ maior est anno .xxx. non ꝙ ætatem maio-
„ rem .xxx. annis natura non agnoscat, quoniam omnis ętas
„ naturalis est, sed ꝙ specialiter lex ætatis, quę .xxx. annos ex
„ cedit meminerit, ideo dixi hanc ætatem esse legitimam. Est
„ etiam vt dixi naturale dominium, est & legitimum domi-
„ nium, & naturale dominium dicit̄ in bonis, & dn̄s bonorū
„ dominus, legitimū verò dicitur iure Quiritum. i. Romano-
„ rum. Romani enim Quirites à Romulo, a quo originē du-

eunt, vocantur: & dominus dicit iure Quiritum dominus, D
Q. si quis vtrũq; dominium habeat, is pleno iure dominus
dicitur, vt ambo dominia habens, naturale & legitimũ. Est
& legitimus modus manumissionis, et naturalis modus ma
numissionis, & legitimus modus tribus modis procedit, vin
dicta, censu, testamento: & vindicta erat apud magistratum
facta manumissio: dicta est autem vindicta, q. vindicaretur
mãcipium in naturalem libertatem, aut à Vindicio quodã,
qui cum seruus esset, erupturam aduersus Romanos coniu
rationẽ indicio suo patefecit, publiceq; à Romanis manu-
missus est, & in honorem eius quicunq; apud magistratum
manumittuntur, vindicta manumitti dicebantur. Quæ aũt
censu fiebat manumissio, ea hunc in modum procedebat, E
Census significabat tabulã aut chartam, in qua Romani fa
cultates suas conscribebant, vt belli tempore, pro modo pa
trimonij sui vnusquisq; conferret. In hoc igitur censu cum
iussu domini seruus se liberum scribebat, liberabatur à serui
tute. Testamẽto verò cum qui seruum suum in testamento
liberũ esse iussisset. Naturales quoq; modi manumissionis
erant tres, inter amicos, per mensam, & per epistolam. Et
quidem inter amicos, cum præsentibus amicis quempiam
manumittebant, Per mensam verò, cum libertatem dandi
gratia seruum conuiuio adhibebant, Per epistolam quãdo
alijs in locis agenti, missis literis, permittebãt, vt liber viue
ret. His ita præcognitis, videto rẽ, de qua agimus, cum in F
manumittendo seruo tria legitima concurrebant, vt & ipse
maior esset annis. xxx. & dominus eius legitimus esset do-
minus, hoc ẽ. ex iure Quiritum, & seruus vindicta, cẽsu ue
aut testamento manumitteretur, nec vitium vllum aut affe
ctus subesset omnino. Is qui manumittebatur, ciuis Roma
nus fiebat. Q. si cum vitium malũ nullum subesset, tria ve
rò legitima non concurrebant, quoniam aut seruus minor
erat. xxx. annis, aut dominus bonorum tantum erat domi-
nus, nec etiam legitimum dominium habebat, aut procede
bat manumissio per mensam, aut per epistolã, aut inter ami
cos, aut duo interdum desyderabantur legitima, aut etiam

A omnia tria. Is qui ita manumittebatur, Latinus Iunianus fiebat. Porrò cum vitium aut affectus suberat, oīno is, qui ma„
„ numittebatur, omnino fiebat dedititius. Et hæc quidē olim.
„ Hęc Theophilus, quę ideo exscripsimus, quia rem omnem magis aperiunt, q̃ ea, quæ vel ex Iustiniani institutionibus, vel etiam Caij percipi possunt. Et antequā vlterius progrediar, hæc obiter animaduertēda censeo. Primùm, quòd cū Caius ex tribus illis modis manumittēdi, quibus olim manumissi ciues Romani fiebant, cēsum omittat, & manumissionem in ecclesia ponat, fuisse Caium necessarium esse eo tempore, quo censeri ciues desierant, & manumissio in ecclesia per Constātinum introducta fuerat, vt suprà in proœ-
B mio admonuimus. Deinde ex Caio illud consyderandū puto, Latinos ita tunc liberos fieri solere, vt adhuc locus esset manumissioni ex integro quasi adhuc serui essent, quod & verba Plinij superius citata, de manumissione īter amicos optimè ostendunt. Ex Theophilo autem consyderandum existimo, q tria olim dominia erāt, bonorum dominus, dominus iure Quiritum, & plene dominus. Ex quibus intelligis. l. i. C. de nudo iur. Quiri. toll. & alias q̃plures leges, in quibus horum dominorum mētio habetur. Nudum enim ius Quiritum illud erat, quod ab vsu separatū fuerat in seruis. Vides præterea ex Theophilo qualiter intelligendum sit argumentum Ciceronis in Topicis, non est liber censu,
C testamento, vindicta, ergo non est liber. De libertate enim quam ciuitas consequeretur, loqui existimādum est. Quod attinet ad libertos ciues Romanos, nihil pręterea est addendum, quod verò ad Latinos, illud in primis sciendū est, Latinos, non tm̄ tribus illis modis inter amicos, per mensam, & per epistolam, sed alijs q̃plurimis fieri, veluti ex edicto diui Claudij Seueri, hi, qui valida ægritudine grauati publicè de domo à dominis eiecti erant, non mandata alteri eorum curatione, liberi Latinæ conditionis fiebant, vt refert Iustinianus in. l. i. §. Sed scimus. C. de lati. lib. toll. Item & qui testamento aut vindicta manumittebant̄, si hoc dominus voluisset, fiebant Latini. d. l. i. §. Illo proculdubio. Item & qui

liber esse iussus fuerat testamento sub cõditione, si pendente cõditione fuerat ab extraneo hęrede liberatus, ead.l.i.§. Sed si sub cõditione. Fiebat insuper Latinus, qui in liberali iudicio superatus à domino, redimebatur ab alio, persoluto domino pretio serui ead.l.§. Illud etiam satis acerbum, nec non ancilla, quæ cum libera persona à domino in matrimonio collocata, cõscripta publicè dote ead.l.i.§. Sed & siquis homini. Qui etiam à domino in actis publicis filius nominabatur, Latinus fiebat ead.l.i.§. Similiꝗ modo. Q, si dominus induxisset aut corrupisset instrumẽta seruitutis hoc animo vt ille seruus liber fieret, efficiebatur Latinus. §. Ille autem. ead.l. Latinorum cõditio ea fuerat, vt post manumissionem liberi fierent, sic vt morietes, animam & libertatem amitterent, Iustinia.ĩ.de success.liber. Cum Latinorum successiones nullę penitus erant, qui licet vt liberi vitam suam peragebant, attamen in ipso vltimo spiritu, animam atꝗ libertatem amittebant, & quasi seruorum, ita bona eorum iure quodammodo peculij ex lege Iunia Norbana manumissores detinebãt. Idem Iustinianus in.l.i.§.i.C.de Lati.lib.toll. Quis enim (inquit) patiatur talem esse libertatem, in qua in ipso tempore mortis, in eãdem personam semel & libertas & seruitus cõcurrant, & qui quasi liber mortuus est, eripiatur non solum in mortem, sed etiam in seruitutẽ? Idem Iustinianus in.§. Sed scimus. & in.§. Illud, & in.§. Similiꝗ modo ead.l. de his libertis qui Latini dicebãtur, tribus legibus cautum erat, Lege Iunia, Norbana, S. C. Largiano, & edicto diui Traiani. Lege Iunia Norbana cauebatur, vt manumissores bona libertorum Latinorum iure quodãmodo peculij vendicarent. Senatusconsulto Largiano id additum fuerat, vt liberi manumissoris in bonis Latinorum pręferrẽtur. Edicto diui Traiani, ꝙ Latinus, qui ignorante vel inuito patrono ciuis Romanus fuerat effectus beneficio principis, viuus quidem duraret ciuis Romanus, moriens autem moreretẽ Latinus, non obstãte Imperatoris beneficio. Quæ omnia Iustiniani constitutione sublata fuerunt. §. vlti.ĩ. de succes.liber. Nunc ad dedititios. Eorum cõditio fuerat, vt

A viuentes perpetuò seruirent, liberi autem agentes animam fierent. Quare pessimam eorum cōditionem dixit hic Iustinianus, ac talem libertinorum statum, multis antea tēporibus in desuetudinem abijsse testatur in.l.i.C.de dediti. lib. tollen. vbi vanum propterea libertatis nomen appellat nullius.s.effectus, non vt Accursius ibi ineptè exponit. Quod autē circa dedititios statutum est, id omne à lege Aelia Sentia dispositum fuisse certum est. Ita enim legēdum est, vt statim dicetur, quæ rogata fuit à Sex. Aelio Catulo, & C. Sentio Saturnino Coss. In quo fallitur Alciatus in.l. Sciendum §.i.ff. de ver. sign. cum ab Aelio Sentio rogatā putet, et existimet eandem esse legem, de qua meminit Cicero in Topi-

B cis, & ibi Boetius, cum ibi legatur Aelia Sanctia ab Aldo, quamuis familiam Sanctiam ante Ciceronem fuisse Romę non legerim. Fuerunt enim Sex. Aelius Catulus, & C. Sentius Saturninus Consules sub Augusto, anno DCCLVI. ab vrbe condita, cum quadraginta annis antea fuerit occisus Cicero, Hircio & Pansa Consulibus, mēse Septēbri, anno suæ ætatis LXIIII. vt scribit Plutarchus. Natus est enim Cicero. iij. nonas Ianua. C. Attilio Serano, & Q. Seruilio Cępione Coss. anno ab vrbe condita DCXLVIII. Q autē id statuerit Augustus, docet Tranquillus in Augusto his verbis. Seruos, non cōtentus multis difficultatibus à libertate iusta remouisse, cum & de numero, & de cōditione, & diffe-

C rentia eorum, qui manumitterentur curiosè cauisset, hoc quoque adiecit, ne vinctus vnquam tortus ue quis vllo libertatis genere ciuitatem adipisceretur. Ecce modo dedititios, circa quos notandum est, quod Paulus lib. iiij. senten. dedititios effieri dixit, qui iussū domini in vinculis aliquandiu fuissent, dum dominus furiosus aut pupillus non fuerit: quò spectat locus Vlpiani, quem nō videtur assecutus Alciatus ibi in.l. Verum est.ff. de verbo. signi. Sumpta enim sunt verba illa ex libro. j. Vlpiani ad legem Aeliam Sentiam, vt ex inscriptione ipsa apparet. Quia ergo lege Aelia Sentia cautum fuerat, vt inquit Paulus loco proximè citato, vt seruus aliquandiu in vinculis habitus, manumissus fieret dedititius,

Quæsitum fuit apud Vlpianum, an qui carcere tãtum clau D
ſus non etiam vinctus fuiſſet, dici poſſet vinctus, vt deditiæ tius fieret, & reſpondet, ꝙ nõ, vt mitiorem ſequeretur interpretationẽ. Q; ſi accipias dictũ Vlpiani generaliter, ſtatim pugnabit cum.l. Succurritur. ff. Ex quib. cau. maio. inquit ibi Calliſtra. Vinculorum appellatio latius accipitur, nam etiã incluſus veluti latumijs vinctorum numero haberi placet, quia nihil intereſt, parietibus an compedibus teneatur. latius eo in loco accipi dixit Calliſtratus, ꝙ fauebat oppreſſis. At ꝙ in lege Aelia Sentia mitior ſit pars eligẽda, docet Iulius Paulus lib. iiij. ſenten. titulo. de manumiſ. his verbis. Communem ſeruum vnus ex ſocijs vinciẽdo, futuræ libertati non nocebit. Inter pares enim ſententias, clementior ſeueriori præfertur, & certè humanæ rationis eſt fauere miſeris, propè innocentes dicere, quos abſolutè nocentes pronuntiare non poſſunt. E

Maiorem & iuſtam libertatem.

Iuſtãm hic dixit plenam, ſicuti Tranquillus in loco proximè citato de Auguſto loquẽs, ſeruos non cõtentus multis difficultatibus à libertate iuſta remouiſſe, de quo dictũ fuit ſuprà hoc titu. in prin. Et ꝙ vindicta, iuſtam libertatem manumiſſi conſequantur ex tex. in. l. ij. C. ſi aduer. liber. in. l. Si vxor. ff. de adulte. Iuſta vxor appellatur ea, quæ omni legũ perfecta ſolennitate ducta eſt, & iuſtum pactum plenum & F
legitimum non nudum dicit̃. l. Stichum. ff. de ſolutio. Non enim ſignificat iuſtum idem quod legitimum, ſed etiam aliquid vltra, & ſi iuſtum iure factum ſonare videat̃, at (vt dixi) habet neſcio quã pleniorem ſignificationem. Iuſtus enĩ hæres differt à legitimo, vt iuſtus filius differt à legitimo. Natus enim ex cõcubina, ſecutò poſtea matrimonio, legitimus eſt filius. §. vlti. ĩ. de nupt. non tamẽ dicitur iuſtus. Iuſti enim filij propriè dicunt̃, qui poſtea nati ſunt. Quã diuerſitatem ſentire viſus eſt Iuſtinianus in. l. Cum quis. §. i. C. de natu. lib. ſed clarius Apuleius. ij. apolo. dum loquitur de patruo qui fratris filio parabat inſidias, vt ei hæres eſſet. Scie-

A bat (inquit) intestati pueri legitimum magis, quàm iustum hæredem se futurum.

Ex lege Iunia Norbana.

Vnde & Latini Iuniani dicti sunt, à quo tamen lata fuerit aut quãdo, non ausim affirmare, reperio C. Norbanũ Flaccum Consulem sub Augusto vnà etiam cum eo anno ab vrbe condita DCCXXX. qui & prius anno DCCXVI. primum fuerat Consul.

Ex lege Aelia Sentia.

A quibus rogata fuerit, & q̃ nõ ea sit, quæ refertur à Cicerone in Topicis, dictũ fuit pauloante, quod manifestius B fit ex diuersitate dispositionis. Ea enim nihil ad libertinos.

Deditit iorum quidem pessima conditio.

Pessimam dixit, eo q̃ dum efflarent animam tantum liberi fierent, vel quòd pessimum seruorũ genus manumissum in dedititios euaderet.

Triboniano viro excelso Quæstore nr̃o.

Exquæstorem sacri palatij nostri in procemio appellat, quo fit, vt eũdem fuisse Quæstorem & Exquæstorem existimandum sit, adde q̃ in eadem epistola, quæ hodie est in ti C tulo C. de vete. iur. enucl. idem Quæstor & Exquæstor appellatur, vt suprà in procemio diximus.

Nullo, nec ętatis manumissi, nec dominij manumissoris, nec manumissionis modo, discrimine habito.

Nulla ratione potuerunt qui ante hac scripserunt assequi sensum horum verborum non inuulgatis Theophili institutionibus, qui hanc omnem rem aperit, vt supra in prin. huius. §. dictum est. Differebat enim legitima ætas à naturali ætate, legitimus modus manumittendi à naturali, legitimũ

dominium à naturali dominio, quare legendum hic est do- D
minij, nisi genitiuũ domini pro dominij acceperis, vt apud
Virgiliũ. Nec spes libertatis erat, nec cura peculi. item Pau
peris & tuguri congestum cespite culmen, quod ego non
probo, ꝙ non viderim alibi Iustinianum ita vsum fuisse, etsi
sciam apud aliquos iureconsultos ita positum inueniri, sed
nunc nõ est his locus. Quantum Claudius hic à recta aber
rauerit in versic. Et omnes libertos, tu dispicies.

Quæ est sola in præsenti.

Malè Accursius in pręsenti. i. in consuetudine. Intelligen
dum enim est verbum in præsenti simpliciter. i. nunc tem-
poris, quo scilicet sublata omni differẽtia libertinorum, sola E
est ciuitas Romana, quia oẽs ciues Romani efficiuntur.

Quibus ex cau. manumit. non licet. *Rubrica.*

„ NON TAMEN CVIQVE VOLENTI MA
„ numittere, licet. Nam [illegible]is qui in fraudem creditorum
„ manumittit, nihil agit: quia lex Ælia Sentia impedit
„ libertatem. Licet autẽ domino, qui soluendo non est,
„ in testamento seruum suum cum libertate hæredem
„ instituere, vt liber fiat, hęresq́ ei solus & necessarius:
„ si modo ei nemo alius ex eo testamento hæres extite- F
„ rit: aut quia nemo hæres scriptus sit, aut quia is qui
„ scriptus est, qualibet ex causa hæres ei non extiterit.
„ Idq́ eadem lege Ælia Sentia prouisum est: & rectè.
„ Valde enim prospiciendum erat, vt egentes homi-
„ nes, quibus alius hæres extiturus non esset, vel seruũ
„ suum necessarium hæredem haberent: qui satisfactu-
„ rus esset creditoribus; aut hoc eo non faciente, credi-
„ tores, res hæreditarias serui nomine vendant, ne iniu
„ ria defunctus afficiatur.

A Nihil agi, quia lex Ælia Sentia impedit libertatem.


VM enim leges omnes hoc spectent, vt respub. cōseruetur, ea autem nulla alia ratione magis retineatur, quàm fide, quæ nulla est, vbi rerum creditarum solutio nō est, vt voluit Cicero lib. ij. de offi. meritò lex Aelia Sentia statuit non posse à debitoribus damnum inferri creditoribus, dando seruis suis libertates. Et si enim firmissima libertatis vincula sint sui quenq; iuris dimittendi & retinēdi dominium esse, vt Cicero inquit pro Balbo, & Imperator in. l. In re mandata. C. mand. id tamen
B verum est, si per hoc iuri alterius nō detrahatur. Non enim debet alteri per alterum iniqua cōditio inferri. l. non debet. ff. de diuer. reg. iur. Adde q in bonis nostris nō est patrimonium nostrum, quatenus æs alienū absorbet. §. vlti. j. ad legem Falcid. hoc tamen verum est, etiā quo ad creditores. Quātum enim attinet ad manumittentē, lex, libertates nō perimit: q si idem æs alienum exolueret post datas libertates, vel seruos pignori datos & manumissos lueret, nulla ratione poterit seruis in libertatem se ex manumissione vendicātibus obijcere, q in fraudem creditorum manumiserit, id prohibente lege Aelia Sentia: Non enim patitur lex probrum ac fraudem suā detegere. l. Si creditoribus. C. de ser.
C pig. dat. manu.

Qui soluendo non est.

Soluendo esse dicitur, qui tot habet in bonis, vnde æs alienum exoluat. l. Soluendo. ff. de verbo. signi. antiquissima ac frequentissima dicēdi figura. Liuius libro primo belli Macedo. Cum & priuati (inquit) regnum postularēt, nec tamen soluendo æri alieno respublica esset. Cicero. ij. Philipp. Nec tu soluendo eras, nec te vllo modo nisi euersa respub. fore incolumem putabas: & ad Atticum libr. xiij. Pro quo quidem etiam sponsor factus, & nimirum id fuit, soluendo enim non erat.

Vt liber fiat hæresq; ei solus & necessarius. D

Solus, quia lex vnum tantum manumittere permittit, necessarius, quoniam seruus institutus etiam inuitus fit heres, vt. j. de hære. quali. & differ. vbi dicemus.

Creditores, res hæreditarias serui nomine vendant.

Non tamen serui nomine venduntur, cum iam mortuo domino, ac tabulis testamẽti confirmatis, protinus liber & hæres necessarius factus sit, vt vẽditionis tempore liber sit, sed serui nomine dixit, inspecto quod olim seruus erat, qđ Accursius hic animaduertit, neq; hoc inconuenit. Similis E enim expositio facienda est in. l. Eius. ff. si cer. peta. in. l. Viro. ff. solu. matrimo.

Ne iniuria defunctus afficiatur.

Qui hunc locum interpretati sunt, veritatis vestigia vidẽtur potius odorati, quàm assecuti: ac rem omnem aperit Cicero in oratione pro Quintio, quęnam. s. fuisset hęc iniuria.
» Ergo (inquit) Hercule cuius bona ex edicto possidentur,
» huius omnis fama & existimatio cum bonis simul possidetur, de quo libelli in celeberrimis locis proponuntur, huic
» ne perire quidem certè tacitè obscureq; conceditur, cui ma
» gistri fiunt & domini constituuntur, qui qua lege, & qua cõ F
» ditione pereat pronuncient, de quo homine preconis vox
» prædicat, & pretium conficit, huic acerbissimũ viuo viden
» tiq; funus ducitur, si funus id habendum sit, quo non amici
» cõueniunt ad exequias cohonestandas, sed bonorum emptores, vt carnifices, ad reliquias vitæ lacerandas & distrahendas. Notari præterea solebant à Censoribus cuius bona ob ęs alienum venissent. Sic enim inquit loquens de Antonio Asconius in toga cãdida. Hunc Antonium Gellius & Lentulus Cens. sexennio quo hæc dicerentur senatu mouerũt, causasq; subscripserunt, q; socios diripuerit, q; iudicium recusauit, q; propter æris alieni magnitudinem prędia manci-

A pauit, bonaq́ sua in potestate non haberet. Et Suetonius in Galba refert Tiberium prohibuisse C. Galbam fratrẽ Sergij Galbæ Imperatoris sortiri anno suo Proconsulatum, ꝗ facultates suas attriuisset. Aelius Spartianus tradit Hadrianum Imperatorem decoctores bonorũ suorum iussisse catamidiari in amphytheatro & dimitti, idest deridẽdos & exibilandos omnibus exhiberi. Cicero lib. ij. offi. Habenda est (inquit) ratio rei familiaris, quam quidem delabi sinere flagitiosum est. Id apud eum grauiter libr. iij. differit Hecaton Rhodius. sapientis. s. esse habere rationem rei familiaris. Cicero in. ij. Philip. Antonio obijcit, tenes ne memoria prætextatũ te decoxisse? patris inquies culpa est, cõcedo, etenĩ
B est pietatis plena defensio. Illud tamen audaciæ tuę, ꝗ sedisti in quatuordecim ordinibus, cum esset lege Roscia decoctoribus certus locus constitutus, quamuis fortunę vitio non suo decoxissent. Macrob. libr. ij. cap. iiij. tradit Augustum Censorem, Equitem quendam Romanum corripuisse, ꝗ facultates suas minuisset. Apud Nabatheos qui opes minuisset, mulctabatur publice, vt refert Diodo. Sicu. li. xvi. & refert Laertius in Democrito, ꝗ apud Abderitas qui patrimonium consumpsisset, non dignabatur sepulchro parẽtum. Et idem in vita Solonis refert vnam ex illius legibus fuisse, Qui patrimonij versuram fecerit, is ignobilis obscurusq́ esto: & vt videri põt ex accusatione Aeschinis aduer-
C sus Timarchum, legibus Grecorum prohibitum fuerat cõcionari, ac cum populo agere his, qui patrimonium cõsum pserant. Plautus in Truculento scribit, piaculum esse miserere nos hominum rem male gerentium, & Aristo. libro. ij. Politi. cap. v. Locrorum legibus cautum refert, nequis patrimonium alienare posset, nisi euidentẽ calamitatem ostẽdisset superuenisse. Statuit ergo hoc lex Aelia Sentia, vt vnus tm̃ seruus liberari posset ab eo, qui soluẽdo non erat, instituendo illum hęredẽ, vt existimationi domini consultũ esset. Qua ẽt constitutione prouisum est, non tm̃ dño, vt dictum est, sed ẽt seruo & creditoribus. Seruo, qui & si iniuriã illam in se recipiat, vt sub eius noĩe bona veneant, habet tm̃

amplissimam huius ignominię mercedem, libertatē: Credi D toribus, ꝙ habent hæredem certum ac necessarium, quem conueniant, qui si non satisfecerit, aut eo differēte, potestatem habent vendendi bona eius nomine.

" §. IDEMQVE IVRIS EST, ET SI SI-
" ne libertate seruus hæres institutus est. Quod nostra
" constitutio non solum in domino, qui soluendo non
" est, sed generaliter constituit, noua humanitatis ratio
" ne: vt ex ipsa scriptura institutionis etiam libertas ei
" competere videatur; cum non sit verisimile, eum,
" quem hæredem sibi elegit, si prætermiserit liberta- E
" tis dationem, seruum remanere voluisse, & neminem
" sibi hæredem fore.

Idemq; iuris est, & si sine libertate seruus hæres institutus.

Non quòd dominus voluerit hæredē non liberum esse. Tunc enim nec liber esset, hoc domino renuente, nec hæres, id prohibente lege, quæ non vult aliquem sine libertate posse proprium seruum instituere. ĵ. de hære. insti. in principio. Sine libertate igitur, idest, omissa libertatis mentione, & simpliciter. F

Noua humanitatis ratione.

Sed qūo noua humanitatis rōne, cum paulopost. ĵ. de hære. insti. in prin. vbi de hac eadē cōstitutione mentio habeť, se hoc nō induxisse testetur Iustinianus per innouationem, sed quoniam ęquius erat, & Attilicino placuisse Paulus suis libris, quos tā ad Masurium Sabinum, ꝙ ad Plautium scripsit, refert? Frequentius itum est in hanc sentētiam, vt non innouauerit coniecturam ac rationē, qua motus fuit ad ita sanciēdum, cum eam olim & Attilicinus & Paulus probassent; at quoniam nondum hoc fuerat pro lege habitum, re-

luctantibus

A luctantibus aliquibus sententiæ Attilicini, noua humanitatis ratione, quod non ante hac fuerit ab alijs Imperatoribus constitutum, id statuisse credendum est.

Vt ex ipsa scriptura institutionis.

Hoc enim solo, q̃ scriptus est hæres creditum est dominum voluisse libertatem donare, cum sine libertate nulla ac frustratoria esset institutio, nec ea vnquam interpretatio sumēda est, qua fiat, vt dispositio frustra facta esse videatur. l. Quoties. ff. de diuer. reg. iur.

Cum non sit verisimile &c.

B Argumento sumpto à consequentibus, si vult esse hæredem, nec potest esse hæres, si liber à domino non fiat, idq; lege prohibente, quam nemo ignorare debet, consequitur, si volo hæredem, velim & liberum. si cōnubium inter duos esse non poterat, remisso nuntio nihil pater pro filijs retinet, quia si non fuerunt iustæ nuptiæ, filij matrem sequuntur, si matrem sequuntur, nō patrem, quid sibi retineat pater pro filijs? Cicero in Topi. ita arguit, quem locum nō est assecutus Boetius, vt aduertit Claudius vir meo quidem iudicio nostro seculo nunquam satis laudatus in Topicis loco à consequentibus.

C §. IN FRAVDEM AVTEM CREDITO-
» rum manumittere videtur, qui vel iam eo tempore,
» quo manumittit soluēdo non est: vel qui datis liber-
» tatibus, desiturus est soluendo esse. Præualuisse tamē
» videtur, nisi animum quoq; fraudandi manumissor
» habuerit, non impediri libertates, quamuis bona eius
» creditoribus non sufficiāt. Sæpe enim de facultatibus
» suis amplius, quam in ijs est, sperant homines. Itaq;
» tunc intelligimus impediri libertatem, quum vtroq;
» modo fraudātur creditores: id est, & consilio manu-

" mittentis, & ipsa re, eo q eius bona non sunt suffectu- D
" ra creditoribus.

Præualuisse tamen videtur, nisi animum quoq; fraudandi manumissor habuerit, non impediri libertates.

Accursius hic existimauit inter diuersas iurisc͡osultorum sententias hanc tandem obtinuisse, vt vtrunq;. s. & consiliũ fraudãdi, & euentus exigerentur, ex eo tantum verbo præualuisse, quod in hoc significatu ne Latinum quidem esse existimo. Ego hoc probare non possum, q videam Iulianũ hanc eandem sententiam vt nullos habentem aduersantes E referre in. l. Siquis cum haberet. ff. quæ in frau. credi. Quia
" (inquit) libertates vt rescindant̃, vtrunq; in eorũdem per-
" sona exigimus, & consilium, & euentum.

Sæpe enim de facultatibus suis amplius, q̃ in ijs est, sperant homines.

Si in hunc locum trãstulisset Tribonianus verba omnia Caij in. l. In fraudem creditorum. ff. qui & à quib. vt superiora omnia transtulerat, facilius assequeretur adolescens coniecturam hanc, quam ducit Imperator ex ignorãtia proprij patrimonij. Supplendus est igit̃ hic locus ex illo: Inquit F
" Caius, Sæpe enim de facultatibus suis amplius, q̃ in ijs est,
" sperant homines, quod frequenter accidit ijs, qui transma-
" rinas negociationes, & alijs regionibus, quàm in ijs, in qui-
" bus morant̃, per seruos atq; libertos exercent, q sæpe attri-
" ti istis negociationibus longo tẽpore id ignorant, & manu-
" mittẽdo sine fraudis consilio indulgent seruis suis libertatẽ.

" §. EADEM LEGE AELIA SENTIA DO-
" mino minori. xx. annis non aliter manumittere per-
" mittitur, q̃ si vindicta apud consilium, iusta causa
" manumissionis approbata, fuerint manumissi. Iustę

A autē manumiſſionis cauſæ hæ ſunt: veluti ſiquis pa-
» trē, aut matrē, filium, filiam'ue, aut fratres, ſorores'ue
» naturales, aut pædagogum, aut nutricē, aut educato-
» rem, aut alumnum, alumnam'ue, aut collactaneū ma-
» numittat, aut ſeruū procuratoris habendi gratia, aut
» ancillam matrimonij habēdi cauſa, dum tamen intra
» ſex menſes in vxorem ducatur, niſi iuſta cauſa impe-
» diat, & ſeruus qui manumittitur procuratoris haben
» di gratia, non minor decem & ſeptem annis manu-
» mittatur. Semel autem cauſa approbata ſiue vera ſit,
» ſiue falſa, non retractetur.

B

Quam ſi vindicta apud conſilium.

Conſilium appellat conuentum iudicum, qđ adhuc con
ſilium appellamus. Cicero pro Sex. Roſcio. Dij prohibeāt
» iudices, vt hoc, qđ maiores conſilium publicum vocari vo
» luerūt, pręſidium ſectorū exiſtimetur. Et paulo ſupius, Qui
ex ciuitate in ſenatum propter dignitatem, ex ſenatu in hoc
cōſilium delecti eſtis, ꝑpter ſeueritatē. De hoc meminit Cel
ſus in.l. Si minor. ff. de manu. vind. Hunc locum late expli
cat Theophilus hic: eius verba ſunt: Conſilium eſt conſeſ-
C ſus certorum virorum ſtatis anni diebus coeuntium, quod
» non ſolum Romę, ſed in prouincijs ēt habebatur. Coibant
» autem uiri illi tempore conuentus: Conuentus autē eſt cer-
» tum ſtatumq́ꝫ tempus litium dirimendarum gratia inuen-
» tum: nam Romani cum totum fere annum bellis gerendis
» occuparent, atq́ꝫ in hyemis tempus ſub pellibus agere pro-
» hiberent, quoniam vt in communi vita ſine litibus contro-
» uerſiisq́ꝫ eſſe non poterāt, omiſſis armis, iudicijs vacabant,
» & multos in eam rem conſtituebant iudices, vt ambiguas
» ipſorum cauſas dirimerent, qui recuperatores vocabātur,
» quia vnuſquiſq́ꝫ per eos debitum recipiebat: tempus autē il
» lud à conueniendo cōuentus dictum. Conueniebant enim

K ij

„ iudices & litigatores, extremo autem conuentus die habe- D
„ batur cōsilium in prouincijs in hunc modum. Procedebat
„ enim Proconsul aut Præses, & in tribunali suo considebat,
„ vnaq́ iuxta ipsum viginti viri, qui dicebantur peregrini re-
„ cuperatores, quia per eos mācipium naturalem libertatem
„ recipiebat. Scis enim natura omnes homines liberos pro-
„ ductos esse, & apud eos à manumittentibus allegabantur
„ causæ iustæ manumissionis. Habebatur autem & Romæ
„ consiliū die aliquo cōuentus Prætore pro tribunali sedēte,
„ & assidentibus ei quinq́ senatoribus, & quinq́ Equitibus
„ Romanis. Erat autem dignitas Equestris minor ordine se-
„ natorio, sed tamē veluti seminarium eius. Ego à Theophi-
lo dissentio, q̄ in his muneribus Romanis videam illum, E
aliosq́ illius temporis Græcos scriptores, qui Romę mora-
ti nō sunt, facile decipi, id quod videtur etiam sentire nostri
seculi decus Alciatus ca.xli.lib.i.Parergon iuris. Dabatur
enim quolibet tēpore à Prætore Romæ, vel à Consulibus,
in prouincijs verò à Præsidibus cōsilium manumittere vo-
lentibus.s. certus numerus assessorū, qui de iustitia causa-
rum manumissionis cognoscerent, quod ex.l.i.ff.de offic.
„ Cons. percipitur facile. Officium (inquit) Consulis est pre-
„ bere consilium manumittere volentibus: hoc est, dare iudi
ces, qui consilium quoddam constituebant, vt manumitte-
re volentes, quibus dicti consilij autoritas opus erat, causas
coràm eis proponere, atq́ approbationē earum impetrare F
possent. Ita.n. locus ille intelligendus est, quod & l. Seruus
cōis. ff. de manu. vind. indicat. l. apud filium. §.i. ff. eo. tit.

Veluti si quis patrem, aut matrem, filium, fi-
liam'ue, aut fratres, sorores'ue naturales.

Subijciemus exempla: patrem, aut matrē contingit pos-
se aliquem manumittere, si quis inter greges seruorum ha-
buerit patrem & filium seruos, vel matrem, & filios, nam
si filium cum libertate instituam hæredem, reperiet ille in
hereditate eius patrem, eritq́ iusta causa hæc manumitten-
di. At

A di. At si ego ex aliqua ancilla filiũ suscepissem, cum qua forte concubuissem, neq; cum ea consuetudinem habuissem, (tunc enim aliter eueniret, si ex eo coitu filiũ suscepissem) cum vt ex ancilla natus ventrem sequatur, & seruus nascatur, vt supra dictum fuit, habebo filium seruum, & erit hæc causa iusta cur illum manumittam. Q; si pater meus ex ancilla filium genuisset, cum identidẽ nascatur seruus, ego illi frater potero ꝗuis minor. xx. annis illum manumittere, & erit hęc iusta causa. Ideo aũt dixit naturales, quia ex ancillis nullus põt nasci legitimus, nec fieri põt frater adoptione.

Alumnum alumnam'ue.

B Fuerunt qui hoc loco alumnũ intellexerunt illum, à quo dominus altus & educatus est, in quo significatu vsus est Plinius, sed ego propriè accipiẽdum censeo ex verbis Martiani in. l. Alumnos. ff. de manu. vind. Alumnos (inquit) „ magis mulieribus conueniens est manumittere, sed & iure „ receptũ est, satisq; est permitti eum manumitti, in quo ma„ numittendo propensiorem animũ fecerunt. Ex quo loco verba hęc appositè declarãtur. Obstitisset Solonis lex, qua cautum erat ne seruum amare liceret, aliò spectans, ne. s. amor ipse pollueretur amicitia istorum, sed vsq; adeo antiquitas alumnis tribuit, vt alumnos pro filijs vsurparent, vt C Nonius Marcellus declarat, & Seruius lib. vi. Aenei. qđ & indicat. l. Siquis alumnam. C. de incest. nup. ibi loco filiæ.

Collactaneum.

Collactaneum & collacteum antiqui dixerunt, qui eisdẽ mammis nutritus est. Martialis. Sed quòd sororis eius amica indiscreto fœdere videretur. & Iuuenalis.
Quid dicar notæ collactea mammæ.

Nisi iusta causa impediat.

Iusta causa erit, si interim senator factus sit, qui libertinã ducere prohibetur ex lege Iulia, de quo alibi.

Non minor decem & septem annis sit. D

Decipiuntur ferè omnes in intellectu horum verborum, nam in primis locus hic de procuratore ad negocia intelligi non potest, cum & procurator ad negocia seruus possit cõstitui, nec sit necessaria manumissio. l. Sed & si quis. §. Parui. ff. de institu. l. Denique. §. fi. ff. de minori. Quinimò & minor. xvij. annis ad negocia potest pcurator cõstitui. l. Nam & plerique. ff. de institu. quare de procuratore ad negocia nullo pacto fieri potest, vt intelligatur, ideo de procuratore ad iudicia intelligẽdum est, qui & si hodie secundum ius canonicum constitui non possit nisi. xxv. annorum. c. Qui generaliter. de procu. lib. vi. tamẽ iure ciuili ætas. xvij. annorum ad postulandum idonea visa est Prætori. l. i. §. Pueritiam. ff. de postulan. & dicitur in. §. sequen. quo spectauit hęc taxatio. xvij. annorum. E

Siue vera sit siue falsa.

Fallitur Accursius, qui veram, idest iustam interpretatur, non veram simpliciter. Verba enim intelligenda sunt, vt iacent, cum veritatem falsitati opponat. Id Martianus fusius explicat in. l. Iusta. ff. de manu. vind. Sciendum (inquit) est qualiscunque causa probata fuerit & recepta, libertatẽ tribuere oportere, nam diuus Pius rescripsit causas probatas non permittendum reuocari, nam causæ probationi contradicẽdum est, non etiam causa iam probata retractanda est. Ea autem ratio est, quòd libertas collata, non nisi ex maximis causis retractetur. F

„ §. CVM ERGO CERTVS MODVS MAnumittendi minoribus. xx. annis dominis per legem Æliam Sentiam constitutus esset: eueniebat, vt qui quatuordecim annos expleuerat, licet testamentum facere, & in eo sibi hæredem instituere, legataque relinquere posset: tamen si adhuc minor esset. xx. annis, li-

A bertatem seruo dare non poterat. Quod non erat fe-
» rendum: si is cui totorum suorum bonorum in testa-
» mento dispositio data erat, vni seruo dare libertatem
» non permittebatur. Quare nos similiter ei, quemad-
» modum alias res, ita & seruos suos in vltima volunta
» ta disponere, quẽadmodum voluerit, permittimus,
» vt & libertatem eis possit præstare. Sed quum liber
» tas inæstimabilis res sit, & propter hoc ante vicesi-
» mum ætatis annum antiquitas libertatem seruo dari
B prohibebat, ideo nos mediam quodammodo viam
» eligentes, nõ aliter minori. xx. annis libertatem in te-
» stamento dare seruo suo concedimus, nisi decimumse
» ptimum annum impleuerit, & decimumoctauum at-
» tigerit. Cum enim antiquitas huiusmodi ętati & pro
» aliis postulare concesserit, cur nõ etiam sui iudicij sta
» bilitas, ita eos adiuuare credatur, vt ad libertatẽ dan-
» dam seruis suis possint peruenire?

Cum ergo certus modus manumittendi.

Solent plerunque nostri existimare certam annorum ele-
C ctionem, nullam, aut leuem in se habere rationẽ, vt puta in lege vsucapionis certus fuerat annorum numerus eligendus, infra quem si dominus negligenter versaretur in persequẽdis rebus suis, ne dominia semper incerta essent, ac ne spargerentur quotidie rixarum ac cõtrouersiarum semina, lex autoritate sua dominium penes possidentem confirmaret, Quod enim magis triennium, quàm quadriẽnium electum sit, hoc nullam vix in se rationẽ habere posse certissimum est, & si autem constitutio certæ ætatis in hoc loco eam in se rationem habuisse manifestum sit, vt secuta lex fuerit iudiciũ hominis, attamẽ optassem Iustinianum siue Tribonianum potius parciorem fuisse in sua hac sententia explicanda, san

xisset quod lubebat, abstinuisset à reddenda ratione consti- D
tutionis suæ, necnon & superiorum legum. Quis enim pa- "
tiatur tam ineptam ratiocinationē, in qua obiectum absur- "
ditatis remaneat, quod legi Aeliæ Sentię obijciebatur? Vi- "
deamus rogo: Inquit Iustinianus, legem Aeliam Sentiam "
ætatem.xx.annorum desyderasse, vt quis dare libertatem "
seruo suo posset, deridetq; hanc legis Aeliæ Sentiæ consti- "
tutionem ex eo, quòd cum lege.xij.tab. puberi statim esset "
ius legandi totam familiam qualitercunq; voluisset, inde- "
cens videbatur, vt esset.xx.annus expectandus, vt manu- "
mittere testamento posset vnum ex seruis suis, et interpre- "
tatur Iustinianus ita legem Aeliam sanxisse, q res inæstima- "
bilis libertas esset: q vere, cognosces paulopost. Vt igitur E
absurdum hoc tollat, mediam viam eligit Iustinianus, ac "
xvij. annum expletum desyderat, id autem propterea, quia "
huiusmodi ætati pro alijs postulare concessum fuerit, quasi "
ex hoc perfectum adolescentis iudicium lex existimauerit. "
Sed vide q fallat: In primis, q legis Aeliæ Sentiæ ratio fue "
rit, q inæstimabilis res sit libertas, nec suaderi, nec quidem "
conijci potest, inęstimabilis quidem libertas est, si manumis "
sum spectes, cuius (vt ita dixerim) inæstimabiliter interest "
magis esse liberum q seruum, at lex Aelia Sentia manumis
sorem respicit, & eum qui ex manumissione damnum senti
re ac lædi possit, quem si spectes, non est inæstimabilis res
vnius serui pretium, quod olim taxatum lege fuisse.xx.au- F
reis in legibus obseruatum est, nisi artificio aliquo insignis
haberet, id ex.l. Si mulier.ff. de mino. ex.l. Papinianus la.§.
ff. de inoffic. testa. & alijs q plurimis percipies. Ego semper
existimaui eam fuisse legis Aeliæ Sentiæ rationē, ne.s. ado-
lescētes illecebris, ac seruorū suasionibus inducti familiam
perderent manumittendo, itaq; rei Romanæ, ac agricultu-
ræ presertim, quę per seruos maxime administrabat, dam-
num afferretur, vt mox dicetur, quod etiā ne fieret in testa-
mentis, lege Fusia Caninia, vt statim dicemus, certus erat
modus dominis cōstitutus testamento manumittendi, quo
modo autē medeatur Iustinianus absurdo illi per eum tam

A multis verbis in lege Aelia Sentia consyderato, vt agens statim.xv.annum de omnibus eius seruis in vltima voluntate disponat, at in eodem testamento non possit vni tantũ dare libertatem, sed expectãdus sit autore Iustiniano.xviij. annus, q̃ illo tẽpore postulare pro alijs concessum sit, quasi non imputetur ei, qui adolescentem.xvij.annorum eligit, vt pro se postulet: quare autem Prætor illam ætatem ratus sit aptam ad procedendum in publicũ, paulopost dicemus. Seruanda igitur constitutio Iustiniani est, sed quam rationẽ habeat necessariam dispicies, hoc tantum admonuisse satis sit, viuens.xx.annum expectabit, vt det etiam vindicta libertatem, moriens.xviij.vides quam varie.

B Si is cui totorum bonorum suorum.

Hac dicendi figura vsus est etiam Modestinus in.l.Procurator totorum bonorum.ff.de procura. & vtitur Iustinianus.J.de societa.in prin. & alibi sæpe, nisi verba illa Modestini translata sint. Pleraq; enim Græce scripsit.

Ita & seruos suos in vltima voluntate disponere, quemadmodum voluerit permittimus.

Neq; hæc etiam Latine scripta sunt in hoc significatu, dispositio totorum bonorum, & seruos disponere comparatiue posita sunt.

C Sed cum libertas inæstimabilis res sit.

Verissimum est liberum corpus æstimationem non recipere.l.Ex hac.ff.si quadru.paupe.fecis.dica.l.Liber homo.ff.de verb.obli.l.Procurator.§.fi.ff.rem ra.hab.& hoc modo libertas inæstimabilis res est. Sed quid hoc ad dantem, quem si consyderes (quod abest.f.) pretium serui tantum abesse cognosces? Eam igitur legis Aeliæ Sentiæ rationem existimo, ne adolescentes seruorum illecebris inducti facile ad manumittendum prolaberentur, quod Vlpianum sensisse credẽdum est, dum in.l.Illud.ff.de manu.vindic. inquit. Illud in causis probandis meminisse iudices oportet, vt non

ex luxuria, sed ex affectu descendentes causas approbent. D
Nec enim delitijs, sed iustis affectionibus se dedisse iustam libertatē lege Aelia Sentia credendum est. Vides quis melius rationem legis Aeliæ Sentiæ assequatur Iustinianus.f. an Vlpianus. Vnum admonuisse præterea velim, Accursium lapsum esse in hac ratione interpretanda, nam hac ratione motam fuisse legem Aeliam Sentiam existimat Iustinianus, non vt Accursius refert.

Cum antiquitas huiusmodi ætati & pro alijs postulare concesserit.

Hanc ætatem Prætores moderatam rati sunt ad procedendum in publicum.l.i.§.Pueritiam.ff. de postulan. quod inde ductum existimandum est, q.xvij.anno deposita iam prætexta, vel foro, vel campo, vel vtriq; se dabāt, itaq; post primum exercitationis annum admitterentur ad postulandum. Sumebatur enim statim post.xvi.annum virilis toga, ac primo anno exercitationi tributo, statim.xvij.anno expleto in publicum procedebant, ac pro alijs postulabant, vt Vlpianus explicat in.d.l.i. Id etiā in titu.ff. de iure fis. aduertit doctissimus Budæus. E

De lege Fusia Caninia tollenda. Rubrica. F

„ LEGE FVSIA CANINIA CERTVS MO
„ dus constitutus erat in seruis testamento manumittē
„ dis, quam quasi libertates impedientem, & quodammodo inuidam, tollendam esse censuimus: cum satis
„ fuerat inhumanum, viuos quidem licentiam habere
„ totam suam familiam libertate donare, nisi alia causa
„ impediat libertatem: morientibus autem huiusmodi
„ licentiam adimere.

A Lege Fusia Caninia.


IT A legendum est, non fussia canina, antiquo more, quo Furius Fusius dici solebat, & Valesius Valerius, vt Pomponius scribit in.l.ij.ff.orig.iu.vbi mutationem Appio Claudio tribuit. Furium Caninium autorem legis fuisse voluit Alciatus in.l. Verbis legis.ff.de verb.signi. Ego existimo plebiscitum fuisse, quod ante Augustum ex hac familia neminem inuenerim Consulem, sicut mihi verisimile fit eandem sub Augusti imperio rogatã fuisse ex verbis Tranquilli in Augusto, cum inquit,
» Magni præterea existimans syncerũ atque ab omni colluuione
B peregrini ac seruilis sanguinis incorruptum seruare po-
» pulum, & ciuitatem Romanam parcissimè dedit, & manu
» mittendi modum terminauit.

Certus modus constitutus erat in seruis testamento manumittendis.

Is modus referẽ à Iulio Paulo lib.iiij.sentẽtiarum tit.xiij. ad.l.Fusiam Caniniam, & à Caio lib.i.institutionum. Pauli verba sunt, Lege Fusia Caninia cauetur, vt certus seruorũ numerus testamento manumittatẽ. Subductis igitur à duobus vsque ad decẽ pars dimidia, à decem vsque ad triginta tertia pars, vsque ad centum pars quarta, à centum vsque ad quin
C gentos pars quinta, plures autem quàm centum ex maiori numero seruorum manumitti non licet. Varie tamen Caius, eius verba sunt lib.i.insti.tit.ij.de numero seruorum manu mittendorum testamento: Constitutum est quantum seruorum numerum testamento de quanta familia liceat manumitti hoc ordine: vt siquis duos seruos habet, ambos manu mittere possit: qui verò tres, duos testamẽto manumittat: si quatuor, similiter duos: qui sex, tres: qui octo, quatuor: qui decẽ, quinque: qui vndecim, duodecim, tredecim, quatuor decim, quindecim, decem & sex, decem & septem similiter quinque: qui decẽ & octo, sex: & ab hoc numero vsque ad triginta, tertiam partem manumittere liceat: qui amplius quã

triginta habuerit vsq; ad centum, quartā partem de numero seruorum manumittere licet: qui verò plures q̃ centum habuerit, quintam partem manumittere potest. Sed & hoc statutum est, vt de qualibet grandi familia nulli amplius q̃ centum testamento manumittere liceat. Cætera quæ circa legem Fusiam referenda essent, leguntur apud Caium eodem in loco. Rationem huius legis credo eam fuisse, quam refert Suetonius in Augusto, vt difficilior esset aditus ad libertatem, ne. s. Romana ciuitas seruili sanguine pollueret. Solent & plerunq; homines, postquā amplius non possunt opera seruorū vti, morientes, presertim si neminem ex liberis habituri sint heredem, liberaliores & propēsiores esse in dandis libertatibus, qđ & rei rusticæ detrimentū afferebat. D E

Et quodammodo inuidam.

Videbatur enim inuidia quadam plenum, prohibere seruis, ne ad libertatem peruenirent testamēto, contra legem xij. tab. Vti quis suæ rei legasset, ita ius esto, presertim cum ex Tranquillo constet eam rogatam fuisse ad arcendum seruos à ciuitate Romana.

Totam suam familiam.

Familiam hic appellauit omnes seruos. Vlpianus in l. Pronunciatio. ff. de verb. signi. seruientium quoq; solemus appellare familiam. F

Morientibus autem huiusmodi licentiam adimere.

Non q̃ morientes tantum prohibeantur, & agentes animam, sed sani etiam & optimè valentes, si testentur, vel aliquo alio modo disponant de eorum bonis post mortem.

De ijs qui sui, uel alieni iuris sunt. Rubrica.

» SEQVITVR DE IVRE PERSONARVM
» alia diuisio. Nam quædā personæ sui iuris sunt, quædam

A dam alieno iuri ſubiectę. Rurſus earũ quæ alieno iuri
» ſubiectæ ſunt, aliæ ſunt in poteſtate parentum, alię in
» poteſtate dominorũ. Videamus itaq; de ijs, quę alie-
» no iuri ſubiectæ ſunt. Nam ſi cognouerimus quæ iſtę
» perſonæ ſunt, ſimul intelligemus, quæ ſui iuris ſunt, ac
» prius inſpiciamus de ijs, quæ in poteſtate dominorũ
» ſunt. In poteſtate itaque dominorum ſunt ſerui, quæ
» quidem poteſtas iuris gentium eſt. Nam apud om-
» nes peræq; gentes animaduertere poſſumus, domi-
» nis in ſeruos, vitę, necisq; poteſtatem fuiſſe: & quod-
» cunq; per ſeruum acquiritur, id domino acquiri. Sed
B hoc tẽpore nullis hominibus qui ſub imperio noſtro
» ſunt, licet, ſine cauſa legibus cognita, in ſeruos ſuos ſu-
» pra modum ſęuire. Nam ex cõſtitutiõe diui Pij An-
» tonini, qui ſine cauſa ſeruũ ſuum occiderit: nõ minus
» puniri iubetur, ꝗ ſi alienum ſeruum occiderit.

Sequitur de iure perſonarum alia diuiſio.



RIMA illa diuiſio, ꝙ aut homines liberi erant, aut ſerui, poſita eſt ad declarãdum ſtatum hominis, prout in ſe conſyderatur, hęc autem eandem
C primam etiam cõplectens, conſyderat ſtatum hominis, quantum alios reſpicit, & eos preſertim qui quãdam cum ipſis relationem habent. Quæ enim declarãtur de ſeruis & filijs ſub hac diuiſione, magis dominos ac patresfamilias reſpiciunt, ꝗ ipſos ſeruos aut filios, ſumptaq; eſt diuiſio hæc à Caio ex lib. i. inſtitutionum, cuius verba poſita in. l. i. ff. hoc eod. tit. tranſcripta ſunt à compilatoribus inſtitutionum hic. Aliam igitur hic intelligo magis, vt ſupra dictum eſt, ꝗ vt omnes intellexerunt, ꝙ prima illa iuris gentium eſſet, hæc autem iuris ciuilis, ſaltem approbatione, cum & ea prima iuris ciuilis approbatione etiã ſit, & receptione ac re-

formatione. Quæ enim circa libertinos exposita suprà fuere, ea omnia iuri ciuili accepta ferre debemus, nã quod de patria potestate dicitur, imò quod de vnoquoq; gradu personarum statutum est, id omne diuinæ legi tribuẽdum censeo: Honora patrem & matrem tuam. His enim verbis omnem omnium imperantium & obedientium vim, ac omne ius inductum esse nemo non videt. D

Nam si cognouerimus quæ istæ personæ sunt.

Ecce argumentum ductum ex loco à cõtrarijs, quorum quãtum respicit cognitionem, eadem (vt nostri dicunt) est disciplina, nõ ita simpliciter, quod attinet ad iuris dispositionem. Explicant omnes in rubri. ff. de acqui. vel amitt. poss. E

Quæ quidem potestas iuris gentium est.

Hanc potestatem iuris gẽtium fuisse nemo ambigit, quã primùm recepit Romulus Dionysio autore, mox Decemuiri non in seruos tantum, sed in filios quoq; : ad nos tamen ex lege. xij. tab. peruenit illa tantum, qua vendẽdi filios patri potestas data est. Sed ius fuisse patri vitę, necisq; in filios testatur Paulus in. l. In suis. ff. de lib. & posthu. Nec obstat
» (inquit) q; licet eos exhæredare, quos & occidere licebat.
» Constantinus in. l. vlti. C. de patri. potes. Libertati (inquit)
» à maioribus tantum impensum est, vt patribus, quibus ius
» vitę, necisq; potestas olim erat permissa, eripere libertatem F
non liceret. Vtraq; potestas ad naturalẽ quandam atq; humaniorem autoritatẽ redacta est, vt paulo post videbimus. Durabat autẽ adhuc Ciceronis tempore, vt ex eius oratione pro domo sua apparet. Credo enim (de Clodio loquit̃)
» quanquam in illa adoptione legitimè factum est, nihil tamẽ
» te esse interrogatum, autor ne esses, vt in te. P. Fonteius vi
» tæ, necisq; potestatem haberet.

Dominis in seruos, vitæ, necisq; ptãtem esse.

Fuisse vitæ, necisq; potestatem dominis in seruos, proximè dictum est; id iure gentium fuisse constat recepto à Ro-

A mulo primùm, mox à Decemuiris, moderato tamē postea prudentum interpretatione, ac principum cōstitutionibus. Potestatem esse propriè dixit, nō impropriè, vt Accursius existimat, cum esse & fuisse propriè etiam secūdum Grammaticos præteritum tempus significent.

Et quodcunque per seruum acquiritur, id domino acquiri.

Hoc in seruis Germanorum, quòd propria etiam habere possent, aliter fuisse testatur Tacitus.

B

Sine causa legibus cognita.

Sæuire igitur in seruos, ac pristinam exercere tyrānidem dominis permissum non est sine causa, & sine causa legibus cognita, idest probata. Noluit enim lex causæ iustitiam iudici probandam relinquere, sed ipsamet iustas causas probauit. Eas refert Theophilus hic: si dominus seruum cum eius vxore concumbentem inuenerit: si in dominū manus violētas iniecisset: id quod etiam Accursius hic explicat. Quò spectasse videtur Marcellus in.l. Qui seruum. ff. de verbo.
„ oblig. Qui seruum (inquit) mihi ex stipulatu debebat, si in
„ facinore eum deprehenderit, impune eum occidit, nec vti-
„ lis actio erit in eum constituenda. Et Vlpianus in.l. Quid
C ergo in fi. ff. de lega. primo. Si hæres (inquit) hominem le-
„ gatum occiderit ob facinus, hoc est merentem, sine dubio
„ dicendum erit eum ex testamento non teneri. Ex verbis autem Martiani in.l. Marito. ff. ad legem Iul. de adulter. satis constat nedum marito proprios, sed alienos quoque seruos occidere permissum esse, si in adulterio sint deprehēsi. Hanc tamen potestatem fuisse etiam moderatam, indicant verba Modestini in.l. Circuncidere. ff. ad legem Corne. de
„ sica. Post legem (inquit) Petroniam & senatusconsulta ad
„ eam legē pertinentia, dominis potestas ablata est, ad bestias
„ depugnādas suo arbitrio seruos tradere: oblato tamē iudici
„ seruo, si iusta sit domini querela, sic pœnæ tradetur.

,, §. SED ET MAIOR ASPERITAS DO- D
,, minorum, eiusdem principis cõstitutione coercetur.
,, Nam Antoninus cõsultus à quibusdam Præsidibus
,, prouinciarum de ijs seruis, qui ad ædem sacram, vel
, ad statuas principum confugiunt: præcepit, vt si into
,, lerabilis videatur sæuitia dominorum, cogantur ser-
,, uos suos bonis conditionibus vẽdere: vt pretium do
,, minis daretur & rectè. Expedit enim reipub. ne sua
,, re quis male vtatur. Cuius rescripti, ad Ælium Mar-
,, tianum missi verba sunt hæc: Dominorum quidem
,, potestatem in seruos suos, illibatam esse oportet, nec E
,, cuiquam hominũ ius suum detrahi: sed & domino-
,, rum interest, ne auxilium cõtra sæuitiam, vel famem,
,, vel intolerabilem iniuriam denegetur ijs, qui iustè
,, deprecantur. Ideoq; cognosce de querelis eorum, qui
,, ex familia Iulij Sabini ad sacram statuam confuge-
,, runt: & si, vel durius habitos, quàm æquum est, vel ima-
,, ni iniuria affectos esse cognoueris: venundari iube,
,, ita vt in potestatem domini non reuertantur. Qui Sa
,, binus si meæ constitutioni fraudẽ fecerit, sciat me hoc
,, admissum aduersus se seuerius executurum. F

Sed & maior asperitas dominorum.

Accursius pro positiuo exposuit, ego pleniorem quandã asperitatem designare voluisse existimo, quãdo. s. dominus seuerior est, quàm par sit, quo modo maiorem vim accipit etiã in. l. Si merces. §. Vis maior. ff. loca. quod sequentia verba
,, ostẽdunt, ibi, Si intolerabilis videatur sæuitia dominorum.
,, & ibi, Si durius habiti sint, quàm æquum fuerit: supra modũ sę
,, uire interpretatur Theophilus. M. Varro libro. i. rei rusticæ cap. xx.

A cap.xx. ita dicit mancipijs imperandum, vt verbis potius coerceantur, quàm verberibus.

De ijs seruis, qui ad ædem sacram, vel ad statuam principum confugerunt.

Sunt qui statuas legant, & inducunt verbum principum. Coercita fuit potestas dominorum in seruos ab Antonino, vt hîc constat, & explicat Vlpianus in.l.ij.ff.hoc eod. titu. vbi refert Hadrianum Vmbriciam quandam matronã relegasse in quinquennium, quòd ex leuissimis causis ancillas suas atrocissimè tractasset, itaq; constitutum fuit, vt confugientium ad ædem sacram vel statuam principis ratio habe-
B retur. Qui mos ductus est à Mose primùm, qui post reditũ in tribus ciuitatibus ab eo conditis ędes constituit, ad quas, qui hominem non ex proposito occidissent, confugientes, tuti essent, neq; inde extrahi possent, vt est apud Iosephum lib.iiij. Nepotes etiam Herculis timẽtes, quos auus viuens vexauerat, misericordiæ tẽplum Athenis constituerunt, vt Plutar. in vita Thesei testatur, & Statius lib.ij. Thebaidos.

Fama est defensos acie post busta paterni
Numinis Herculeos sedem fundasse nepotes.
Sic sacrasse loca commune animantibus ægris
Confugium.

Quod & Romulum fecisse Romæ Liuius lib.i. & Dionysius lib.ij. tradiderunt, de quo Virg. lib.vij.

C Hinc lucum ingentem, quem Romulus acer asylum.
Retulit.

Et Ouid. lib.iiij. fasto.

Romulus vt saxo lucum circundedit alto
Quilibet huc inquit confuge tutus eris.

Hinc proculdubio ducta tutela est eorum, qui ad ecclesias confugiunt, de quibus in titul.C.de ijs qui ad eccle. confu. Dictæ enim sunt sacræ illæ ædes, ad quas confugientes tuti erant, asyla. Iulius Pollux lib.j. cap.i. de asylo ita inquit: Sed si aliquid asylum fuerit, latebrã vocabis & refugium, sacros terminos, in quibus, seruis securitas præbet. Interpretaĩ.n. asylum Cicero actio. v. in Verrem, intemeratum: & Vlpianus in.l. Quis sit fugitiuus. §. Apud Labeonem. ff. de Aedi.

" edic. inquit, Nec eum quidem, qui ad statuam Cæsaris con- D
" fugit, fugitiuum arbitror. Non enim fugiendi animo hoc facit. Idem puto & in eo, qui in asylum, vel aliud simile confugit. Ius enim hoc tutelæ ad principum statuas translatum est, vt edictum Ferrariæ adhuc videmus in basi statuę Herculis Atestij primi. Philostratus, Asylos erat (inquit) statua
" Tiberij: vnde asylia ius eiusmodi tutelæ, vt Budæus inter-
" pretatur. Dicebantur & asyli homines tuti à violētia, quos attingere sine periculo non licet, vt fuisse Romę Tribunos plebis testatur Plutarchus in Proble. Honorē (inquit) Tri-
" buni sacrosanctū Romani faciunt, & asylon. Iulius Pollux,
" Asyli (inquit) erāt caduceatores, & licebat eis tutò quò vel-
" lent ire. L. vnica. C. de ijs qui ad sta. cōfug. punit eos, qui ad E
" statuam sine causa, tanquam ad asylum confugiunt. Hæc lex tamen suasu Eutropij Eunuchi, qui Cōsul fuerat, sublata est, vt scribit Otho. croni. lib. iiij. cap. xix. & aduertit Alciatus lib. ij. Parer. cap. xlv. quam iniquo animo tulit Ioan. Chrysosto. ac ad ecclesiam confugientē mox Eutropium increpuit, quasi diuino iudicio factum esset, vt eo auxilio, quod alijs eripuisset, ipse eguerit. Extat adhuc cōstitutio in. l. iij. C. de ijs qui ad eccle. confug.

Si intolerabilis videatur sæuitia dominorum.

Ergo cognitio causæ exigitur, vt. s. iudex boni viri arbitrio existimet genus sęuitiæ, ac culpas seruorum, qui de tota re postea statuat, vt æquitati consentaneum videtur: id cla- F
" rius ex rescripto Antonini, ibi, Et si durius habitos, quàm
" æquum est, & infami iniuria affectos esse cognoueris.

Bonis conditionibus vendere.

Ne forte dominus infensus seruo, graues aliquas cōditiones adijceret in venditione, vt puta, vt aliquo tempore haberetur in vinculis, vel ne manumitti posset, vel quod in aerē insalubrem ablegaretur: Ita interpretatur hic Theophilus. Vtitur his verbis Cicero ad Q. fratrem libr. ij. loquens de venditione Tusculani. Papinia. in. l. Actioni. ff. de Aedi.

A edic. Est enim (bonū) generaliter sumptum, & ab æquo separatum, nomen generale, honesta & vtilia cōplectens, vt explicat Valla. lib. iiij. cap. 100. Hinc bonas conditiones (inquit) pro honestis & vtilibus dicunt Iureconsulti, sicuti Cato libr. i. cap. i. de re rustica, bonum cœlum pro non insalubri, sed fœcundo & commodo accepit.

Ad Ælium Martianum.

Proconsulē Beticæ, Ita. n. legēdum est in. l. ij. §. Si dominus. ff. hoc eod. tit. non Eticæ, vel Euticæ, vt Accur. hic.

B Sed dominorum interest, ne auxilium contra sęuitiam, vel famem, vel intolerabilem iniuriam denegetur.

Interest autē, ne serui durissima seruitute oppressi, & nimia domini atrocitate, desperata salute vel sibi ipsis manus inferant, vel fuga arrepta sui pretiū domino auferant. Exēplum atrocissimum refert Pontanus in eo libro, quē de obedientia inscripsit. Erat Maioricensis ciuis abunde locuples ruri, qui seruum suum grauissimè cæciderat, qui secum iniquius, quàm par erat, actum iudicans, hero longius à villa profecto, clausis foribus, ac vincta matresam. illam, tresq́ filios in editiorem domus partem duxit, expectans domini C reditum, qui reuersus, ac domum sibi clausam indignè ferens, seruo, qui se de culmine ostēdit, minitari cœpit: At (inquit ille) qui nunc domum clausam tam ęgre fers, faciam vt paulopost lucem oderis, & his dictis, duos eius filios è sublimi pręcipites iecit: consternatus pater, orat blādioribus verbis facti veniam, ac libertatem pollicetur, si tertium seruet, at Maurus, nares tibi excidas oportet, si vis tibi tertium seruari, qua tandem conditione accepta, miserrimus pater nasum mutilat, qui vix terrā attigerat, cum tertiū, matremq́ proiecit, & cum eum hominum, deorumq́ fidem implorantem conspexisset, nec locum (inquit) sęuiendi in me etiam relinquam, quo dicto, se de summa tecti parte depulit. In-

tererat ne domini, vt auxilium Antonini non fuisset illi ser- D
uo denegatum, si implorauisset.

Vel infami iniuria affectos.

Infamem dixit, quam prius dixerat intolerabilem .i. atrocem Hora. lib. v. Ode. v. Infames scopulos acroceraunia. Patiuntur aũt iniuriam eõ ꝙ illud, quod contra eos fit, non iure fit. l. i. ff. de iniur. at non habent actionem iniuriarum, si ab alio fiat, quia iuris interpretatione domino fieri cẽsetur, non iure naturali inspecto, vt exponit hic Accursius. Sunt qui infamem iniuriam intelligãt pro turpi illa violatione, de qua in. l. si dominus. ff. eo. facit tex. in. l. i. ibi, si obscœnitatẽ, in quam eos compulerunt. ff. de offi. præfec. vrb. E

Si meæ constitutioni fraudem fecerit.

Non vt Theophilus hic, vendens. s. occultè tamen paciscens, vt in eius potestatem reuerterenť, cum iam superius statutum sit ita vendendos, vt nunq̃ in eiusdem domini potestatem reuertantur. Melius igitur, si submisisset Sabinus, emptorem, qui etiã pecunia Sabini seruum emeret, & eius intuitu postea semper in vinculis haberet. Fraus enim legi fit, cum eius verbis saluis mens eiusdem circunuenit. Ridicula enim sunt exempla Accursij.

De patria potestate. Rubrica. F

„ IN POTESTATE NOSTRA SVNT LI-
„ beri nostri, quos ex iustis nuptijs ꝓcreauimus. Nu-
„ ptiæ autẽ, siue matrimonium, est viri & mulieris con
„ iunctio, indiuiduam consuetudinem vitæ continens.
„ Ius autem potestatis, quod in liberos habemus, pro-
„ prium est ciuium Romanorum. Nulli enim alij sunt
„ homines, qui talem in liberos habeant potestatem,
„ qualem nos habemus. Qui igitur ex te & vxore tua

nascitur,

A nascitur, in tua potestate est. Item qui ex filio tuo &
» vxore eius nascit, idest, nepos tuus, & neptis, æque in
» tua sunt potestate: & pronepos, & proneptis, & de-
» inceps cæteri omnes. Qui autem ex filia tua nascun-
» tur, in potestate tua non sunt, sed patris eorum.

Quos ex iustis nuptijs procreauimus.

SI enim iustæ nuptiæ non essent celebratę, s. secundum ritum Romanum, & inter personas, quę inter se iure Quiritum matrimoniũ contrahere possint, filij nati nõ solum in patris ptãte non erant,
B sed matrem sequebantur: Boetius lib. ij. Topic. Ex impari enim matrimonio suscepti non sequũtur patrem. Iustas ergo nuptias dixit omni legum Romanarum solennitate perfectas. Vt enĩ dicit Boetius loco proxime citato, nisi vterque cõiugum ciuis Romanus esset, vel ius Quiritum impetrasset, non habebant patres filios in potestate, etiam si alter ciuis Romanus esset, quo casu impar matrimonium dicebatur, siue mulier Romana peregrino nupsisset, siue ciuis peregrinæ. Fuit enim ius Quiritum etiam mulieribus quandoque cõcessum, vt Alciatus docuit lib. ij. Dispunc. ca. xxij. At Antoninus oẽs, qui sub imperio Romano erant (ille or
C bem Romanum appellauit) ciues Romanos esse voluit.

Nuptiæ.

Ab obnubẽdo dictas esse dicit Accursius autoritate Isidori. idem Festus docet ex Aelio & Cincio. Solebãt enim olim nubẽtes velari: quod vsque à temporibus ante Mosem ductum esse docet exemplum Rebeccæ se obnubentis, statim ac vidit Isaac, vt habetur Gen. cap. xxiiij. Quo circa iure canonum statutum erat, vt nouę nuptæ velo obtegerentur, vel in testimoniũ subiectionis. c. fœminæ. ij. q. v. in. c. mulier. xxxiij. q. v. quod explicat aperte tex. in. cap. Quæcunque. xxx. dist. dum prohibet ne mulieres comam ampu-

tent, quæ in signum subiectionis eis data est, vel vt Guliel. à monte Laude iocans dicit in clem. Cum ex eo. in ver. cõtinentes. de sen. excõmu. ne desit vnde vir eam trahere & ligare possit. Statutũ præterea est iure canonũ, vt noua nupta & maritus, quadã vitta, seu cingulo eodem copulent. Vitta autem alba purpura permixta sit, vt & munditiam, et sanguinis posteritatem præmonstret, vt testatur Isidorus libro. ij. de offi. cap. xv. vel ꝙ pudor quidam nuptias præire debeat, vt existimauit Ambrosius, vel quòd nõ sint imago Dei, vt sentit Paulus ad Corinth. i. cap. xi. at quãuis hodie velandi mos desierit, nomen tamẽ mansit, vt inquit Alcia. in. l. Tabernæ. ff. de verbo. signi. Matrimonium instituisse Cecropem multi dixerunt, & propterea duplicis naturæ illum appellauit antiquitas. Ante eum enĩ mulieres indiscreto coitu apud Græcos vtebantur, quare pueri vnius tantũ naturæ appellabãtur, cum solam matrem agnoscerent: excogitato autem per Cecropem matrimonio, factum est, vt vtrunqꝫ parentem agnoscerent, & duplicis naturæ cognomen autori acquisiuerint.

Matrimonium.

Ideo matrimonium dictum esse docet Accursius, ꝙ propterea nubat mulier, vt mater fiat, quod & dixit Augustinus lib. xix. cõtra Faustum Manichæum. Sed & vir nubit, vt pater fiat, nec tamen dicitur patrimonium. Grego. ix. in c. Ex literis. de conuer. infide. putat hoc esse datum mulierum laboribus, vt ab ipsis matrimonium appellet. Abbas Panormi. quasi maris munium. i. officium ineptissimè dixit. Au. Gell. lib. xviij. cap. vi. sic inquit: Matronã dictam „ esse propriè, quæ in matrimonium cum viro conuenisset, „ quoad in eo matrimonio maneret: etiam si nondum liberi „ nati forent: dictamqꝫ esse ita à matris nomine, non adepto „ iam, sed cum spe & omine mox adipiscendo: vnde ipsum „ quoqꝫ matrimonium dicit. Idem & in nuptijs euenisse ver„ ba Iustiniani paulopost indicãt: Nam dum de filia furiosi loquit, verbo nubere vtitur, dum de filio, verbo ducere. Ea-

A dem differentia dignosci potest ex.l.ij.§.i.ff.de in ius vocan. quamuis & ducere fœminarum etiam aliquando sit.l. Si ignorans.C.solu.matri. & nubere de viris, vt Iuuenalis, Quid quæris, nubis amicus.

Est viri & mulieris coniunctio indiuiduam vitæ consuetudinem continens.

" Modestinus aliter in.l.i.ff.de ritu nuptia. Nuptiæ sunt cō
" iunctio maris & fœminæ consortium omnis vitæ, diuini &
" humani iuris communicatio: pro iure diuino intelligens cōmunicationem sacrorum. Cum enim vxor in familiam vi-
B ri transiret, eadem sacra seruare tenebatur. Quælibet enim "
familia proprijs sacris vtebatur, ac domesticis sacrificiorum "
ritibus. Ritus familiæ, patrięq; seruanto, dicebat lex.xij.tabul. ita ergo intelligas, non vt inepte Accursius hic de coniunctione in eadē secta, quasi Modestinus religionem Christianam seruauerit. Plutar. in eo libello, quem Pręcepta cō- "
" nubialia inscripsit in.xix.præcepto ita inquit. Vxorem ami
" cos proprios habere non oportet, sed vti cōmunibus cum
" viro. Cum verò sit primus & maximus Deus, quē vir cen-
" set esse colendum, solum eum cognoscere vxorem decet:
" curiosasq; religiones,, & peregrinę superstitiones à vestibu
" lo domus arcendæ sunt. Nulli enim Deo sacra occulta gra
C ta sunt, à muliere si fiant. Dixit autē indiuiduam hic Imperator ea ratione, qua idem Plutarch. in eo libello, in.xxxv. pcepto inquit, Corpora Philosophos dicere alia ex discre- "
tis, vt exercitum: alia ex coniunctis, vt nauim: alia vnita ac "
congenita, vti singula animalia, cōstare: ita matrimonium, quod ex amātibus constat, vnitum ac congenitum est: qđ verò liberorum procreandorum gratia ac dotis, ex coniunctis: concumbendi causa coniugium, ex discretis. Hinc Imperator virum & vxorem socios diuinę & humanę domus dixit in.l. Aduersus.C.de crimi.expi.hęre. Indiuiduam etiā vitæ consuetudinem dixisse facile potuit propter perpetuū illum amorem, quem inter nuptijs coniunctos esse volue-


runt prisci illi matrimonij autores, qui eà de causa instituerunt, vt cum Iunoni nuptiali rem diuinam facerent, è victima fel exemptum post aram abijcerent, quasi hoc significare voluerint, à coniugali amore omnem prorsus amaritudinem ablegandam esse. Sicut enim matrimonium non coitus, sed cōsensus & affectio facit. l. nuptias. ff. de diuer. reg. iur. pari ratione retinetur. D

Proprium est ciuium Romanorum.

Hæc. s. potestas, qualem habent ciues Romani, ciuium Romanorum propria est: Nam simpliciter accipiēdo potestatem patris in filios, ea erat etiā apud alios. Cæsar lib. vij.
„ loquēs de Gallis, Viri (inquit) in vxores, sicuti in liberos, E
„ vitæ, necisq; potestatem habent. Et quāuis Vlpianus in. l. Patre furioso. ff. de ijs qui sunt sui vel alie. iur. moribus eam fuisse receptam dicat, tamen cōstat lege Romuli tributam
„ fuisse. Filius (dictabat lex) quādiu vixerit in potestate pa-
„ tris maneto, autor est Plutar. Dionysius quoq; lib. ij. vbi leges Curiatas Romuli refert, hāc quoq; sanxisse testatur, vt patribus in filios vitę, necisq; potestas esset, possentq; filij à patribus vendi, qui si manumitterentur ab emptoribus, in patris potestatem redibāt, nisi tertia manumissione secuta, de quo dictum fuit abundè superius in titulo proximo. Extatq; exemplum Cassij, qui filium domi necari iussit, quod Tribunus plebis primus legem agrariam tulerat, cuius meminit Liuius lib. ij. & Vale. maxi. lib. v. & Vlpianus in. l. Inau- F
„ ditum. ff. ad leg. Cornel. de sica. Inauditum (inquit) filium
„ pater occidere nō potest, sed accusare eum debet. Est ergo ius hoc proprium ciuium Romanorum, vt nulli alij præter ciues Romanos habeāt talem potestatem, qualem nos habemus: audis talem qualem? habent igitur alij, sed nō eiusmodi. Infert enim statim, quod non solum ciues Romani filios in potestate habent, sed nepotes, pronepotes, & deinceps, quod de alijs non legit, & Romæ patria potestas in multis iuris ciuilis partibus, presertim in hæreditatibus, plurimos effectus parit, tam quò ad patrē propter ius suorum hæredū, quam

A quò ad filios, quos parere apud alios legimus nunq̃, ideo habuere q̃dẽ in aliis locis parentes ius vitę, necisq; in filios, non tamen habuerunt cum illis iuris effectibus, prout ciues Romani habuerunt: Hanc ergo latius patentem ciues Romani veluti propriam sibi vẽdicarunt. l. iii. ff. de iis qui sunt sui vel alie. iur. nisi enim ita intelligas iam ex Cæsare, ac pluribus aliis contrarium eius, quod hic dicitur, deprehendes.

De nuptiis. Rubrica.



SVNT qui legant de iustis nuptiis, quod non improbo. Celebrabantur autem olim tribus modis apud Romanos, vsu, cõfarreatione, et coemptione, vt declarat Boetius in Top. Vsu, quãdo nul- B lis interuenientibus ceremoniis quis cum muliere libera domi viuebat: cuius rei mentio est apud Probum Imperatorẽ in. l. Si vicinis. C. de nupt. Si vicinis (inquit) vel aliis scientibus vxorem procreandorum liberorum causa domi habuisti, & ex eo matrimonio filia suscepta est, quamuis neq; nuptiales tabulæ, neq; ad natam filiam pertinentes factæ sint, nõ ideo minus veritas matrimonii, aut susceptæ filiæ suam habet potestatem. Id clarius expressit Modestinus in. l. In liberę. ff. de ritu nupt. In liberę mulieris consuetudine (inq̃t) non concubinatus, sed nuptiæ intelligendæ sunt. Hic mo-

C dus iure canonum abrogatus est. Confarreatione, libo farreo adhibito, quod Pontificum tantum erat. Coemptione, cum quibusdam solennibus præmissis vir interrogabat mulierem, vellet ne sibi materfamilias esse, quæ respondebat velle, rursusq; ea virum interrogabat, an sibi paterfamilias esse vellet, qui cum respõdisset velle, mulier in manum viri conueniebat: Hæ nuptiæ coemptionẽ fieri dicebantur, et hæc materfamilias dicebatur, vt Au. Gellius lib. xviii. ca. vi. in fine testatus est. Solennia autem quæ fuissent, docet Nonius ex Varrone: Nubentes vsu Romano asses tres, ad virum dum venirent ferre solebant, vnum manu gestatum emendi causa marito dabant, alium, quẽ in pede gerebant,

in focolarium familiarium ponebant, tertium in sacciperone, quæ maior quædam crumena erat, in compito vicinali certo tempore resignare solebant. De hoc more & coemptione, plurima refert Andreas Tiraquellus vir infinitę propemodum lectionis in suis legibus connubialibus, lege. iiij. D

" Matrem autē familiâs (inquit Au. Gellius) appellatam esse
" eam solā, quæ esset in mariti manu mancipioq; : aut in eius,
" in cuius maritus manu mancipioq; esset: quoniā non in ma
" trimonium tantum, sed in familiā quoq; mariti, & in sui hę
" redis locum venisset. Ad hoc matrimonium coemptione contractum spectauit Virg. cum inquit lib. i. Georgi. Teq; sibi generum Thetis emat omnibus vndis. & Gregorius Nazanzenus Grecè tamen, Venalis est vxori maritus. Me E
" minit Cicero pro Flacco, dum inquit, O, peritum iuris ho
" minem, quid? ab ingenuis mulieribus hęreditates lege non
" veniunt? In manum (inquit) conuenerat, nunc audio, sed
" quæro vtrum vsu, an coemptione? Vsu non potuit: Nihil
" enim potest de tutela legitima sine omnium tutorum auto
" ritate diminui: Coemptione, omnibus ergo autoribus. Idē
" Cicero in Topic. Si ita Fabiæ pecunia legata est à viro, si ei
" viro materfamiliâs esset, si ea in manum non conuenerat,
" nihil debet, genus est enim vxor, eius duæ formæ, vna ma
" trumfamiliâs: hæ sunt quæ in manum viri conuenerunt: al
" tera earum, quæ vxores tātum habentur, qua in parte cum
" fuerit Fabia, legatum ei nō videtur. Tres has diuersas vxo F
rum species declarat Boetius ibi: Quę enim viri in manum cōuenerat, statim propria vi naturæ omnia eius bona dotis nomine transferebat, vt docet Cicero in Topicis loco ab effectis rebus, vbi Boetius. Aliter tamen apud nostros materfamiliâs accipit, vt docet Vlpianus in. l. Pronunciatio. ff. de verb. sign. in. l. Deinde in fi. ff. de exhi. libe. Noluit enim Vlpianus nuptias, aut natales matremfam. facere, sed mores. Vnum tamen animaduertendum est: Conuenire in manum, non in matrimonium legendum vbiq; esse, & ita corrigendam esse. l. Vxorem. ff. de ritu nupt. & . l. Ex parte. §. Mulier. ff. de verb. obli. vbi Accursius male interpretatur.

A Varium autem contrahendi matrimonij morem apud priscos fuisse facile constat, cum apud Assyrios virgines iam maturæ viro in publicum, pductę singulis annis ijs venales proponerent, qui vxores ducere vellent: Vendebātur autē primò formosissimæ quæq; : quibus minus spectata forma erat, & quas sibi nemo empturus esset, ea pecunia, quæ pulchrioribus tradita fuerat, in publicum redacta connubio locabantur. Hunc autem morem in Venetis Illirico finitimis olim fuisse tradit Herodotus. Tartari, mulierem, quam sibi coniungunt, pro vxore non habent, nec dotem accipiunt, donec pepererit, vnde & sterilem repudiant, & aliam super inducunt. Apud Lacedæmones nubebant virgines raptu

B maturæ viro, paranimpha in cubiculum abducta capillos ad cutem resecabat, sponsus inde ad eam ingressus cingulū soluebat, noctu tantum cum ea congrediebatur, nec prius spōsam inspiciebat interdiu, quàm ex illa factus esset pater. Eousq; autem est apud eos matrimonij dignitas, vt viri, heras vxores appellarent, ac qui celebs vixisset, gymnicis spectaculis arcebatur, nudusq; hyeme forum circumibat, ne, vt cęteri senes, in honore apud iuuenes esset. Apud Cretenses inter æquales coniugia celebrabantur, ex omniq; iuuenum cœtu virginibus sibi spōsos optare ius erat. Thraces, vxores magno ære à parētibus emunt fronte notis quibusdam signatas: generosum id iudicāt, ignobile sine his esse:

C Nupturæ, quę pulchriores sunt, taxationem impetrant, nec minori postea nubunt: deformes, dotibus viros emunt. So lon iubebat sponsam non prius cum sponso cōiungi, quàm malum cotoneum delibasset, innuens primam gratiā, quæ ab ore voceq; progrederetur. In Bœotia spōsam obtectam asparagine coronant: nam vt ea suauem ex asperrima spina fructum fundit, sic noua nupta primam asperitatem difficultatemq; suam, non defugienti nec indignanti marito vrbanam iucundamq; vitæ societatē præstabit, vt est autor Plutar. in eo libello, cui titulus est Præcepta connubialia.

„ IVSTAS AVTEM NVPTIAS INTER D
„ se ciues Romani cõtrahunt, qui secundum præcepta
„ legum coeunt: masculi quidem puberes, fœminæ au-
„ tem viripotentes: siue patresfamilias sint, siue filijfa-
„ milias: dum tamen si filijfamilias sint, consensum ha-
„ beant parẽtum, quorum in potestate sunt. Nam hoc
„ fieri debere, & ciuilis & naturalis ratio suadet, intan-
„ tum, vt iussus parentis pręcedere debeat. Vnde quæ-
„ situm est, an furiosi filia nubere, aut furiosi filius vxo-
„ rem ducere possit: cumq; super filio variabatur, no-
„ stra processit decisio, qua permissum est ad exemplũ E
„ filiæ furiosi; filium quoq; furiosi posse, & sine patris
„ interuentu matrimonium sibi copulare, secũdum da-
„ tum ex nostra constitutione modum. Ergo non om-
„ nes nobis vxores ducere licet: Nam à quarũdam nu
„ ptijs abstinendum est. Inter eas enim personas, quæ
„ parentum liberorum'ue locum inter se obtinent, con
„ trahi nuptiæ non possunt: veluti inter patrem & fi-
„ liam: vel auum & neptem: vel matrem & filium: vel
„ auiam & nepotem: & vsq; in infinitũ. Et si tales per-
„ sone inter se coierint, nefarias atq; incestas nuptias cõ F
„ traxisse dicuntur. Et hæc adeo vera sunt, vt quam-
„ uis per adoptionem parentum liberorum'ue loco si-
„ bi esse cœperint, non possint inter se matrimonio iun
„ gi: in tantum, vt etiam dissoluta adoptione, idem iu-
„ ris maneat. Itaq; eam, quę tibi per adoptionem filia,
„ vel neptis esse cœperit, non poteris vxorem ducere,
„ quamuis eam emancipaueris.

A Iustas autem nuptias.

Iustas dixit omni legum solennitate seruata contractas, quas alibi legitimas appellat in.l. Cum legitimæ.ff.de statu homi. sicuti iustam vxorem dixit Vlpianus in.l. Si vxor.ff. de adulte. Cice. libro.i. Tuscula. Metellus (inquit) ille honoratus quatuor filijs, ac quinquaginta Priamus, e quibus xvij. iusta vxore nati. Et Liui. lib. ix. belli Macedoni. Nam & si minor ætate, quàm Perseus esset, hunc tamen iusta matresam. illum pellice ortum esse.

Inter se ciues Romani.

B Contrahunt alij iustas nuptias inter se, cum mas & fœmina coniungitur, vt indiuidua inter eos sit vitæ coniunctio, vt supra dictum est, sed quãtum ad leges Romanas attinet presertim ad patriam potestatem, vt in superiori titulo dictum est, cum ea tantum ciuium Romanorum sit: necessarium est, vt vel nuptias ciues Romani contrahant, vel qui ius Quiritum impetrauerint.

Qui s̃m præcepta legum contrahunt.

Rectius, Qui contra præcepta legum non coeunt: Non enim præcipiunt leges, quænam ducendæ sint, sed à quarũ nuptijs abstinendum, vt in. §. Si aduersus.j̃. hoc titulo.

C Masculi quidem puberes, fœminæ autem viripotentes.

Cur in masculo præfinita ætas, in fœminis lex ad viripotentiã se retulit, cum vna aliam præueniat? quod Azo sensit, & iure canonum hodie statutum est. c. Puberes. c. De illis. de despons. impub. Ego in vtroq; taxatum pubertatis tempus existimo, id apertè sentit hic Theophilus, & Pomponius in.l. minorẽ.ff. de ritu nup. quo in loco si minor. xij. annis contraxerit nuptias, tunc legitimè contraxisse intelligitur, cum apud virum. xij. annum impleuit. Quare autem fœminæ celerius, q̃ mares nubant, planum est, q prius ge-

nerationi aptæ sint, vt Macrobius lib. vij. cap. vij. Saturna. D
sensit, quasi debilioris cuiusdam naturę, quamuis alibi lib. i.
de somnio Scipionis. c. vi. dicat, mulieres propter votorũ
festinationem maturius biennio legibus liberari, sicut apud
Romanos fœminis octauo, masculis nono die noĩa impo-
nebantur, vt scribit Plutar. in Problema. rationem ibidem
eius facti perquirens. Sed cur in sponsalibus contrahendis
septennium pariter in masculo & fœmina legitimum tẽpus
cõstituit, in nuptijs mulier virum præuenit? In sponsalibus
consensus tantum sufficit, qui par est in vtroq; in matrimo
nio, & si consensu fiat. l. nuptias. ff. de diuer. reg. iur. cum ta
mẽ destinetur in copulam, cui prius natura apta est mulier,
quàm vir, meritò differunt. E

Dum tamen, si filijfam. sint, consen-
sum habeant parentum.

Hoc etiam statuerat Moses, vt in Exodo, & Deutero. in
Isaac, Iacob, & Sansone seruatum legimus. At Teren.
» Adeo'ne impotenti animo esse, vt præter ciuium morem
» atq; legem, & sui voluntatẽ patris, tamen hanc habere stu-
» deat cũ summo probro? Idem Paulus in. l. ij. ff. de ritu nupt.
in. l. Paulus. ff. de statu homi. in. l. Si vt proponis la. ij. C. de
nupt. Adeo, vt vxorem infamem præter patris voluntatẽ
ducens exhæredari possit. l. ij. §. Si emãcipatus. ff. de bono.
poss. contra tab. At ius canonum hoc sustulit, nescio quàm F
rectè. c. Sufficiat. xxij. q. ij. id Ioan. Riuius abũde explicat,
nec negant Cano. id decenter fieri à filia vel filio. c. i. de de-
spõ. impub. nec honestè aliter fiat, quod asserit Panor. in. c.
Magnę. in. iij. no. de voto. Ego semper deceptos fuisse Ca
no. putaui. cum videam tex. in. c. Tuę, de sponsa. ita loquit:
Matrimonium in veritate cõtrahitur per legitimum viri &
mulieris consensum. Q; autem non sit legitimus cõsensus,
nisi etiam paternus interueniat, probat text. in. c. non om-
nis. §. vlti. xxxij. q. ij. Nec aduersanẽ Christi verba. Matth.
xix. Quod Deus coniunxit, homo non separet. Non enim
coniungit Deus, quos libido, lænones, & effrenatus appe-

A titus, iprudensq; & iuuenilis affectus copulat. Eos.n.puta uerim Deũ iungere, qui rite & honestè, vt decet, cõtrahũt.

Nam hoc fieri debere, & ciuilis, & naturalis ratio suadet.

Naturalis, quę ius gentium inditum dicitur, cum peræq; naturali ratione apud omnes seruetur, vt filij obedientiam ac reuerentiam parentibus exhibeant.l.ij.ff.de iusti.& iur. Aequum enim est, & naturali rationi summopere consonum, vt qui ad illam vsq; ætatem filios educarunt, hoc honoris habeant, vt.s.eorum matrimonio cõsentiant. Suadet
B & ciuilis ratio, qua omnis filij consensus in sacris adhuc parentum manentis à patre pendet: Debent enim filij patris potestatẽ, quæ ciuium Romanorum est, cognoscere, ideo aduersantibus ciuili ac naturali ratione, nuptię aliter contra
„ ctæ non valent, Paulus in.d.l.ij.de ritu nupt. Hoc optimè
„ sanxit lex, ne filius parentis potestate compelli posset vxo-
„ rem ducere.l.Nec filium.C.de nup. Parentes si consensum
„ filijs negauerint, constitutione Veri & Antonini per Pręsi-
„ des aut Prætores coguntur.l.Qui liberos.ff.de ritu nupt.

Cumq; super filio variabatur.

Sed cur promptior fuit lex in prouidendo, vt furiosi filia contrahere posset (in ea enim statuerat certum modum) de
C filio autem furiosi aliquid disponere prætermiserat? Vel q̀ pudicitiæ fœminarum magis prospiciendum esse existimaret, ac si inesset plus periculi ob naturæ stimulos, ac sexus imbecillitatem: Vel quòd filios in potestatem mariti redigebat, non patris, itaq; nec ei inuito familiæ onus augebat: Filius enim in potestate filios generãdo, nepotes inuito patri successores faceret se mortuo. Sed verior est ea ratio, q̀ lex magis prospexit fœminis, quarũ impudicitia magis sit turpis: Qua ratione etiam statuit in neptis matrimonio solius aui consensum sufficere, in nepotis verò patris & aui cõsensum exigi.l.oratione.ff.de ritu nupt. quo in loco hanc rationem consyderat Accursius, & Alciatus lib.j.de verbo.

ſigni. Eademq́ ratione lex in filiabus eius, qui prouinciam D
administrat, prohibitionem nuptiarum relaxauit. l. Siquis officium. in fi. ff. de ritu nupt. quam in filijs ſtatuerat. l. Qui in prouincia. ff. eo. tit. idem & de filiabus tutoris vel curatoris. l. Libertum la. ij. in fi. ff. de ritu nupti. l. Curatorem. C. de interdic. matri.

Ad exemplum furioſi.

Cum enim calamitas & furor patris filios à poteſtate nõ liberet, ideoq́ conſenſus patris in cõtrahendis nuptijs exigatur, is autem nullus eſſe poſſit. §. Item furioſi. j. qui teſta. face. poſſ. non expreſſus, quia mente caret: nõ tacitus, cum is tantum tacendo conſentiat, qui contradicere poſſet: nuptiæ impediebantur. Conſtitutione igitur diui Marci, filiæ E ꝑmiſſum erat cum conſenſu patris, ſi auus fureret: cum aui, ſi pater. l. Si nepos. ff. de ritu nupti. Hoc ad maſculos certa lege Iuſtinianus extendit.

Matrimonium ſibi copulare.

Barbarè, vt pleraq́ alia, matrimonium ſibi copulare: melius hic Theophilus. Non enim copulat ſibi quis matrimonium, ſed vxorem aut virum.

Secundum datum ex noſtra conſtitutione modum.

F

Conſtitutio autem ea eſt in. l. Si furioſi. C. de nupt. curatore patris interueniẽte, & dote pro modo patrimonij conſtituta, adhibitis etiam familiæ principibus.

Ergo non omnes nobis vxores ducere licet.

In contrahendis nuptijs tot penè, quãtum attinet ad prohibitionem, iura emanarũt, quot fuere diuerſarum prouinciarum inſtituta: Tandem Chriſtiana reſpublica prohibitionis gradum ad quartum iure Canonico dinumerandũ extendit, nulla tamen gens tam fera fuit, quæ inter aſcendentes &

A tes & descendentes, ac inter fratres & sorores, nuptias non abhorruerit, vt Turcæ etiam (demptis tamen matribus & sororibus) quascũq; volunt, nulla sanguinis habita ratione ducant. Tartari quoq;, qui omnium hominum incontinentissimi habentur, quibusq; numerus vxorum præscriptus nõ est, nullusq; cõsanguinitatis aut affinitatis gradus ad matrimonium contrahendum obstat, matrem, filiam, & sororem excipiunt. Refert & Xenophon lib. iij. rerum memorabilium Socratem afferentem legem hanc à Dijs datam, atq; inditam fuisse, neq; parẽtes filijs misceri, neq; filios parentibus. Coitum aũt hunc iure naturæ prohibitum fuisse,
B iam inde percipere possumus, quod refertur Geñ. cap. xix. & habetur in. c. Inebriauerunt. xv. q. ij. de Loth & eius filiabus, quam legem comprobat Plato lib. v. de republi. Hinc Ouid. in epist. Pari. ad Helenam, O' Ioue digna viro, ni Ioue nata fores. Soli Arabes olim pecudum ritu etiam cum matribus & sororibus coibant. Quinimò Strabone autore lib. xvi. non solum cum matre coire impium non censent, sed coitum cum alia, quæ non eiusdẽ sanguinis sit, puniunt, non secus atq; adulterium. Idem cum matribus peculiari quodam instituto fecisse Persas traditum est à Strabone libro. xv. in fi. à Q. Curtio lib. vij. à Tertulliano in apolegetico. c. ix. ad quod alludit Catullus in Gellium.

Nascatur magus ex Gelli matrisq; nefando
C Coniugio, & discat Persicum aruspicium
Nam magus ex matre & nato gignatur oportet,
Si vera est Persarum impia relligio.

Id q̃ contra naturam sit, docet Arist. lib. ix. animal. c. xlvij. & Aelianus historiæ animalium lib. v. qui dicunt hoc & camelos vitare, vsq; adeo vt opertæ matri camelus admissus cum hoc cognouisset, morsu custodem interemerit. Et refert Aristo. Scytharum regem equæ filium admisisse, q̃ ea generosos equos edere consueuerit, quod cum filius agnouisset, se præcipitem dedisse: quod & retulit. Plin. libr. viij. cap. xlij. subdens: Namq; & cognationum intellectus in ijs est. Exemplum simile refert Varro lib. rei rusti. ij. ca. xiiij.

Vsq; in infinitum. D

Id aperte explicat Caius in.l.Nuptiæ consistere.ff.de ritu nupt.in fi.quod latius etiam patet, quia & siquis non cõiungatur per iustas nuptias, sufficit inter descendentes & ascendentes esse, etiam natura.l.Nihil.ff.de ritu nupt. Naturalis enim ratio honestatis hoc induxit, ne deceat coniungi, & copulari eam, quam vt matrem, vel auiam venerari oportet, & econtrario.

Nefarias atq; incestas nuptias contraxisse dicuntur,

Nefariæ nuptiæ illæ propriè dicuntur, quæ inter ascendentes & descẽdentes contractę sunt. Caius in.l.Quinetiã. E
» ff.de ritu nupt. Quinetiam (inquit) nefas existimatur vxo-
» rem ducere, quę per adoptionem filia, vel neptis esse cœperit. Incestæ verò, quæ inter collaterales in vetitis gradibus cõtrahuntur, quamuis horum verborum promiscuus vsus sit apud nostros, vt ex hoc etiã loco apparere potest. Dictæ autem sunt nefariæ autore Varrone libro.j.de vita popu. Roma.vt eum refert Nonius, eò q; farre.i.vita ĩdigni sint; qui tantum scelus admittunt: Hinc Virgi.lib.vi.
Qui thalamos natę ĩuadit, vetitosq; hymenęos. Et postea.
Ausi omnes immane nefas, ausoq; potiti.
Hoc olim prohibitum tantum erat vsq; ad neptes, vt Plutar.docet in Problematis Romano.c.vi. Incestę verò quasi quæ à cesto cingulo illo Veneris, quo in nuptijs honestis vtebantur, abhorreant, &, vt dixi, propriè verbum hoc ad prohibitas nuptias inter eos, qui ex transuerso gradu cõiun- F
» guntur, refertur. Sueto.in Caligu. Super sororis incesta di-
» xit, & in Nerone, Maiestatis quoq; & adulteriorũ incestiq;
» cum sorore Lepida sub excessu Tiberij mutatione tempo-
» rum euasit. Incesta etiam in Domitia. appellauit Vestalium stupra, quamuis, vt dixi, proprius eius sensus is sit, vt prohibitam sororum, & aliorum collateralium commistionem significet.

A Vt etiam diſſoluta adoptione idem iuris maneat.

Priſtinum enim patris nomen pudori eſſe oportet, cum in nuptijs id preſertim inſpiciamus, quod honeſtum eſt.l. Semper.ff.de ritu nuptia.

» §. INTER EAS QVOQVE PERSONAS, » quæ ex tranſuerſo gradu cognationis iunguntur, eſt » quædam ſimilis obſeruatio, ſed nõ tanta. Sanè enim » inter fratrem ſororemq; nuptiæ prohibitæ ſunt, ſiue B ab eodẽ patre, eademq; matre nati fuerint, ſiue ex al» tero eorum: Sed ſi qua per adoptionẽ ſoror tibi eſſe » cœperit, quãdiu quidem conſtat adoptio, ſanè inter » te, & eam nuptię conſiſtere non poſſunt. quum verò » per emancipationem adoptio ſit diſſoluta, poteris eã » vxorẽ ducere. Sed & ſi tu emãcipatus fueris, nihil eſt » impedimento nuptijs. Et ideo conſtat, ſi quis generũ » adoptare velit, debere eum antea filiam ſuam emanci» pare: & ſi quis velit nurum adoptare, debere eum an» tea filium ſuum emãcipare. Fratris verò vel ſororis C filiam vxorem ducere nõ licet, ſed nec neptem fratris » vel ſororis quis ducere poteſt, quãuis quarto gradu » ſint. Cuius enim filiam vxorem ducere non licet, neq; » eius neptem permittitur. Eius verò mulieris, quam » pater tuus adoptauit, filiam nõ videris impediri vxo» rem ducere: quia neq; naturali, neq; ciuili iure tibi cõ» iungitur. Duorum autem fratrum vel ſororum libe» ri, vel fratris & ſororis, coniungi poſſunt. Item ami» tam, licet adoptiuam, ducere vxorem non licet: item » nec materteram, quia parentum loco habentur. Qua

ratione verum est, magnã quoq; amitam, & materte D ram magnam prohiberi vxorem ducere.

Sane inter fratrem & sororem nuptiæ prohibitæ sunt.

Hanc prohibitionem à Græcis accepisse Romanos constat ex Herodiano lib. i. dum refert Ptolomæum eò turpitudinis prolapsum esse, vt contra Macedonũ, atq; adeo Græcorum omnium leges, etiam sororijs amoribus implicaret: quod Aegyptios quoq; lata lege fecisse cõtra communem omnium morem testatur Diodorus lib. i. secutos exemplũ Isidis, quæ fratri Osiridi nupsit. Ptolomæũ vero Arsinoem E sororem duxisse nulli esse potest ambiguum ex Iustino & Pausania. Refert præterea Plutar. in libro de educatione liberorum, Sotadem in vincula coniectum fuisse, quòd dixisset eidem, In foramen minime sanctum, aculeum trudis. Sed hoc apud plurimos mortalium licuisse satis cõstare potest exemplo Iouis & Iunonis, quo exemplo facetè vsus est » Cicero in oratione pro domo sua, dum inquit, Sed vide, ne » tu te debeas Iouem dicere, quòd tu iure eandem sororem » & vxorem appellare possis. Sed ne diutius te morer, si omnes uidere cupis, id facile fiet legendo ea, quę copiosissimus & eruditissimus Tiraquellus in suis connubialibus legibus scripsit, lege. 7. quo in loco docet etiam apud Athenienses F hoc licuisse. Plutarchus in problematis c. 116. quęrit, qua nã ratione factum sit, ut mulieres coniunctis & agnatis nõ nubant, eamq; potissimum rationem affert, quòd imbecillitas earum in causa est, q multorum ope & auxilio egeãt, & ob eam causam, si à viris suis iniuriam paterẽtur, factum est, vt seruati sint eius coniuncti, ad quorũ opẽ confugere possint.

Cum verò per emancipationem adoptio sit dissoluta, poteris eam vxorem ducere.

Adoptio iuris ciuilis uinculum est, quæ nõ sanguinis, sed agnationis vinculum affert, nimirum si emãcipatione contrario

A trario scilicet iuris inuento, abrumpitur, cum nihil tam naturale sit, quàm vnumquodq; eo vinculo dissolui, quo colligatum est. l. Nihil tã naturale. ff. de reg. iur. Diuersum autem est in patre & filia, vt in pcedentibus visum est: Quamuis enim adoptiuus pater filiã emancipauerit, atq; ita prorsus sublata sit adoptio, remanet tamẽ ea ratione prohibitio, vt dixi, quia paternum illud nomen pudori esse oportet. Impedit enim ratio cuiusdam ciuilis, ac publicæ honestatis, ne quis vxorem habeat, quam proximè filiam habuerat, remanentibus quibusdam reliquijs patriæ potestatis. l. Vnius . §. Seruus in eius caput. ff. de quæstio. Neq; enim (inquit
» Iustinianus in. l. si quis alumnã. C. de nup.) homo sic impius
» inuenietur, vt quam ab initio loco filię habuit, eam postea
B in suo collocet matrimonio.

Siquis generum adoptare velit, debere eum antea filiam suam emancipare.

Huius consilij ea ratio est, quia filius adoptiuus fit agnatus patri adoptanti, & omnibus ijs, qui in eius familia sunt, cæteris nõ fit. Huius autem ea ratio est, quia cum adoptio actus legitimus sit. §. sed hodie. ĩ. de adoptio. adoptato legitimos tantum coniungere potest, quales sunt agnati, nõ naturales, quales cognati sunt, & ideo dictũ est adoptiuum prioris familiæ cognatos retinere, non agnatos: Nomen. n.
C agnationis facile perditur, & alio legitimo vinculo, & iure adoptionis dissoluitꝰ. Sed nouæ familiæ his cognatum duntaxat fieri, quibus agnascitur. d. l. qui in adoptionem. & ideo etiã antiquæ familiæ affinitates retinet, ideo fit agnatus sorori suæ filiæ scilicet adoptantis, quia ea in ipsius familia est, secus vxori aut matri adoptãtis, & quibus non fit agnatus, eis nec cognatus fieri potest. l. Qui in adoptionẽ. ff. de adoptio. Hinc est, quòd si quis sibi generum adoptare voluerit, necesse est ei prius filiã emancipare, quia ea emancipatione desinit esse agnata, & cum non sit agnata patri, non potest etiam effici agnata filio adoptiuo, cum ijs qui patris agnati non sunt, agnatus fieri adoptiuus non possit, vt dictum est.

Cuius enim filiam vxorem ducere non licet, neq; eius neptem permittitur. D

Accursius hāc regulam ad hunc tantum gradum restringit, quem secuti sunt cęteri: Quòd si verba hęc intelligēda sunt, cuius scilicet fratris aut sororis filiam &c. iam non regula est, quæ vnum dumtaxat casum decidat, nec rationē afferret, quare neptem fratris ducere prohibeamur, cum tamen pro ratione posita fuisse verba hæc, liquidò constet, id etiam suadente dictione (enim) & astipulante Theophilo hic, cum hoc pro generali regula tenendum esse affirmet: Quòd si extra hunc casum ac gradum extēdas, iam falsam reperies: nam prohibeor vxorem ducere amitam, & sic filiam aui mei, nec tamen valebit argumentū: Filiam aui mei vxorem ducere non possum, ergo nec eius neptem, quādo neptem eius, quæ mihi consobrina est, ducere possum. §. Duorum. J. eo. tit. Imperator in versi. Sed nec neptem, docet nos responsionem, cum iam expresse decisus sit ille casus, qui obijcitur in. §. seq. non potest comprehendi sub regula. l. Doli clausula. ff. de verbo. oblig. Ita enim arguit ibi (Quamuis quarto gradu sint.) Accursius in. §. seq. aliter distinxisse videtur, vt in transuersalibus æqualibus cesset hęc regula, in inæqualibus & inferioribus duret propter reuerentiam, cum loco patris, vel matris, habeantur. l. Sororis proneptem. ff. de ritu nuptia. E F

Quia neq; naturali, neq; ciuili iure, tibi coniungitur.

Illæ tantum personæ per adoptionem nobis efficiuntur cognatæ, quę per eā agnatæ fiunt. l. Qui in adoptionē. ff. de adopt. l. Si qua. §. fi. de ritu nupt. Quo fit, vt filia sororis adoptiuæ nullo iure mihi potuerit coniungi: non naturali, quia nullum naturale vinculum inter nos intercedit, sed inuicē prorsus, si naturā spectes, extranei: non ciuili, quia cum mater eam non habeat in potestate, aut familia, non potest fie-

A ri agnata, ergo nec cognata, vt dictum est.l. Si paterfamilias.ff.de adoptio.

Coniungi possunt.

Ante Arca.& Hono.non poterant, vt ex verbis.l.Celebrandis.C.de nupt. cautum reperitur. Licentia (inquit) legis huius salubritate indulta est, reuocata prisci iuris autoritate: & si Accursius ibi senserit hoc idem ante eos fuisse dispositum, quasi reuocatam autoritatem intellexerit eo sensu, quo Iuuenalis dixit,

Qui tunc leges reuocarat amaras.
Omnibus atq; ipsi Veneri, Martiq; timendas. (Loquitur

B de Domitiano, qui obliteratam Iuliam legem excitauerat) quod praecedentibus verbis repugnare manifestissimũ est.

Amitam licet adoptiuam.

Amita soror patris est, vt docet Paulus in.l.Iurisconsultus.§.Auunculus.ff.de grad.cogna. quae, cum à nobis tertia sit auia, videri potest, sic dicta, vt Festus ait, vel quòd antiquiores eam auitam vocitauerint, vel quòd à patre amata sit: Solent enim sorores à fratribus magis diligi propter sexus dissimilitudinem. Amita autem adoptiua ea erit, quae ab auo meo adoptata fuisset.

Item nec materteram.

C

Ea soror matris est, q̃si mater altera autore Festo: Docet idẽ Paulus in.d.l.Iurisconsultus.§.Auunculus.ff.de gradi.

Magnam quoq; amitam & materteram magnam.

Sorores aui, & auiae esse declarat idem Paulus in.d.l.Iurisconsultus.§.Patruus magnus.ff.de gradi.

§. AFFINITATIS QVOQVE VENERATIONE, a'quarundam nuptijs abstinere necesse est, vt

„ ecce priuignam aut nurum vxorem ducere non licet, D
„ quia vtręq; filię loco sunt. Quod ita scilicet accipi de-
„ bet, si fuit nurus, aut priuigna tua. Nam si adhuc nu-
„ rus tua est: idest, si adhuc nupta est filio tuo, alia ra-
„ tione vxorem ducere eam non possis, quia eadẽ duo-
„ bus nupta esse non potest. Item si adhuc priuigna tua
„ est, idest, si mater eius tibi nupta est, ideo eam vxorẽ
„ ducere non poteris, quia duas vxores eodem tempo-
„ re habere non licet. Socrum quoq; & nouercam pro
„ hibitum est vxorem ducere, quia matris loco sunt.
„ Quod & ipsum dissoluta demum affinitate procedit. E
„ Alioqui si adhuc nouerca est, idest, si adhuc patri tuo
„ nupta est, communi iure impeditur tibi nubere: quia
„ eadem duobus nupta esse non potest. Item si adhuc
„ socrus est, idest, si adhuc filia eius tibi nupta est, ideo
„ impediuntur tibi nuptiæ, quia duas vxores habere
„ non potes. Mariti tamen filius ex alia vxore, & vxo-
„ ris filia ex alio marito, vel contrà: matrimonium re-
„ ctè contrahunt, licet habeant fratrem sororem'ue ex
„ matrimonio postea cõtracto natos. Si vxor tua post
„ diuortium ex alio filiã procreauerit, hæc non est qui- F
„ dẽ priuigna tua: Sed Iulianus ab huiusmodi nuptijs
„ abstineri debere ait. Nam constat, nec sponsam filij,
„ nurum esse, nec patris sponsam, nouercam esse: Re-
„ ctius tamẽ & iure facturos eos, qui ab huiusmodi nu-
„ ptijs abstinuerint. Illud certum est, seruiles quoq; co-
„ gnationes impedimento nuptijs esse: si forte pater &
„ filia, aut frater & soror manumissi fuerint. Sunt et alię
„ personæ, quæ propter diuersas rationes nuptias con-

A trahere prohibentur: quas in libris Digestorum, seu
" Pandectarum, ex veteri iure collectarum, enumera-
" ri permisimus.

Affinitatis quoq; veneratione.

Cum affinitatem audis, id velim existimes cognationem illam, quę per fœminas matrimonio nobis iunctas contrahitur: Dicti enim sunt affines, quasi q; duæ illæ cognationes, quæ diuersæ sunt, matrimonio copulantur, & altera ad alterius cognationis finem accedit: Nam coniungendæ affinitatis
B causa fit ex nuptijs, vt inquit Modestinus in.l. Non facile. §. Affines. ff. de grad. Et affinitas diuersarum cognationum nuptijs intercedentibus coniunctio quædam.

Vt ecce priuignam.

Priuignus filius est ex priori matrimonio: & si vxoris est, dicit̃ viro priuignus: si viri, vxori: quasi prius genitus. Antiqui enim autore Festo dictionẽ (pri) pro prę sæpius vsurparunt. Hinc Martialis libro. iiij. iocatur:

Priuignum non esse tuæ te Galle nouercæ
Rumor erat, coniunx dum fuit illa patris.

Et priuignam prolem dixit Columella lib. x.

C

Quia eadem duobus nupta esse non potest.

Hanc legem ob filiorum incertitudinem euitandam plerisq; secuti sunt: Arabes tamen aliter seruasse proditum est: sunt enim apud eos ferè tot regna, quot cognationes: Qui maior natu est, vniuersæ imperat: (sunt enim omnia eiusdẽ cognationis communia, atq; vna omnium vxor) Qui primus domum ingreditur, posito ante ianuam scipione cum ea cõgreditur, cum maiore natu pernoctat: ita omnes omnium fratres sunt. Apud Medos etiam pulchrum fœminæ est plures habere viros: at si qua pauciores quinq; habeat, calamitatem existimat. Scribit Xenophon, in repub. Lace-

dæmonum licuisse vni mulieri duos habere viros, dum tamen perpetuò apud vnum degeret domi, ad alium diuerteret aliquando. D

Quia eodem tempore duas vxores habere non licet.

Extat hodie Gallie. & Valeria. AA. cõstitutio in. l. Eum qui duas. C. ad. l. Iuli. de adulter. Hanc legem apud Romanos diu seruatam vnus Valẽtinianus Imp. sustulit, statuens cuiq; duas habere licere, quò libentius alteram sibi adiungeret: Qui mos etiã apud Athenienses fuit, vt testatur Au. Gellius lib. xv. cap. xx. Pœni singuli eorũ more plures habent vxores. Troglodytæ, qui à Græcis, eò q pecoribus viuant, pastores appellantur, vxores ac filias habent cõmunes excepto Rege, qui vnicam tantum habet. Medorum verò Regum olim proprium fuit plures vxores ducere: qđ ius in priuatos translatum est, atq; eò deuentum, vt minus septem habere non liceret. Parthi singuli etiã plures ducũt. Persæ multas, ac propagandę sobolis causa pellices q plurimas alunt. Indi quoq; multas emptas à patribus pari bouũ, quas nisi castas esse cogant, fornicari licet. Apud Catheos Indos multæ vxores in vnius viri matrimonium coeunt. Tartari quot volunt, quotq; alere possunt. Turcæ vxores legitimas quatuor habere possunt, illegitimas quot libuerit: Id enim apud eos probauit Maomethes ex sentẽtia atq; hæresi Nicolaitarum. Thraces etiam, qui supra Cristonas incolunt, singuli plures vxores habent. Apud Lacedæmonios autore Pausania solus Anaxandrides Rex duas vxores habuit eodem tempore: id autem fecisse narrat Herodotus in Terpsicore iussu Ephorum, quòd prima sterilis crederetur. Quæ autem pœna sit eorum, qui plures ducunt, iure ciuili, statuitur in. d. l. Eum qui duas. C. ad leg. Iul. de adulte. & iure canonum in. c. De benedicto. xxxij. q. vij. Ludo. Roma. sing. 531. sed nouissimo iure acrius puniuntur, vt in nouell. de incest. nup. E F

A Socrum quoq; & nouercam.

Accursius nouercã dictam vult quasi nocens arcus: vel noua arca sine fructu, q plerũq; priuignis noceant.l.iiij.ff. de inoffi.testa. At nouercam inde dictam existimãdum est, quasi noua princeps familiæ à patre superinducta.

Quia matris loco sunt.

Eò q, cum patri nuptæ fuerint, matris locum tenuerint, eisq; debita sit à priuignis reuerẽtia: Nam quod ad affectũ attinet, iam nouercale odium in prouerbium transiuit: Ple-
B runq; enim sanguini suo iniuriam faciunt, dicit tex.in.l.iiij. ff.de inoffi.testa. Extat elegãtissimum illud epigramma, qđ sub titulo Callimachi circunfertur: Illud Erasmus vertit.

Exiguo lapidi puer addit serta nouercæ
Mutasse vt vitam sic ratus ingenium.
At puerum extinguit tumulo hæc illapsa nouercæ
Priuigni exanimem vel tumulum fugite.

Quo factum est, vt nouercam pro contraria atq; inimica accipere soleamus, vti nouercam vmbrã dixit Plinius lib.xvij.cap.xij. Ouid. in epistola Medeæ.

Sæuiet in partus dira nouerca meos. Virgi.
Pocula si quando sæuæ infecere nouercæ.
C In diræ subitò mores transisse nouercæ, inquit Claudia. Et Euripides in Alcestide: Hostis enim (inquit) consequens nouerca liberis. Prius genitis vipera nihilo maior.

Dissoluta demum affinitate.

Dissolutam affinitatem dixit.i. dissolutis nuptijs, ex quibus affinitas illa contracta erat.

Non potes.

Accursius legit: aliter (non possis): idẽ sensus est, sed melior lectio (non potes.)

Licet habeant fratrem sororem'ue. D

Sensus est, quamuis coniuges, quorum vterque ante contractum inter eos matrimonium filium habebat, alter masculum. s. alter fœminã, ex eo matrimonio, quod inter eos fuit contractum, filium communem susceperint, qui prioribus filijs frater effectus est, huic vterinus, huic consanguineus, non per hoc affert impedimentum dictis filijs ex priori matrimonio, vt inter se contrahere prohibeantur. Nihil ergo opus est, vt maiores, aut minores spectes, vt facit Accur.

Ex matrimonio postea contracto natos.

Intelligenda sunt simpliciter hæc verba ex matrimonio E contracto post eorum natiuitatem. Inepte igitur subdubitat Accursius verbum (postea) cui referendum sit.

Nec sponsam filij nurum esse.

At si ex sponsalibus quærunt nomina hæc generi & nurus, vt Seruium testem adducit Pomponius in. l. Seruius. ff. de gradi. & Vlpianus in. l. Labeo. eod. tit. generi & nurus appellatione sponsum quoque & sponsam contineri dixit, quomodo sponsa filij nurus nõ est, vt hic dicitur? Idem Vlpianus explicat in. l. Siqua. ff. de ritu nupt. Sponsam filij. s. nurum dici, sed non proprie, at si eadem ratio suaderet, vt comprehẽderetur, recedimus à propria illa significatione, F & latius interpretabimur, ideoque sponsus & sponsa filij non coguntur dicere testimonium, sicuti non cogitur gener & nurus. l. In legibus. ff. de testi.

Rectius tñ & iure facturos.

Decipiuntur Ioan. Faber & Ang. hic in intellectu horũ verborum: Nam intelligunt quasi hoc consiliũ sit: si tamen contrahatur, valere matrimonium arbitrantur: quod quàm repugnet his verbis (Et iure facturos) nemo non videt. Si enim iure facient qui abstinebunt, non iure facient, qui contrahent: at quod nõ iure matrimonium est, nec quidem est matrimonium

A matrimonium.l. Non putauit.§. Non quęuis.ff.de bono. poss.contra tab.Item siquis aduersus hæc omnia matrimonium contraxerit, iam cōstat, nec matrimonium contraxisse.§. Si aduersus.ī.eod.inter quæ etiā hic casus comprehensus est: Qua nā ratione igitur matrimonium stare poterit?

Impedimento nuptijs esse.

Cum nuptiæ durante seruitute nō sint.l. Cum ancillis.C. de incest.nupt.verba hæc manentes in seruitute non respiciunt: seruiles autem cognationes non exponas, vt inquit Accursius, dum durant serui, sed cōtractę & ortæ in seruitute, natis his.s. qui cognati sunt, in seruitute. Adortum ergo
B cognationis sunt hęc verba referēda, non ad impedimentū.

Enumerari permisimus.

Indecens est, si Iustinianus cognitionem aliorum impedimentorum reiecit in alium locum, aut tempus, vt nos paulo audacius eos enumeraremus: Alibi nos, & si plura sint, xv. prosecuti fuimus.

„ §. SI ADVERSVS EA QVAE DIXImus, aliqui coierint: nec vir, nec vxor, nec nuptię, nec „ matrimonium, nec dos intelligitur. Itaq; ij, qui ex eo
C coitu nascuntur, in potestate patris non sunt: sed tales „ sunt, quantum ad patriam potestatem pertinet, quales sunt ij, quos mater vulgo concepit. Nam nec hi „ patrem habere intelligūtur eum: & ijs pater incertus „ est: vnde solent filij spurij appellari, vel à Græca voce, σποράδην, quasi vulgo concepti, vel ἀπάτορες, quasi sine patre filij. Sequitur ergo, vt dissoluto tali coitu: nec dotis, nec donationis actioni locus sit. Qui autem prohibitas nuptias cōtrahunt, & alias pœnas patiuntur, quæ sacris constitutionibus continentur.

Quantum ad patriam poteſtatem attinet. D

Non ergo vulgò quęſiti, & nati ex damnato coitu ijdem ſunt, ſed quod attinet ad patriam poteſtatẽ pro paribus habetur: hoc probat Iuſtinianus, eò ꝙ nati ex damnato coitu patrem habere non intelliguntur legis diſpoſitione, quæ patres non agnoſcit: fictionem autem hanc oſtendit verbum (intelliguntur:) Habent enim hi patrem, & quidẽ certum, ſed cum eum habeant, quem habere non licet, patrem quò ad iuris diſpoſitionẽ habere minime exiſtimãtur, diciturq́; illis eſſe pater incertus, non quia per rerum naturam ſit incertus, ſed ex eo ꝙ, cum lex nolit illum agnoſcere tanquam quò ad ius, eo de medio ſublato, ac minime cognito, incerto patre iuris diſpoſitione nati dicuntur, hocq́; quantum ad patriam poteſtatem, vt dictum eſt. E

Nam nec hi patrem habere intelliguntur.

Implicat ergo, ac cõiungit, ꝙ nati ex damnato coitu patrem habere non intelligantur: Non intelligas non habuiſſe, cum enim hoc natura impoſſibile ſit, lex etiam nõ fingit: ſed bene (quod ad patriam poteſtatem pertinet) nunc non habere intelliguntur, vt proximè dixi, proprie tamen verba ad vulgò quæſitos referuntur, quod ſuperſtitiosè diſputat Accurſius. Nam vulgò quæſiti patrẽ habere non intelliguntur, ideſt, finguntur, cum tamen patrem habuerint, at propter incertitudinem non habere finguntur, cum & ijs vulgò conceptis pater incertus ſit. Qui ſenſus ideo libentius recipiendus eſt, ꝙ verba Theophili hic planius explicant: Nam neq; ij (inquit) patres habere intelligunt̃ ob numerum eorum, qui cum matribus eorum conſuetudinem habent. Virtus tamen illorum verborum (cum & his pater incertus ſit) vtrunq; amplectitur. F

Vnde ſolent filij ſpurij appellari.

Corruptus eſt in vulgatis codicibus hic locus, vt etiam deprehendi poteſt ex inſtitutionibus Theophili hic, quod

A & Alciatus aduertit in suis Prætermissis: Et quamuis aliter legere videatur Haloander, verior mihi lectio hęc videtur: Vnde solēt filij spurij appellari vel à Græca voce σποράδην concepti, vel quasi ἀπάτορες σπέροι, idest, quasi sine patrē filij: Conceptos autem σποράδην dixit, idest sparsim: Vnde & sporades insulæ dictę sunt in mari Carpathio, quasi in eo sparsę. Quod enim hîc de notho legebatur, ideo recipiendum minime censeo, q̃ nothus non simpliciter vulgò conceptum significet, sed minus legitimum, ex quocūq; coitu
» natus esset. Id explicat Quintil. lib. iij. Nothum (inquit) qui
» nō sit legitimus Græci vocant, Latinum rei nomen, vt Ca-
» to quadam quoq; oratione testatur, non habemus, ideoq;
B vtimur peregrino. Est ergo nothus vocabulum commune ad omnes non legitimos: Quo fit, vt spurius à notho deriuari minime possit. Filij ergo ex dānato coitu spurij appellari solent, vt inquit Iustinianus, vel à Gręca voce σποράδην, idest sparsim concepti, vel ἀπάτορες quasi sine patre filij, non, vt dixi, quòd sine patre sint, & certo, sed quia cum habeant, quem habere non licet, illumq; ex iuris ciuilis dispositione demonstrare nō possint, idem est, ac si incertum haberent, ac vulgò concepti essent: id quod apertius declarat Modestinus in. l. Vulgò concepti. ff. de statu homi. Vnde alibi infert Zasius in. l. iiij. §. Prætor ait. ff. de in ius vocan. huiusmodi patres, qui sine legum iniuria patres appellari
C non possunt, vocari posse à filijs in ius sine venia, cum pater is tantum sit, quem iustæ nuptiæ demōstrant. l. Quia. ff. de in ius vocan. quod ego non probarem per tex. in. l. Pa-
» rentes eod. titulo. vbi Paulus inquit: Parentes naturales in
» ius vocare nemo potest. Vna est enim omnibus parētibus
» seruanda reuerentia. Plutarchus tamen in Problema. Spurios non ab eo, quòd sparsim cōcepti sint, dictos esse putat, sed quia his duabus literis. SP. olim designabantur, quasi sine patre: at quia in Romanorum prænominibus spurius ijsdem literis scribi solebat, factus est transitus, vt & qui sine patre erant, spurij appellarentur.

Dissoluto tali coitu. D

Et si coitus actus ille coeundi sit, impropriè tamē hic ponitur pro coniunctione ipsa vicem matrimonij obtinente.

» §. ALIQVANDO AVTEM EVENIT, VT
» liberi, qui statim vt nati sunt, in potestate parentum
» non fiunt, postea redigantur in potestatē patris, qua-
» lis est is, qui dum naturalis fuerat, postea curię datus,
» potestati patris subijcitur. Necnon is, qui a' muliere
» libera procreatûr, cuius matrimonium minime legi-
» bus interdictum fuerat, sed ad quam pater consuetu- E
» dinem habuerat, postea ex nostra constitutione do-
» talibus instrumentis compositis, in potestate patris
» efficitur. Quod et alijs liberis qui ex eodem matrimo
» nio postea fuerint procreati, similiter nostra consti-
» tutio præbuit.

Postea curiæ datus.

Quàm longe decepti sint ad vnum omnes, quos viderim, qui hūc locum interpretari conati sunt, is diiudicet, qui legit apud eos oblationem curiæ interpretari.s. Imperatoris, aut principis aulicum facere filium, quod tam à veritate, ꝙ à dignitate Imperatoria alienum est. Ita se res habet: Quum populus Romanus, vel in pœnam, vel ob infrequētiam, colonias per Triumuiros ad hoc constitutos deducebat in oppidum aliquod, publici consilij causa, decuriones creabantur, ita appellati, ꝙ decima pars deductorum cōscriberetur, vt testatur Pompo. in. l. Pupillus. ff. de verb. sign. ex quibus postea magistratus municipales creabantur, vt declarat Alciatus ibi, & in. c. v. lib. iij. Dispunct. Hi dicti sūt etiam curiales, siue ꝙ omnes decuriones curiales essent, vt

ex titulo.

A ex titulo.C.de decurio.lib.x.colligi potest in pluribus locis, siue quòd ex decurionibus postea curiales eligerentur, vt aliquando sensisse videtur Alciatus. Hi inter alia onera hoc quoque sustinebant, vt tributa omnia exigere tenerent, eaque vel antea Quæstoribus mandantibus soluere, vel posteaquam exegissent, ita tamen, vt quod à tenuioribus atque inopibus seruari & exigi nō poterat, ipsi de suo penderent: quod munus simile erat decaprotorum muneri, de quo Arcad.in.l. vlti.ff.de mun.& hono.& ideo prædiorū suorum alienatio eis inhibita erat, ne solum verterent euitandorum munerū causa, quod ex Nouella Maioria.& Leonis satis constat: Eius verba sunt: Curiales seruos esse reipub. ac viscera ciuitatū
B nullus ignorat, quorū cœtum recte appellatum minorem senatum, huc redegit iniquitas iudicum, exactorumque plectenda venalitas, vt multi patrias deserētes, natalium splendore neglecto, occultas latebras, & habitationem eligerent iuris alieni. Illud quoque sibi dedecoris addentes, vt dum vti nolunt patrocinijs impotētum, colonarum se ancillarumque coniunctione polluerint. Itaque factum est, vt vrbibus ordines deperirent, & propè libertatis suæ statum nonnulli per contagionem consortij deterioris amitterēt. Quod ne vlterius possit licere, saluberrima lege sancimus, præteritæ præsumptionis officium relaxantes, vt propter illos. & quæ sequuntur. His verbis constat Curialium ordinem amplissimum fuisse olim, tam in colonijs, quàm in municipijs, ad pessimamque conditionem postea redactum esse temporibus Leonis & Maioriani, qui conati sūt huiusmodi morbo saluberrima constitutione prouidere: quod malum quum nondum sanatum esset temporibus Iustiniani, statuit naturales filios per oblationem curiæ legitimari, vt fusius constat.in.§.Si igitur. in Auth. quib.mod. natu.effi. sui. cum prius Theodosius hoc idem statuisset, vt patet in Nouella Theodosij titulo.x.sub tit.de bon. decurio. & natura. filijs eorū in curiam mitt.hęred.scrib. Meminit Iustinianus in.§. Quod verò.in Auth.quib.mod.natu.effi.sui.

Sed ad quam pater consuetudinem habuerat. D

Intellige, non vt cum vxore, sed vt cum meretrice, aut concubina, vt hîc declarat Theophilus, & quam ne vxorē ducerem nulla lex vetabat, sed voluntas tm̄ mea deerat.

De adoptionibus. Rubrica.

» NON SOLVM AVTEM NATVRALES
» liberi secundum ea quæ diximus, in potestate nostra
» sunt, verum etiam ij, quos adoptamus. Adoptio autē
» duobus modis fit, aut principali rescripto, aut impe- E
» rio magistratus. Imperatoris autoritate adoptare qs
» potest eos eas'ue, qui quæ'ue sui iuris sunt, quæ species
» adoptionis dicitur arrogatio. Imperio magistratus
» adoptamus eos eas'ue, qui quæ'ue in potestate paren
» tum sunt, siue primum gradum liberorum obtinent,
» qualis est filius filia: siue inferiorem, qualis est nepos
» neptis, pronepos proneptis.

Duobus modis fit.



IDEM Modestinus in.l.i.ff.eod.titu. & Caius, à F quo verba hæc sumpta sunt in.l.ij.eod.titu. cuius etiam verborum breuiarium apparet in institutionibus Caij, quæ circūferuntur. Sed rem omnem apertius explicat Au. Gellius lib. v. cap. xix. Eius hæc ver-
» ba sunt: Cum in alienam familiam, inq; liberorum locum
» extranei sumuntur, aut per Prætorem fit, aut per populum:
» quod per Prætorem fit, adoptio dicitur: quod per populū,
» arrogatio. Adoptantur autem, cum à parente, in cuius pote
» state sunt, tertia mancipatione in iure ceduntur, atq; ab eo,
» qui adoptat, apud eum, apud quem legis actio est, vendicā-
» tur. Arrogantur ij, qui quum sui iuris sunt, in alienam sese

A potestatẽ tradunt:eiusq́ rei ipsi autores fiunt. Sed arroga-
„ tiones non temere, nec inexploratè committuntur. Nam
„ comitia arbitris etiam Pontificibus prębentur, quæ curiata
„ appellantur. Aetas quoq; eius qui arrogare vult, an liberis
„ potius gignendis idonea sit:bonaq́ eius, qui arrogatur, ne
„ insidiosè appetita sint, consyderatur. Iusq́ iurandum à Q.
„ Mutio Pontifice maximo conceptum dicitur, quod in arro
„ gando iuraretur. Sed arrogari nõ potest nisi iam vesticeps.
„ Arrogatio autem dicta, quia genus hoc in alienam familiã
„ transitus per populi rogationem fit. Eius rogationis verba
„ hæc sunt: Velitis, iubeatis, vti.L.Valerius.L.Titio tã iure
„ legeq́ filius siet, q̃ si ex eo patre matreq́ familiãs eius na-
„ tus esset:vtiq́ ei vitæ & necis in eum potestas siet, vti pa-
B riendo filio est:hoc ita, vt dixi, ita vos Quirites rogo. Hæc Au. Gellius. cuius verba, quia, vt dixi, totam hanc rẽ optimè explicant, obiter declarãda sunt: Et primò dum de adoptione eorum, qui in potestate sũt, loquitur, eam fieri dicit, quoties tertia mancipatione in iure cedũtur, atq; ab eo qui adoptat, apud eum, apud quem legis actio est, vendicãtur: Quoties enim pater filium suum alteri in adoptionem dare volebat, id intercedente quadam ficta venditione, prout & in emãcipationibus fieri consuetum erat, faciebant, qua fi-
„ lius mancipi fiebat. Sueto. in Augusto, Agrippinã Germa
„ nico sororis suæ nepoti collocauit, Caium & Lucium ado-
C ptauit domi per æs & libram emptos à patre Agrippa. Is postq́ emerat, apud iudicem vendicabat vt filium propriũ, vt quasi etiam ex re iudicata filium possideret. In maxima enĩ paucitate cõtractuum Romani ab initio omnia ferè per venditiones imaginarias, cessiones in iure, & vẽdicationes transferebãt. Aetas verò inspicienda, an liberis gignundis apta magis esset, prout & iurecõsultus eadem fermè verba refert in.l. Si paterfamiliãs.§.vlt.ff. de adoptio. quę sexaginta annorum intelligitur: quod lege Papia Poppęa à Tiberio lata declaratum est, qua cautum fuit, ne sexagenarij vxorẽ ducerent, q̃ ea ætas generationi minime apta sit: Autor est Tranquillus in Claudio, & Imperator in.l.pen.C.de nupt.

Et hinc ferè ductum est, quod scribit Plautus in Mercato- D
re, dum leges adolescentum senibus præscriptas refert: An-
» nos natus sexaginta qui erit, siquē scibimus, seu maritum,
» siue hercle adeo cœlibē scortarier, cum eo nos hîc lege age
mus. Dum verò Au. Gellius dicit arrogari non posse nisi
vesticipem: non tantum puberem, ꝙ tunc quasi lanugine
vestiretur, vt Budæus & Grammatici vidētur intellexisse,
sed eius ætatis, in qua deposita prætexta iam virilem togam
capere posset, aut cepisset, intelligas, quãuis postea deficiē-
te apud Romanos paulatim obseruatione illa, res ad puber
tatem redacta sit: Tunc enim existimabant Romani homi-
nes pueros iam verè sui iuris effectos. At dum in formula
rogationis dicit: Vtiꝗ ei vitæ & necis in eum potestas siet, E
vti filio pariendo est: Conuenit locus ille cum verbis Cice-
ronis in orat. pro domo sua: Nam cum Clodius, vt Tribu-
nus plebis fieret, (erat enim ex patricio genere ortus) dedis
set se in arrogationē P. Fonteio homini plebeio, Cicero de
» hac re loquens ita inquit, Sed cum hoc iuris à maioribus
» proditum sit, vt nemo ciuis Romanus aut libertatem, aut
» ciuitatem possit amittere, nisi senatus autoritate factum sit,
» quod tu ipse potuisti in tua causa discere, credo enim quan-
» quam in illa adoptione legitimè factum est nihil, tamen te
» esse interrogatum, autor ne esses, vt in te P. Fonteius vitæ,
» necisꝗ; potestatē haberet vt in filio, quæro, si aut negasses,
» aut tacuisses, si tamē id. xxx. curiæ iussissent, num id iussum F
» esset ratum? certe non, quid ita? quia ius ita à maioribus
» nostris comparatum est, vt ciuis Romanus libertatem ne-
» mo possit inuitus amittere. Ex his verbis potestatem patris
adoptiui colligis vitæ. s. & necis in filium. Et vt obiter etiã
hoc dicamus: Libertatem eo in loco Cicero intelligit, non
simpliciter et absolute pro statu hominis non seruientis, sed
pro eo statu, qui non sui iuris est, qui quidem & dominorũ,
& parentum potestatem amplectitur, vt suprà vidimus in
titulo de ijs, qui sunt sui vel alie. iur.

Imperatoris

A Imperatoris autoritate.

Fiebat olim apud populum arbitris Pontificibus, vt ex loco Au. Gellij proximè citato deprehenditur. Idem Cicero ostendit in eadem oratio. pro domo sua, dum inquit:
» Quod est pontifices ius adoptionis? nempe vt is adoptet,
» qui neq; procreare iam liberos possit, & cum potuerit sit ex
» pertus: quæ deinde causa cuiq; sit adoptionis, quæ ratio ge-
» nerũ, aut dignitatis, quæ sacrorum, quæri à põtificum colle
» gio solet: Quid est horum in hac adoptione quæsitum? Et hoc est quod Au. Gellius inquit, Nam comitia arbitris Põtificibus præbẽtur. Mox cœpit adoptio principis rescripto
B fieri propter parem potestatem ex lege regia, non q; vetitũ esset apud populum fieri (vt credunt:) patet ex verbis Au. Gellij, qui sub Hadriano fuit: Et (vt puto) inualuit, q; apud principem fieret, ob faciliorem rei expeditionem. Diocletianus in l. ij. C. de adoptio. Arrogatio etenim (inquit) ex in
» dulgentia principali facta, perinde valet apud Prætorẽ vel
» Præsidẽ intimata, ac si per populũ iure antiquo facta esset.

Quæ species adoptionis dicitur arrogatio.

Dicta autem est arrogatio autore Au. Gellio, vbi supra, eò q; non nisi rogatione, & sic lata lege id fieri posset. Caius in l. ij. ff. de adoptio. inde dictam putat, q; rogaretur is qui
C adoptat, an vellet adoptiuum iustum sibi filiũ esse, & is qui adoptatur, an id fieri patiatur. Sententiam Au. Gellij sequitur Alciatus in l. Derogatur. ff. de verb. signi. cuius opinio
» confirmari potest autoritate Liuij lib. vij. dum inquit, Inter
» cætera tristia eius anni Cos. Appius Claudius in ipso belli
» apparatu moritur, redierantq; res ad Camillum, cui vnico
» Cos. vel ob aliã dignationem haud subijciendã Dictaturę,
» vel ob omen faustum ad Gallicum tumultum cognominis
» Dictatorem arrogari haud satis decorũ visum est patribus.

Imperio magistratus.

Vides speciem adoptionis, quæ proprium nomen nõ est

ſortita remanere in nomine generis: id quod autore Ariſto- D
tele ſæpius euenit, & apud noſtros iuſtitia vna etiam virtu-
tum eſt, cum iuſtitia omnes in ſe virtutes complectatur, vt
dixi ſuperius in titulo de iuſti. & iure. Ius ciuile preterea no
men generale eſt complectens ſingulas partes iuris ſcripti,
& nō ſcripti. §. Ius autem ciuile. ſ. de iure natu. gen. & ciui.
At eſſe nomen ſpeciei, quæ aliud nomen ſortita non eſt, pa
tet ex his verbis Pomponij in. l. ij. §. Hæc diſputatio. ff. de
» orig. iur. Hæc diſputatio (inquit) & hoc ius, quod ſine ſcri-
» pto venit, compoſitum à prudentibus, propria parte aliqua
» non appellatur, vt cæteræ partes iuris ſuis nominibus deſi
» gnantur, ſed communi nomine appellatur ius ciuile. Quod
& in vxoris nomine euenit, vt ex verbis Ciceronis depre- E
henditur in Topi. in loco à forma generis, vbi Boetius hoc
explicat. Imperio autem magiſtratus intellige, non Præto-
ris tantum, ſed cuiuſcunque in volentes iuriſdictionem habē
tis, ita vt etiam apud ciuitatum defenſores fieri potuerit, vt
» in Nouella de defenſo. ciui. §. Nulla. ibi, Et quicquid aliud
» eſt monumentorum: Adoptionem enim voluntariæ iuriſ-
dictionis eſſe conſtat. l. ij. ff. de offi. Proconſ. & lega.

» §. SED HODIE EX NOSTRA CONSTI
» tutione cum filiusfamilias à patre naturali extraneæ
» perſonæ in adoptionem datur, iura poteſtatis patris F
» naturalis minime diſſoluūtur: nec quicquam ad patrem
» adoptiuum trāſit: nec in poteſtate eius eſt, licet ab in-
» teſtato iura ſucceſſionis ei à nobis tributa ſint. Si ve-
» ro pater naturalis non extraneo, ſed auo filij ſui ma-
» terno, vel ſi ipſe pater naturalis fuerit emancipatus,
» etiam auo vel proauo ſimili modo paterno vel ma-
» terno filium ſuum dederit in adoptionem: in hoc ca-
» ſu, quia concurrunt in vnam perſonam, & naturalia,
» & adoptionis iura, manet ſtabile ius patris adoptiui,

A & naturali vinculo copulatum, & legitimo adoptio-
» nis modo constitutum: vt & in familia, & in potesta-
» te huiusmodi patris adoptiui sit.

Extraneæ personæ in adoptionem datur.

Extraneam personam hic accipe omnem præter ascendentes. Est enim verbum plerunque materiæ subiectæ subseruiens. §. Cæteri. ff. de hære. qua. & diffe. l. 1. §. Extraneum. C. de rei vxo. act. §. Si peculium. ff. de legat.

Nec quicquam ad patrem adoptiuum transit.

Non transit quicquam. s. ex iuribus patris naturalis, quæ per
B adoptionem minime dissoluuntur. Nihil ergo patri naturali abest, quamuis transeant aliqua in patrem adoptiuum, vt ius emendādi ex. l. 1. C. de emend. propin. & in filium dignitas paterna. l. Senatoris filium. ff. de senato. vbi Accursius. Nec patrem adoptiuū sine venia vocabit in ius, cum parēs sit, et vna oībus parentibus reuerētia debeatur. l. Parentes naturales. ff. de in ius vocan. Nec refragātur verba. l. Cum in adoptiuis. §. Sed ne articulum. C. eod. cum ibi agāt de ijs, quæ transeunt à patre adoptiuo in filium, nō de ijs, quæ ad patrem adoptiuum transire possunt: Vel etiam de ijs, quæ ab agnatis patris in filium, vel à filio in agnatos patris ado-
C ptiui trāsire poterant existimari. Neque. l. Adoptiuum. ff. de in ius vocan. contrarium indicat, vt plures credidere, si ea recte intelligatur. Filius enim iure magis potestatis, quam præcepto Prætoris, patrem in ius non vocat: quia cum nulla inter eos lis esse possit, repugnat hæc prima ratio. l. Lis nulla. ff. de iudi. quod si ea deficiat, vt puta quia simus in castrēsibus, obstat præceptum Prætoris. Nam quod patria potestas ipsa nō pariat Prætoris præceptum, ne filius patrem sine venia vocet in ius: id quod statutum est in patre naturali tantum, qui filios in potestate non habet, nec tamen in ius vocatur sine venia, satis demonstrare potest: Adducit enim iurisconsultus rationem, quia vna omnibus parentibus reuerentia de-

betur; non ergo patria potestas, sed reuerentia parit ius il- D
lud. Sed hæc alibi fusius.

Vel si ipse pater naturalis fuerit emancipatus, auo vel proauo simili modo paterno vel materno.

Locus hic corruptus est, nam in proauo materno nulla
» est necessitas emancipationis. Igitur ita legendũ: Vel si ipse
» pater naturalis fuerit emancipatus, etiam auo paterno vel
» proauo simili modo paterno vel materno. Id clarius cõstat
ex. l. Cum in adoptiuis. C. eod. vnde nedum sensus, sed etiã
» verba huius tex. mutuata sunt. Ibi sic legit, Si verò pater
» naturalis auo materno filij sui, vel si ipse fuerit emãcipatus, E
» etiam auo paterno, vel proauo simili modo paterno vel materno. Simili autem modo dixit. i. cum eadem distinctione: si proauus sit maternus, indistinctè: si paternus, ita demum si emancipatus sit pater vel auus.

Et naturali vinculo copulatum.

A' quo, scilicet adoptatus naturaliter progenitus est, vt optimè consyderat hic Placentinus.

Vt & in familia.

Olim enim omnes transibant in familiam, quod ex pluribus nominibus adoptatorum facile dignoscitur: Moribus F enim hoc inductum fuisse apud Romanos testatur Appianus, Dion autẽ lege. Et de T. Pomponio Attico legimus, in epistolis Ciceronis, qui post adoptionem vocatus est Q. Cecilius Q. F. Pomponianus Atticus: Moris enim fuerat, vt is qui adoptaretur, prænomen & nomen & cognomen sumeret familiæ adoptantis proprium nomen in (anus) plerũq; deriuans, de quo supra in rubrica procemij in glossa (Iustinianus) etiam nõnihil attigimus, id quod latius explicat doctissimus & accuratissimus Paulus Manutius, in ea epistola, quæ est vltima lib. primi episto. Ciceronis, quæ familiares appellantur.

A §. CVM AVTEM IMPVBES PER PRIN
" cipale rescriptum arrogatur, causa cognita arrogatio
" fieri permittitur: & exquiritur causa arrogationis, an
" honesta sit, expediatq; pupillo, & cum quibusdã con
" ditionibus arrogatio fit, idest, vt caueat arrogator per
" sonæ publicæ, hoc est tabellioni, si intra pubertatem
" pupillus decesserit, restituturum se bona illis, qui, si
" adoptio facta non esset, ad successionem eius venturi
" essent. Item non aliter emãcipare eum potest arroga
" tor, nisi causa cognita dignus emancipatione fuerit, et
B tunc sua bona ei reddat. Sed & si decedens pater eum
" exhæredauerit, vel viuus sine iusta causa emãcipaue
" rit, iubetur quartam bonorũ suorum partem ei relin
" quere: videlicet prer bona, quæ ad patrem adoptiuũ
" transtulit, & quorũ commodum ei postea acquisiuit.

Cum autem impubes per principale rescriptum arrogatur.

In quibuscunq; arrogationibus, etiam puberum, causæ cognitio exigitur: Nam (vt inquit Vlpianus in. l. Si paterfa
C milias. §. In arrogationibus. ff. eod.) In arrogationibus co
" gnitio vertitur, num forte minor sexaginta annis is sit, qui
" arrogat, qui magis liberorum procreationi studere debeat:
" nisi forte morbus aut valetudo in causa sit, aut alia iusta cau
" sa arrogandi: veluti si coniunctam sibi personam velit adoptare. At arrogatio impuberis exactiorem causæ cognitionem exigit. Nam (vt idem Vlpianus scribit in. l. Nec ei. §. l. ff. eod.) ijs duntaxat pupillorum arrogatio permittẽda est, qui vel naturali cognatione, vel sanctissima affectione ducti adoptarent: cæterorum prohibenda. Quæ autem excutienda sint, paulo inferius declarat, & nos statim subijciemus opportunius.

Et exquiritur causa arrogationis an ho- D
nesta sit, expediatq; pupillo.

In hac ergo causæ cognitione vertitur, an hæc causa honesta sit & vtilis pupillo: Quia in vnaquaq; re deliberãda, hæc duo imprimis animaduerti solent, quid honestum. s. & qd vtile sit: id qd' Cicero lib. i. de offi. fusius explicat. Quelibet enim deliberatio finem vtilis vel honesti habere debet: autor ad Heren. lib. iij. in prin. Ad hęc enim duo capita vtilis & honesti reducũtur omnes illæ causæ, quas iureconsulti enumerãt. Id autem te volo animaduertere, Iustinianum ex priore nominatione te docuisse, prius ob oculos obuersari debere quid honestum, q̃ quid vtile sit. Qui enim omnia metiuntur emolumentis & commodis, neq; ea præponderari volunt honestate, ij solent in deliberando honestum cum eo, quod vtile putant, comparare: boni viri nõ solent. Etenim non modo pluris putare quod vtile videatur, q̃ illud quod honestum: sed etiam hęc inter se comparare, & in his addubitare turpissimum est, vt inquit Cicero lib. iij. officio. Vnde Papinianus in. l. Iulianus. ff. siqs omis. cau. testa. dixit, dolo non carere, qui honore proprio omisso propter compendium alienam institutionem maluit. Primùm ergo sm Vlpianum in. l. Nec ei. §. i. ff. eod. excutiendum erit, quę
» facultates pupilli sint, & quæ eius, qui adoptare eum velit,
» vt æstimetur ex comparatione earum, an salubris adoptio F
» possit pupillo intelligi: deinde cuius vitæ sit is, qui velit pu-
» pillum redigere in familiam suam: tertiò cuius ætatis sit, vt
» æstimetur, an melius sit de liberis procreandis eum cogita-
» re, q̃ ex aliena familia quenq; redigere in potestatem suã, et quę sequuntur. De quo superius in prin. aliquid attigimus.

Et cum quibusdam conditionibus.

Decipiuntur Ang. & alij, qui eum sequunt̃ hîc, interpretando conditiones, idest, modos: Non enim se refert Imperator ad conceptionem singularum arrogationum, sed ad ipsam iuris dispositionem. Censura enim iuris introductum

A est, vt arrogatio ipsa ita demum valeat, si satisdatũ sit. Sub hac enim cōditione validitas tributa est actui, id quod Marcellus apertè ostendit in.l.Non aliter.ff.eod. Non aliter enī
» (inquit) voluntati eius, qui arrogare pupillum volet (si cau
» sam eius ob alia probabit) subscribendum erit, quàm si ca-
» uerit seruo publico se restituturum &c. Quòd si ita cēseas, nihil esse ineptius videbis, ꝗ quod cōminiscitur Iason hîc, dum obstare putat, ꝙ actus legitimi neq; diem neq; conditionem recipiant, quasi datio tutoris, quæ inter legitimos actus annumeratur, non fiat sub conditione illa, si satisdederit.l.Muto.§.Sub conditione.ff.de tute.& collatio sacerdotij sub cōditione, si idoneus repertus sit, vt Bartholus in.d.
B §.Sub cōditione.sensit, quem cæteri sequuntur. Præterea, vt dixi, non singulæ arrogationes sub hac conditione fiunt, si satisdatum sit, quò spectat regula.l.Actus legitimi, sed lex statuit arrogationem ita demum esse legitimam ac ratam, si satisdatum sit.

Vt caueat.

Satisdando: Hoc enim expressum est hodie in.l.ij.C.de adoptio.& innuunt.l.Nec ei in fi.l.His verbis.l.Hęc satisdatio.ff.eod. Quo fit, vt minime obstet.l.Sancimus.C.de verbo.signifi.

C
Personæ publicæ, hoc est tabellioni.

Expungendam puto expositionē, & glossema illud (hoc est tabellioni) ꝙ.s.videam in.l.Non aliter.ff.eod.vnde verba Marcelli in hunc locum translata sunt, verba hæc non adesse, nisi Tribonianus, vt pleraq;, addidisset, id quod etiā fecisse Theophilum in Græcis institutionibus constat. Publicam autem personam dixit, ꝙ eius fides publicè probata esset: Non enim in album tabellionum rediguntur, nisi quorum fides publicè probata sit: Et quam hîc publicam personam dixit Iustinianus, Marcellus in.l.Non aliter. seruum publicum appellat, vel quòd olim serui probarentur, quod innuit.l.Generali.C.de tabul. quæ hoc prohibet: vel quòd

serui appellarentur ab eo, quod omnibus seruire tenerentur, id D quod alibi à nobis latius explicabitur.

Dignus emancipatione videbitur.

» Quid si meruit exhæredari vel emancipari? inquit tex. in.l. Quidam cum filium.ff. de verb. obli. cuius æquiparatio facit, vt frequentius probet illas esse iustas causas emancipationis, quæ exheredationis fuissent, de quibus in Nouella, Vt cum de appella. cogno. §. Aliud quoque capitulum.

Sed & si decedens pater eum exheredauerit.

Decedentem patrem exhæredare dicit, eò quòd tunc E exhæredatio prius facta robur sumit, cum is, qui testamentum fecit, moritur.

Iubetur quartam partem.

Ex iussu ergo legis tenetur, constitutionis.§.diui Pij.l. vlti.ff. Si quid in frau. patro. non ex satisdatione, cum huiusmodi pactis promitti nõ possint, vt habet in.l.fi.C. de pact. in.l. Stipulatio hoc modo concepta.ff. de verbo. obli.

Quæ ad patrem adoptiuum transtulit.

Arrogatorem intellige: Nam adoptiuus, etiam auus paternus vel maternus, potest sine causa emancipare filium, F nec propterea ei quartã relinquit, vt sensit Accursius in.l. Cum in adoptiuis.C.eod. & probant Nicolaus Neapolitanus hic, & Iason in.l. Si arrogator.ff.eod.

» §. MINOREM NATV, MAIOREM NON
» posse adoptare, placet. Adoptio enim naturam imitatur, & pro monstro est, vt maior sit filius, quàm pater.
» Debet itaque is, qui sibi filium per adoptionem vel arrogationem facit, plena pubertate, id est. xviij. annis
» præcedere. Licet autem & in locum nepotis vel neptis

A ptis, pronepotis, vel proneptis, vel deinceps adopta-
» re, quamuis filium quis nõ habeat. Et tam filium alie
» num quis in locum nepotis adoptare potest, quàm nepo
» tem in locum filij.

Minorem natu maiorem non posse adoptare placet.

Id olim quoque antiquo iure fuisse statutum ostendit Cice
ro in orat. pro domo sua, dum conqueritur Fonteium. xx.
annos natum P. Clodium maiorē adoptasse, vt Tribunus
B plebis fieret: Inquit enim, Adoptat annos. xx. natus, etiam
» minor, Senatorem: liberorũ ne causa? at procreare potest:
» habet vxorem: suscepit etiam liberos. Et paulopost. Non
» ætas eius qui adoptabat, quæsita est. Et inferius: Ita pertur-
» batis sacris, contaminatis gentibus, & quam deseruisti, &
» quam polluisti: iure Quiritum legitimo tutelarum, & hære-
» ditatũ relicto, factus es eius filius contra fas, cuius per æta-
» tem pater esse potuisti: Dico apud Pontifices, nego istam
» adoptionem Pontificio iure esse factam: primum, quòd eæ ve-
» stræ sint ætates: vt is, qui te adoptauit, vel filij loco tibi per
» ætatem esse potuerit. Et paulopost, Quæ maior calumnia
» est, quàm venire imberbem adolescentulum, beneualentem,
» ac maritum, dicere filium Senatorem populi Romani sibi
C velle adoptare?

Adoptio naturam imitatur.

Huc etiam spectant, quæ Cicero in eadem orat. pro do-
» mo sua inquit: Illud in primis: nequa calũnia, nequa fraus,
» nequis dolus adhibeat: vt hęc simulata adoptio filij quàm maxi
» me veritatē illam suscipiendorum liberorum imitata videat.

Et pro monstro est, vt maior sit filius, quàm pater.

Pro monstro est, dixit pro eo, quod est contra naturam,
vel saltem præter. Est enim monstrum proprie apud Lati-

nos, quod præter naturam genitum est, vt inquit Donatus in Terent. & habetur in. l. iij. in fi. C. de posthu. hæred. insti. Siue ergo contra, siue præter naturā sit, monstrum dicitur, vt dixi, in quo videtur deceptus Accursius. Dictum est autem à præmonstrando, vt Cice. libro de natu. deo. dixit. D

Plena pubertate, hoc est. xviij. annis præcedere.

Sed cur non sufficiunt. xiiij. cum ætas generandis filijs apta sit legum autoritate. §. de nupt. in princi.? Sunt qui putent firmius iudicium desyderari: quod ego nō probo: quia hoc valeret, si exquirēdum esset, quo anno arrogare posset aliquis: sed hic agit, quot annis minor esse debeat qui adoptatur. Finge quinquagenarium adoptare: exquiritur, cuius ætatis hominem adoptare valeat: non est differēdum de iudicij firmitudine, quo vtatur tēpore arrogationis: sed ad hoc vt fieri natura possit, vt ille verè ac naturaliter sit eius filius: quia ea naturā imitari debet. Ea igitur fuit ratio, quia & si leges præsumant potentiam generandi in. xiiij. anno, cum tamen lex adoptionis certè filium generet iure ciuili, ad eam ætatem se retulit lex, in qua sit certa communiter omnes generare posse: quò semper lex spectare videtur. l. Nā ad ea. ff. de legi. maxime quia pueri olim. xvi. anno deposita prætexta, & sumpta toga, dabāt se exercitationibus, atque vt primum accepta vxore anno. xvij. decem postea mensibus patres fiebant: Quo fit, vt. xviij. annus inspiciat. Plenam autem pubertatem dixit, quia cum in. xij: in fœmina, in masculo autem in. xiiij. incipiat, absoluitur vt verè & plenè pubes sit. xviij. anno. l. Mela. ff. de alim. & ciba. lega. E F

Et tam filium alienum quis in locum nepotis adoptare potest, quàm nepotem in locum filij.

Mihi semper hic locus corruptus visus est: Nam quod filium alienum loco nepotis adoptare possimus, dubitatione caret: cum enim dictum sit in locum nepotis adoptare licere, iam certum est alienum filium adoptandum. Preterea verba illa (tam) & (quàm) ostendunt paritatem quandam in

A comparatis, vnde existimari potest hîc poni casus. l. Si paterfamiliâs. §. Qui duos. ff. eod. videlicet, ꝙ pater possit filiũ alterius filij, in locum nepotis, ex altero tamen filio adoptare, & etiam nepotem ex filio suo in locum filij. Ideo autem libentius subsisto, ꝙ etiam in Græcis institutionibus locus » corruptus est. Ita ergo legi potest: Et tam alium filium quis » in locum nepotis adoptare potest, ꝙ nepotem in locum filij. Attamen si vulgatam lectionem conserues, dicẽdum est hoc in loco fuisse dubitatum, an ordo naturę perturbari possit: videlicet, vt is, qui adoptatur, si filius est, vt pote qui nõ habeat nisi patrem, auo videlicet pręmortuo, adoptari possit loco nepotis: & is, qui patrem & auum habet, qui nepos est, possit filius patri adoptiuo fieri: quod innuunt verba » Theophili hîc, dum inquit: Quoniã necesse tamen non est » ordinem gradumꝗ, qui apud patrem est, seruare. Satis sit admonuisse, cæteri diligentius inspiciant.

» §. SED SIQVIS NEPOTIS LOCO ADOPTET, vel quasi ex eo filio, quẽ habet iam adoptatum: vel quasi ex illo, quẽ naturalem in sua ptãte habet: in eo casu, & filius cõsentire debet, ne ei inuito suus hæres adnascat. Sed ex contrario, si auus ex filio nepotẽ det in adoptionem, non est necesse filiũ consentire.

C

Ne ei inuito suus hæres adnascatur.

Agnasci proprie dicuntur filij qui post testamentum nascuntur, qui eorum natiuitate testamẽtum rumpunt, & dicuntur improprie posthumi. Sumitur enim dictio (ad) in cõpositione pro post, vt Vlpianus in. l. Qui duos. ff. de ma» num. testa. ibi, Sed magis hæc conditio ad annũ liber esto. » & Cicero lib. xij. ad Atticum: Aut nescio quid intersit vtrũ » illuc nunc veniam, an ad. x. annos. Idem pro Cecinna: Cui » filius agnatus sit, eius testamẽtum non esse ruptum iudica. » & libro. i. de Orato. Quia constat agnascendo rumpi testa-

mentum. Hic autem non accipitur pro eo, quod est fieri D agnatum post testamentum, sed simpliciter, vt in.l. Siquis nepotem.ff. eod.

» §. IN PLVRIMIS AVTEM CAVSIS
» assimilatur is, qui adoptatus vel arrogatus est, ei, qui
» ex legitimo matrimonio natus est: & ideo siquis per
» Imperatorē, vel Præsidem prouinciæ non extraneū
» adoptauerit, potest eundem in adoptionē alij dare.

In plurimis autem causis assimilatur.

Non enim quo ad omnia pares sunt, distantque plurimum E ab ijs, qui ex iustis nuptijs nascuntur: id quod ex exemplis ab Accursio positis clare constat. Sed extat senatusconsultum apud Tacitum libro.xv. factum Nerone imperante,
» P. Mario, & L. Asinio Coss. Percrebuerat (inquit) ea tem-
» pestate prauissimus mos, cum propinquis comitijs, aut sor-
» te prouinciarum, plerique orbi fictis adoptionibus asciscerēt
» filios, Præturasque aut prouincias inter patres sortiti statim
» emitterent manu, quos adoptauerāt, qui magna cum inui-
» dia senatum adeunt, ibi naturæ munus, laborem educandi
» aduersus fraudem & artes & breuitatē adoptionis enume-
» rant satis pretij esse orbis, quòd multa securitate nullis oneri-
» bus gratiam honores cuncta prompta & obuia haberent, F
» sibi promissa legum diu in ludibrium verti, quādo quis sine
» solicitudine parens sine luctu orbus longa patrum vota re-
» pente adęquaret, factum ex eo senatusconsultū, ne simula-
» ta adoptio in vlla parte muneris publici iuuaret, ac ne vsur
» pandis quidem hereditatibus prodesset. Quod senatuscon sultum alibi etiam ad hoc idem Alciatus annotauit.

Et ideo siquis per Imperatorem, vel apud Prætorem, vel Præsidem prouinciæ non extraneum adoptauerit.

Nisi recte interpungatur, hic locus maximā afferet ęquiuocationem,

A uocationem, prout hucusq; fecisse videtur. Nam quando arrogatur quis, non fit differẽtia, vtrum ab extraneo, an ab » ascendente. Ita ergo legendus est: Et ideo siquis per Impe» ratorem (.s. adoptauerit quemcunq;, quæ arrogatio dicit) » vel apud Prætorem, vel Præsidem prouinciæ non extraneum adoptauerit (quæ adoptio dicitur.) Verba enim illa (non extraneũ) ad secundam illam partẽ disiunctiuę tm̃ referunt. Sensus ergo est, q siquis arrogatus sit, vel à nõ extraneo adoptatus, põt à patre legitimo in adoptionẽ dari.

§. SED ET ILLVD VTRIVSQVE ADO» ptionis commune est, q & ij, qui generare non pos-
B sunt, quales sunt spadones, adoptare possunt: castra» ti autem non possunt.

» Torserunt se variè Doctores in plerisq; locis circa intellectum & rationẽ huius tex. vnde.s. fieret, quòd spadones adoptent, castrati non: vniuersaq; difficultas hinc pendet, q plerisq; Accursianorum intelligunt eos esse castratos, qui castè nati sunt, & sic qui natura ad generandum inhabiles sunt, spadones verò, quibus virilia amputata sunt. Quod inde maxime probari posse putant, q adoptio ipsa naturã imitetur, ideo quem prohibet natura, prohibet etiam lex: Nos aliàs contra sensimus, vtq; res clarius elucescat, & ve-
C ritas declaretur apertius, In primis non est ambigẽdum errare Accursium, & qui eum secuti sunt, dum intelligunt castratos esse eos, qui ita à natura procreati sunt, vt generare non possint quasi castè natos, cũ castrati ij propriè sint, quibus virilia vel amputata, vel euulsa sunt. Deriuatur enim à » verbo (castro.) Qui hominem libidinis vel commercij cau» sa castrauerit, ex senatusconsulto pœna legis Corneliæ punitur, inquit Marcellus in.l.iij.ff.ad.l. Corne.de sica. & Vl» pianus in.l.iiij.ff.eod.ti. Nemo (inquit) liberum seruum'ue » inuitum sinentem'ue castrare debet. Idem in.l. Lege Cornelia. in fi.ff.ad.l.Iul.de vi priua. & in.l. Si seruus seruum. » ff.ad.l.Aquil. Et si puerum quis castrauerit, & pretiosio-

» rem fecerit, Iulianus scribit cessare Aquiliam. Nec aliter D
apud Latinos autores accipi vnquam legi.
Nullus ephebum
Deformem sæua castrauit in arce Tyrannus: inquit Iu-
uenalis. & Plinius libro.xviij.cap.xxxij. Verres (inquit)
» iuuencos, arietes, hœdos, decrescente luna castrato. Co-
lumel. libro.vi.cap.xxvi. id optimum genus castrationis
dixit, quod adhibetur teneræ ætati. & per translationem,
castratam dixit rempublicam Cicero libro.iij.de Orato.&
» Vlpianus in.l. Aediles aiunt.ff.de Aedili.edict. Sed enim
» sunt quædam, quæ in hominibus quidem morbum faciũt,
» in iumentis non adeo: vt puta si mulus castratus est, neq;
» morbi, neq; vitij quid habere videtur: quia neq; de fortitu- E
» dine quid eius detrahitur, neq; de vtilitate, cum ad generã-
dum nunq̃ sit habilis. Accursii tñ sententiæ subscribũt ferè
omnes Doctores. Sed quid mirãdum est, q̃ seculo illo tam
rudi homines alioqui eruditi in his verborꝶ proprietatibus
tam insigniter errauerint: cum hoc eruditissimo seculo Za-
sius in tit.ff.eod.& in sua Paratitla, Ioannes Ferrarius Mon
tanus hic, & Alciatus in.l. Spadonum.ff.de verb.signi. in
eam transeant: quamuis in lib.i.Prætermissorum Alciatus
aliter sensisse videatur. Taceo Iasonẽ, & huius classis viros
doctissimos. Castratos igitur appellamus, qui quoquo mo-
do euirati sũt. Spadonum verò appellatio variè accepta est
apud iurisconsultos: siquidem generaliter sumpto hoc no- F
mine cõprehendunt omnes, qui quacunq; ratione sunt in-
habiles ad generandum, speciatim verò accepto vocabulo
spadonum, ij propriè significantur, qui natura sunt inhabi-
les. Hoc apertè demonstrant verba Vlpiani in.l. Spadonũ.
» ff.de verbo.signi. Spadonum (inquit) generalis appellatio
» est, quo nomine tam ij, qui natura spadones sunt, item thli-
» biæ & thlasiæ, sed & siquod aliud genus spadonum est, con
tinet. Quibus verbis apertè demõstratur spadonum appel
lationem aliquam generalem esse, eamq; comprehendere
non solum eos, qui natura sunt inhabiles ad generandũ, sed
& illos qui euirati sũt arte, & siquod aliud genus est eorum,

A qui generare non possunt. Infertur etiam ex illis verbis, (Quo noīe tam ij qui natura spadones sunt) ꝙ prior appellatio est eorum, qui natura sūt inhabiles: ponit enim primò minus dubitabilem significationem. Erit ergo generaliter sumpto nomine quicunq; quauis ratione est inhabilis ad generādum: in specie verò spadones sunt, qui natura tantum sunt inhabiles ad generādum. Quamuis enim spadones ab euellendo dicti credantur, eò ꝙ illis nerui, quibus colei suspenduntur, (qui cremasteres appellantur,) euulsi sunt, tamen specialis quędam appellatio spadonum comprehendit eos, qui natura spadones sūt, vt docet Vlpianus in.d.l. Spa
B donum: quod apertius ostenditur ex verbis Vlpiani in.l. Si
» serua.ff. de iure dot. Si spadoni (inquit) nupserit mulier, di-
» stinguendum arbitror castratus fuerit, necne: vt in castrato
» dicas dotem non esse: in eo qui castratus non est, matrimonium, & dos, & dotis actio est. Quæ verba clarè demonstrant spadonum appellatione, & castratos, & nō castratos venire. Et ꝙ sit quædam species inhabilium ad generandū, quæ quia specificum nomen nō habet, nomine generis appelletur, & sic spadonis, vt suprà diximus de adoptione, iustitia, iure ciuili & similibus, probant etiam verba ipsius Vlpiani, et Pauli in.l. Pomponius cum.l.seq.ff. de Aedil. edic.
» Inquit enim Vlpianus, Spadonem morbosum nō esse, neq;
C vitiosum, verius mihi videtur, sed sanum esse, sicuti illum
» qui vnum testiculum habet, qui etiā generare potest. Sub-
» dit Paulus: Sinautem quis ita spado est, vt tam necessaria
» pars corporis ei penitus absit, morbosus est. Spadones ergo & quibus penitus absunt virilia, & quibus non absunt, appellantur: quod etiam suaderi videtur, ex verbis Vlpiani in.l. Sed est quęsitum.ff. de libe. & posthu. dum inquit: Spa donem quoq; posse posthumum hæredem instituere & La
» beo & Cassius scribūt, quoniam nec ætas nec sterilitas eius
» rei impedimēto est. Cum.n. sterilitatem eius appellet, videt̄ illam significasse, quæ à natura ipsa prouenit, vt Vlpianus videt̄ innuere in.l. Quæritur.§. De sterili.ff. de Aedil. edic. quod etiā patet ex ijs, quæ ponit Au. Gellius lib. iiij. cap. ij.

His itaq; sic declaratis, restat ea tantũ difficultas, vt perqui- D ramus quanam ratione fiat, vt spadones adoptare possint, castrati non possint: cum enim adoptio naturam imitetur, facilius ad imitationem naturæ admittere debet eos, qui vi quadã inhabiles sunt, q̃ qui natura: Quod enim natura impossibile est, lex non fingit, vt supra diximus, Sed, vt etiam aliàs declarauimus, qui castrati sunt, ideo nõ adoptant, quia impossibile est eos generare, & ideo in genere impossibile est, q̃ reperiatur aliquis, cui virilia execta, attrita, vel aliter euulsa sint & ablata, qui generare possit: vnde nec sup hoc, quod in suo genere impossibile est, lex fingere potest: qui verò natura spadones sunt, ideo adoptare possunt, quia natura ipsa potest remouere aliqua ratione illud impedimen- E tum: nec est desperandum naturæ auxilium, vbi materia & res subiecta non repugnat. l. Siquis posthumos. in prin. de liber. & posthu. Nec repugnare videtur id, quod statuit Iustinianus in. l. Discretis. C. qui testa. face. poss. vbi in muto & surdo naturale vitium magis obest, quã accidentale quò ad testamenti factionẽ: quia data æqualitate potentię, idem est impedimentum naturæ, & accidentis, etiam in illo casu. Ideo enim ibi non distinguitur, quando. s. mutus & surdus quis est natura, sicut in muto & surdo ex accidenti: quia nõ est cõtingens, imo impossibile mutum & surdum à natura scire literas, sicut euenire põt in eo, qui morbo mutus aut surdus effectus est, ideo cum non sit æqualitas impedimẽti, E insurgunt diuersi effectus, & vnum impedimentũ est potentius altero. Qui ergo inhabiles sunt natura, quia inhabilitas illa, naturę ẽt beneficio resolui põt, adoptare non ꝓhibent: q verò castrati sunt, eo q̃ certũ est generare filios nõ posse, ꝓhibent à lege filios sibi iure ciuili facere: q̃ ga cum adoptio naturam imitetur, non habet locum, nisi vbi natura locum habere potest: Et hanc existimo verissimã huius materiæ declarationẽ: quam audacius firmare audeo, q̃ video illam confirmari ex verbis Theophili hìc in suis institutionibus. Eius verba hæc sunt, dum hunc locum explicat: Sed & eu- » nuchi quod sextò inter adoptionẽ & arrogationem com-

mune sit

A mune fit nobis præbent, tu verò hęc habeto in modũ præ-
» uię cuiuſdam inſpectionis. Eunuchus nomen generale eſt,
» & in tres ſpecies diuidit: quoniam eunuchorũ alij ſunt ſpa-
» dones: quidam caſtrati: alij thlibię. Et ſpadones quidẽ ſunt,
» qui propter vitium aliquod, aut frigiditatem membrorum
» genitalium liberis operam dare nõ poſſunt, ſed eo ſublato
» liberos ſuſcipere poſſunt: thlibiæ verò ſunt, quibus à nutri-
» ce vel forſitan matre attriti ſunt teſticuli: caſtrati autẽ ſunt,
» quibus execta ſunt membra virilia. Hoc ita pręcognito vi-
» deamus nunc cętera: Quæſitum eſt, an eunuchus adopta-
» re poſſit? & dicimus caſtratum, aut thlibiam adoptare non
B poſſe, neq; patremfamiliâs apud principem, neq; filiumfa-
» miliâs apud Prætorem vel alios. Nam quibus natura nega
» uit liberos poſſe gignere, his neq; ius ciuile, quod naturæ
» veſtigia ſequitur, cõceſſit: cum ne ſperare quidem poſſint,
» vt liberis vnquam dent operam: at ſpado, quoniã is ſperare
» poteſt, vt vitio, quo tenetur, ceſſante, liberos poſſit gigne-
» re, rectè in adoptionẽ accipiet tam filiumfam. quàm patremfa-
» miliâs. Sed ſpado, qui filium adoptauerit, in poteſtate eum
» habiturus non eſt: quoniam omnino futurum eſt, vt extra-
» neus ſit: Nam quomodo ſpado paternus aut maternus auus
» eſſe poterit? niſi ſiquis dixerit non eum tantum ſpadonem
» eſſe, qui initio liberos corporis vitio gignere nõ potuit, ſed
» tamen ſperabat, verum etiam illum, qui cum ante liberos
C gignere potuerit, poſtea in tale vitium collapſus eſt, vt libe
» ris operam dare non poſſit.

» §. FOEMINAE QVOQVE ADOPTARE
» non poſſunt: quia nec naturales liberos in ſua poteſta
» te habent, ſed ex indulgentia principis, ad ſolatium li
» berorum amiſſorum, adoptare poſſunt.

Quia nec naturales liberos in ſua ptãte habent.

Sed cum adoptio ſequatur etiam abſq; eo, quòd filius in pa-
tris adoptiui poteſtatem tranſeat. §. Sed hodie. &. eod. ratio

conuenire non videtur: non adoptat mulier, quia nec natu D
rales liberos in potestate habet. Sed cum iure antiquo quęli
bet adoptio pareret patriam potestatem, ideoq; vera tunc
esset ratio hæc, non ideo minus hodie etiam vera est, q̄ ali
quo casu nō pariat: sicut in principio huius tituli, cum ad pa
„ triæ potestatis tractatum se referret: Non solum (inquit) na
„ turales liberi in potestate nostra sunt, verumetiam ij, quos
„ adoptamus. & tn̄ non oēs, qui adoptātur, in potestate sunt
d. §. Sed hodie. Ad ea enī, quæ frequētiora sunt, leges, pre
sertim regulas tradētes, se referunt. l. Nam ad ea. ff. de legi.

Ad solatium liberorum amissorum.

Quod si indulgeatur, non per hoc patriā potestatem con E
„ sequitur. l. Mulierem. C. eod. ibi, Perinde atq; ex te progeni
„ tum, ad fidē legitimi naturalisq; filij, habere permittimus.
Ideoq; neq; illis pupillariter substituit, vt Bal. censuit in tra
cta. substitutionum col. iij. versicu. Quæro vltra alios. Nec
exigitur amissos esse in bello filios: quia vbi vbi amittātur,
luctum parentibus præstant, nec coercenda est Imperato
ris indulgentia.

„ §. ILLVD PROPRIVM EST ADOPTIO
„ nis illius, quæ per sacrum oraculum fit, q̄ is, qui libe
„ ros in potestate habet: si se ad arrogandum dederit, F
„ non solum ipse potestati arrogatoris subijcitur: sed
„ etiam liberi eius in eiusdem fiunt potestate, tanquam
„ nepotes. Sic etenim diuus Augustus non antea Tibe
„ rium adoptauit, q̄ is Germanicum adoptasset: vt
„ protinus adoptione facta inciperet Germanicus Au
„ gusti nepos esse.

Per sacrum oraculum.

Sacrum oraculum appellat rescriptum & autoritatē im
perialem, vt oraculum edicti dicitur in. l. Digna vox. C. de

A legib. & diuinum oraculum in.l.i.C.de emāci.liber. & cœleste oraculum in.l.iubemus la.j.C.de sacrosan.eccle. & in.l.fi.C. de defenso. ciuita. & in.l.Siquis ex grege.C.de cohar. Quod inde ductum existimandum est, ꝙ oracula dicta sunt eo, quòd ijs deorum oratio inesse credatur, vt inquit Cicero in Topic. in fi. sed cum deorum se pares esse existimaue-rint Imperatores, vt qui etiam post mortem in deorum numerum referri solerent, eorum orationes, rescripta, ac verba, oracula appellabant. Quin & Domitianus Pomponio Læto autore ita epistolas inscribere solitus erat: Domitianus dominus & Deus vester.

B

Si se ad arrogandum dederit.

Hoc eodem modo loquendi vtitur Cicero lib.v.de fini. » bono. Libenterq́ꝫ se cum his congregant, dantq́ꝫ se ad ludē » dum. & lib. de claris orato. Qui quanquam nemini se ad » docendum dabat.

Sic etenim diuus Augustus non antea Tiberium adoptauit, q̄ȝ is Germanicum adoptasset.

Vacillat Accursius in historia, quem irrident pleriq́ꝫ ex neotericis etiam vsq́ꝫ ad nauseam, & inter cæteros hîc Ferrarius, & Nebriss. in verbo (Germanicus) non animaduertentes q̄ȝ longe distet hoc eruditissimum seculum ab eo, in quo Accursius vixit, prȩterq̄ȝ ꝙ videmus priscos illos iure-

C cōsultos in his historijs negligentius fuisse versatos: qđ meminí me alibi ostendisse. Suetonius in Augusto. Tertium ,, nepotem Agrippam simulq́ꝫ priuignum Tiberium adopta ,, uit in foro lege curiata. Et in Caligula: Germanicus. C. Cȩ ,, saris pater, Drusi, & iunioris Antoniæ filius, à Tiberio pa- ,, truo adoptatus Quȩsturam quinquēnium anteq̄ȝ per leges ,, liceret, & post eam Consulatum statim gessit. Idem in Tibe ,, rio: Adoptatur ab Augusto coactus ipse prius Germanicū ,, fratris sui filium adoptare, nec quicq̄ȝ postea pro patre sam. ,, egit, aut ius, quod adoptiōe amiserat, ex vlla parte retinuit, ,, nam neq́ꝫ donauit, neq́ꝫ manumisit, ne hæreditatē quidem

„ aut legata percepit vlla, aliter quàm vt peculio referret ac- D
cepta. Res ita se habuit: Augustus cum suasu Liuiæ Drusil
læ vxoris Tiberium priuignum adoptare decreuisset, non
prius illum arrogauit, quàm Tiberius Germanicum ex fratre
Druso natum adoptasset, vt adoptato Tiberio, qui sibi suc-
cessor in imperio esset, veniret in eius potestatē etiam Ger-
manicus, fieretq; hæres & successor Tiberio.

„ §. APVD CATONEM BENE SCRIPTVM
„ refert antiquitas, seruos, si à domino adoptati sint, ex
„ hoc ipso posse liberari. Vnde & nos eruditi, in no-
„ stra constitutione etiam eum seruum, quem dominus E
„ actis interuenientibus filium suum nominauerit, li-
„ berum esse constituimus, licet hoc ad ius filij accipien
„ dum minime sufficiat.

Apud Catonem.

Tres olim fuisse Catones nemini dubium est, qui .f. scien
tiam iuris professi sint, M. Porcius Cato, item & eius filius,
vt de vtroq; mentio est in .l. ij. §. Deinde Sextus Aelius. ff.
de origi. iur. qui tex. vt hoc obiter annotemus, corruptus
» est, atq; ita restituēdus: Hos sectatus est. M. Cato princeps
» Porciæ familiæ, cuius & libri extant, sed plurimi filij eius, ex F
qbus cæteri oriunt. Nec legēdum est (libri) vt restituit Bu-
dæus, sed (filij) generandi casu. Extant.n. libri. M. Cato-
nis, sed plurimi extāt libri filij dicti Catonis, de quo memi-
nit Au. Gell. lib. xiij. cap. xviij. dicēs egregios de iuris disci
plina libros reliquisse. Tertius fuit Fabius Sabinus, qui nō
ex Porcia familia natus est, sed ob singularem eius sapien-
tiam Cato illorum temporum dictus est: qui vixit sub Ale-
xandro, fuitq; filius alterius Fabij Sabini, quod Zasius, Ri
uallius, & Rutilius tradiderunt, & omnium eruditissimus
Alciatus in .l. iiij. §. Cato. in prin. ff. de verb. obli. in. iij. præ-
misso, Quo fit, vt de eo mentionem habitam credendum

A ſit, quem primi M. Catonis filium diximus. Cum enim hic vltimus Sabinus cognomento Cato à conſilijs fuerit Alexandri, non fit veriſimile Tribonianum antiquitatem referentem Catonem citaſſe, ſed ipſum Catonem, præſertim cũ
„ Theophilus hîc eodẽ loquendi modo vtatur: Scribunt ve-
„ teres reſpõſum eſſe à Catone. & videmus in. §. Pretium. ĩ. de empt. & vend. Sabinum, non Catonem appellari. Nec id ſcrupulũ inijciat, quod dixit Au. Gellius lib. v. cap. xix. Maſurium Sabinum ſcripſiſſe, ſeruos per Prætorem dari in adoptionem non poſſe. Nam & de Maſurio, non de Fabio loquitur: & de dandis in adoptionem ſeruis, non de
B adoptandis à dominis.

Seruos, ſi à domino adoptati ſint, ex hoc ipſo poſſe liberari.

Senſerunt hîc omnes ſeruum ex adoptione, non ſolum libertatem conſequi, ſed filium etiam fieri. Ego contrà ſentio, ſeruum à domino adoptatum liberum fieri, ſed non filium: Mouet me ſequens illatio, in qua liber fit, ſed nõn filius. Claudicaret enim illatio Triboniani, ſi aliter ſentiremus. Huic interpretationi aſtipulatur Theophilus, Quidã
„ (inquit) ſeruum ſuum adoptauit, quæritur an valeat ado-
„ ptio, aut quid inde ſequatur: Et ſcribunt veteres reſpõſum
C eſſe à Catone, adoptionem quidẽ non valere, nam ea in li-
„ beris perſonis locum habet, ſed tamẽ adoptione (quamuis
„ vt adoptio nullam vim habeat) liberum fieri ſeruum hunc.
„ Qui enim ſeruum adoptare voluit, dubium nõ eſt, quin ta-
„ citè eum manumittere feſtinauerit: Hic igitur id quod ex-
„ preſſit, non confecit, quod verò in animo non habuit, per-
„ egit. hæc ratio & Imperatorem noſtrum mouit &c. Firmatur hoc præterea ex verbis Au. Gellij lib. v. cap. xix. proximè citatis.

Vnde & nos eruditi.

Libuit hæc verba annotare, ne aliquos forte decipiant, vt aliâs deceperũt doctiſſimum virum Reſtaurum Caſtal-

dum in eius tractatu de Imperatore in.ij.q.dum cōgerit co- D
gnomina, & titulos imperiales. Dicit enim Imperatorem hoc in loco annumerare se inter eruditos, in quo alios secutus decipitur. Non enim se eruditum nominat Imperator, sed ex Catonis responso edoctum, instructum, & eruditū se dicit ad statuendū quid in subsequenti specie seruādum sit: Lapsus modici momēti est inter tot, quæ clarissimus ille vir summo labore in suas illas Imperatorias qōnes coniecit.

Nostra constitutio.

Vt.C.de Lati.liber.toll.l.vnica.

Actis interuenientibus.

E

In iudicio intelligas, non quidē inter dominum & seruū, sed inter alios, in quo consultò dominus seruū suum filium nominauerit: & hoc est, quod dixit Imperator in.l.i.C.de lati.liber.toll.§.Similiq; modo.'(Quasi in figura iudicij,) Nam inter dominum & seruum nullum erat iudicium, sed ipsa lex in iudicio cum alio repræsentat quasi etiam illum seruum, quem dominus filium nominauit, vt ibi declarat Alberi.non vt Bal. voluit, quasi figura iudicij hoc designaret, quòd factum sit per modum voluntarię iurisditionis: de quo alibi opportunius.

Quibus modis ius pat. potesta. solui. F

" VIDEAMVS NVNC, QVIBVS MODIS
" ij, qui alieno iuri sunt subiecti, eo iure liberentur. Et
" quidem quemadmodum liberētur serui a' potestate,
" ex ijs intelligere possumus, quæ de seruis manumittē-
" dis superius exposuimus. Ii vero' qui in potestate pa-
" rentis sunt: mortuo eo, sui iuris fiunt. Sed hoc distin-
" ctionem recipit. Nam mortuo patre, sane' omnimo-
" do filij filię ue sui iuris efficiuntur. Mortuo vero' auo,

A non omnimodo nepotes neptesq; sui iuris fiunt: sed
» ita, si post mortem aui in potestatem patris sui reca-
» suri non sunt. Itaq; si moriēte auo pater eorum viuit,
» & in potestate patris sui est: tunc post obitum aui, in
» potestate patris sui fiunt. Si verò is, quo tēpore auus
» moritur, aut iam mortuus est, aut per emancipatio-
» nem exijt de potestate patris: tunc ij, qui in potesta-
» tem eius cadere non possunt, sui iuris fiunt.

Eo iure liberentur.

B EO iure, quo nō sui iuris erant, à quo eximuntur: hoc enim significat verbum (liberētur:) sicut Cicero dixit liberare animos errore, vt Terentius liberare metu, ita vt inepta sit dubitatio Ioan. à Platea hîc, dum quęrit obligationem, à qua liberentur. Verba enim (eo iure) difficultatem auferunt.

Ii verò, qui in potestate parentis sunt.

Ineptior est declaratio Accursii super his verbis, dum ad parentes ex paterna linea generalem vim verbi (parentis) coercendam dicit: quasi verba illa (in potestate) non restrin-
C gant ad illos ipsos, cum parentes ex fœminina linea nō habeant in potestate.

Non omnimodo.

Non omnimodo, idest, non semper, generaliter, & indistincte. Vtitur Iustinianus in hac eadem significatione in. §. fi. ĩ. de tute. in. §. Pretium. ĩ. de empt. & vendi. & iureconsultus in. l. Vbi autem. §. fi. ff. de verb. oblig. in. l. In naue. in
» fin. ff. loca. Plinius lib. xvi. cap. xiiij. In tilia mas & fœmina
» differunt omnimodo, idest, generaliter.

» §. CVM AVTEM IS, QVI OB ALIQVOD
» maleficium in insulam deportatur, ciuitatem amittat:

ſequitur, vt qui eo modo ex numero ciuium Romanorum tollitur, perinde quaſi eo mortuo deſinant liberi in poteſtate eius eſſe. Pari ratiõe et ſi is, qui in poteſtate parentis ſit, in inſulam deportatus fuerit, deſinit eſſe in poteſtate parentis. Sed ſi ex indulgentia principis reſtituti fuerint per omnia priſtinum ſtatũ recipiunt. Relegati autem patres in inſulam, in poteſtate liberos ſuos retinent. Et ex contrario, liberi relegati, in poteſtate parentum remanent. Pœnæ ſeruus effectus, filios in poteſtate habere deſinit. Serui autem pœnæ efficiuntur, qui in metallum damnantur, & qui beſtijs ſubijciuntur. D E

In inſulam deportatur.

Deportare eſt hominem de ciuitate in alium locum certum ablegare, & quaſi ſentẽtia ipſa portare, vt reliquo orbe diſcluſus, ibi ſuorum delictorum pœnam pendat. Terent. in Phorm. „ Non ne hoc publicitus ſcelus hinc deportarier „ in ſolas terras. Qui autem proprie deportati dicãtur, docet Vlpianus in.l.i.ff.de lega.iij. Theophilus tamẽ hîc videtur confundere deportationem cum exilio: de quo alibi. F

Ciuitatem amittit.

Tanta facta fuit rerum omnium mutatio occupata Romanorum libertate ab Imperatoribus, vt facilis ſit lapſus, ſi quis velit leges noſtras ex antiquis & priſcis illis ſanctiſſimis metiri: tum quia libido dominãtium variam rebus omnibus legem impoſuit, tum etiã quia rude illud ſeculum in aliquibus, politioribus poſtea ingenijs eſt excultum. Hoc autem præfati ſumus his verbis: quia & pœnarum genera, & effectus multoties variata fuerunt: quod in hoc, de quo agimus exemplo, clariſſimè oſtendetur. Olim enim deportatus ciuitatem non amittebat, neq; vllus alius niſi volens: ideo

A ideo qui vel deportabatur, vel huiusmodi pœnis afficiebatur, nō prius amittebat ciuitatem Romanam, q̃ ipse sciens volensq; in alia ciuitate nomē suum profiteretur: & vt hoc facere cogerentur, eos, qui deportabantur olim, non, lata lege, priuarunt ciuitate, sed ijs aqua & igni interdicebant: vt hominum præsidio spoliati cogerentur, vt dixi, nomen suum profiteri, & alterius ciuitatis ciues effici: quo casu noluerunt Romani homines duarum ciuitatum Romanæ.s. & alterius ciues esse: vnde quadam quasi renunciatione iuris ciuitatis interueniente ciuitatem hoc modo amittebant. Quæ omnia sumūtur ex Cicerone in oratio. pro domo sua ad Pontifices: Ciuitatem (inquit Cicero) nemo vnq̃ vllo B populi iussu amittet inuitus: qui ciues Romani in colonias Latinas proficiscebantur, fieri non poterant Latini, qui nō erant autores facti, nomenq; dederant: qui erant rerum capitalium condemnati, non prius hanc ciuitatē amittebant, q̃ erant in eam ciuitatem recepti, quò vertēdi, hoc est, mutandi soli causa venerant: id autem, vt esset faciundum, nō ademptione ciuitatis, sed tecti, aquæ, & ignis interdictione faciebāt. Hæc ille. At postea sub Romanis principibus occupata Romanorum libertate sublatus est ille circuitus, statutumq;, vt absq; alia tecti, aquæ, & ignis interdictione, qui lege vel iudicio deportatus erat, statim ciuitatē amitteret: & hoc est, quod dixit Vlpianus in.l.ij.ff.de pœnis: Constat C postquā deportatio in locum aquæ & ignis interdictionis successit, non prius amittere quē ciuitatem, q̃ princeps deportandum eum in insulā statuerit. Præsidem enim deportare non posse nulla dubitatio est. & alibi Vlpianus in.l.i.ff. de lega.iij. Ii (inquit) quibus aqua & igni interdictum est, idest, deportati fideicommissum relinquere non possunt. et idem in.l.iij.ff.ad.l.Iul.pecul. Peculatus pœnam aquæ & ignis interdictionem, in quam hodie successit deportatio, cōtinet. Et Iustinianus in.§.Deportatio tamen. Nouella de nupt. Deportatio tamen (inquit) in quam migrauit, & antiqua ignis & aquæ interdictio. Succeßit enim deportatio in locum interdictionis prædictæ: quia circumscripta interdi-

ctione tanquam minus necessaria priuabātur ciuitate ipsa sententia: quod testatur idem Vlpianus in.d.l.ij.ff.de pœnis. D
» ibi, Sed præfectus vrbis ius habet deportādi, statimque post
» sententiam Præfecti amisisse ciuitatem videtur. Quod cla-
» rius ostendunt Theophili verba hîc, ibi, Simulatque senten-
» tia lecta fuerit, lex ei & ciuitatem, & bona adimit, & ciuita-
» te Romana exutus fit peregrinus.

Per omnia pristinum statum recipiunt.

Si principis indulgentia ita concepta sit, vt hoc voluisse constet.l.In insulam.l.Si pater.C.de senten.pass. Potest enī indulgentiam princeps limitare & coercere.

Relegati autem. E

Relegatorum duo esse genera testatus est Vlpianus in.l. Relegatorum.ff.de interdic.& relega. Est autem relegare id, quod Cicero dixit, sedibus expellere, idest, cogere homines, fines patriæ exire: quod & exterminare dicimus.

Serui autem pœnæ efficiuntur.

Damnabantur quidam in metallum: alij in opus metalli: inter quos nulla erat prorsus differentia, nisi vinculorum. Ii enim, qui in metallum damnabantur, grauioribus vinculis premebantur: & aufugientes grauiori pœna plectebantur. Quam rem omnem fusius explicat Vlpianus in.l.Aut F damnum.§.Est pœna.ff.de pœn. Nos hîc aliâs in cōmentarijs nostris aliter rem declarauimus, quam alij fecerint.

Et qui bestijs subijciuntur.

Subijciebātur bestijs, qui in ludum venatorium damnabantur, vt.s.in theatro feras conficerent, & cum eis pugnarent: qui ad bestias damnati dicuntur à Paulo in.l.Ad bestias.ff.de pœnis. Obijciebantur autem bestijs, qui feris deuorandi tradebantur: vt de Daniele legimus in lacum leonum demisso, & leonibus obiecto. Cicero pro Sex.Roscio Amerino, dum de pœna parricidarum loquitur, Noluerūt

A (inquit) maiores corpus feris obijcere: ne bestijs quoque, » quæ tantum scelus attigissent, immanioribus vterentur. » Spartia. loquens de Caracalla, Si quando (inquit) feris obiectos » vidit, fleuit, aut oculos auertit: quod populo perquam amabile » fuit. Tacitus lib. xvij. Captus in eo prælio Marricus, ac mox » feris obiectus. quod & Budæus in tit. de pœnis annotauerat.

„ §. FILIVSFAMILIAS ETSI MILITAVERIT, vel Senator, vel Consul factus fuerit, manet in „ potestate patris. Militia enim vel cõsularis dignitas, B de patris potestate filium non liberat. Sed ex consti„tutione nostra, summa patriciatus dignitas, illico im„perialibus codicillis præstitis, filium à patria potesta„te liberat. Quis enim patiatur patrem quidem posse „ per emancipationis modum, potestatis suæ nexibus „ filium liberare: imperatoriam autem celsitudinem „ non valere eum, quem sibi patrem elegerit, ab alie„na eximere potestate?

Filiusfam. & si militauerit.

C Nisi Theophilus hîc nominatim de armata militia loqueretur, dubitassem profectò, an de ijs loqueretur, quæ ad dignitatem atque cõpendium sub Imperatoribus institutæ sũt, & quas Iustinianus Imperator noluit in eãdem personã præter paucas venire. l. Ijs quidẽ. C. qui mili. poss. libr. xij. Ex qua lege facile cognosces fuisse plures cingulos, plures militias, & inter eas etiam aliquas ex his, quas licebat volẽtibus distrahere, ac pretium accipere. Erant enim similes his, quas nunc creant principes: vt Romæ sunt milites diui Petri ac Pauli: quod apertius colligi potest ex. l. pen. & vlt. eiusdem tituli. Militauerit autem dixit Iustinianus (ne Accursius faciat te subsistere) pro eo, quod est miles factus fuerit. s. quia in numeros relatus esset. l. Ex eo. ff. de testa. mili. & sacra-

mentum præstitisset.l.Ex militari.ff.eo.tit. Hęc enim duo D militem constituebant. Sed hæc alibi. Interim velim consyderes inepte fuisse tria hæc exempla, militiæ, senatus, ac cõsularis dignitatis, posita à Iustiniano. Profitetur enim hoc in loco modos tradere, quibus potestas patria soluatur, ijq; tradendi erãt. Iis enim enumeratis adolescens facile cognouisset alios modos, siqui afferrentur, à potestate patria non liberare: eos igitur percurrere superuacaneum fuit.

Vel Consul factus fuerit.

Hoc hodie corrigitur Nouella.constitu. quę de digni.in princ.tum ratione dignitatis, ꝙ Consules post maiestatem Imperatoriam nomen addant tempori, hoc est, ꝙ dinumeratio annorum non solum ab annis imperij, sed à Consulibus fiat, (ita enim reponendus & interpretandus est locus ille)tum ratione absurdi cuiusdã, vt.s.is qui tot hominibus præiturus est, ac mandata daturus, sub alterius etiamnum potestate maneat: cum indignum videri possit ipsum inter patresfamilias minime censeri. E

Militia enim vel consularis dignitas de patria potestate filium non liberat.

Nisi rationem hanc ita accommodes: quia.s.non est tributum militiæ, vt à patria potestate liberet, ineptam esse cognosces: miles factus non liberatur à patria potestate, quia militia non liberat: eadem cum dicto ratio erit. Hoc eodẽ modo intelligendus est locus in.l.vlt.ff.de off.procu.Cęsa. F

Sed ex constitutione nostra.

Hæc habetur in titulo.C.de Consuli.in.l.vlti.lib.xij.

Summa patriciatus dignitas.

Decipiuntur Accursius & alij, qui eum secuti sunt, in horum verborum interpretatione. Quare patricios non esse accipiendos nobiles illos, de quibus suprà diximus in titu. de iure

A de iure natu.gent.& ciui. dum de differentia plebis & populi egimus, velim existimes: sed eos, quos ad nouam patriciatus dignitatem posteriores Imperatores euexerunt: cuius nullam mentionem esse apud Latinos autores testatur Budæus in.l.vlt.ff.de senato. Hos quasi communis reipubli. patres appellat Suidas: quod & aduertit hic Ferrarius, & Zasius in titu.ff.de senato. Eius dignitatis meminerunt Sidonius & Cassiodorus lib.vi.epist. item Procopius libro.iij. Quibus autoritatibus suffultus Alciatus, errorem Accursii damnat in rubrica.C.de Consuli.lib.x. Dictos autem existimo, non quasi communis reipublicæ patres, vt Suidas voluit, sed quasi principis, vt ex hoc loco facile intelB ligi potest, & mox dicemus.

Imperialibus codicillis præstitis.

Diplomate.s.lino traiecto & complicato. Hęc enim diplomata codicilli appellantur: sicuti hodie quoque fieri vide„ mus. Suetonius in Claudio, Suppositos aut etiam palàm „ immutatos datorum officiorum codicillos. Vnde Lampridius, codicillarem potestatem appellauit: & ita interpretandus est locus Hermogeniani in.l.Administrantes.ff.de excusa. tuto.

Quis enim patiatur &c.

C Rationem hanc vbique affert Iustinianus: cuius ego argumentationē fallacem eē existimo, ac quasi sophisma quoddam. Quando enim pater à potestate filium dimittit, soluit ius sibi à lege concessum, & sine alterius incommodo iuri suo renunciat: at Imperator alterius filium liberat à potestate ipsius eximendo, vt sibi fiat pater, naturalique patri cōmodum aufert quærendorum sibi per filium, & quæsitorum vsumfructum, et, quod maximum est, ius patrię potestatis, quod inæstimabile est.l.Filiusfam.§.Secūdum vulgarem. ff.de lega.iij. Præterea qua ratione constat hoc argumentum: Pater potest filium de potestate dimittere, at Imperator vt filius nō poterit patrem dimittere? Quare melior ra

tio ea videri potest, quia Iustinianus vtit. in l. vlt. C. de Consuli. quod videtur imminui quodammodo maiestas Imperatoria. Aliam rationem ponit in Nouella constitu. quæ de digni. quę tamen in hanc recidit. s. si contumeliosa etiā emancipatio liberat, quanto magis Imperator dignitatem, etiam summam, afferendo hoc poterit. D

Quem sibi princeps elegerit patrem.

Libet Antonij Nebrissensis errorē notare: qui in suo illo lexico, quod inscripsit aduersus insignes Accursii errores, in verbo (pater) ita inquit: Pater, pręter notam significatio-
» nem, quam habet in promptu, significat etiā Senatorem,
» Nam Senatores patres conscripti appellantur, illi propter E
» ętatem, hi propter curam. Hoc annotaui, ne quis decipiatur
» Accursii verbis in illud Iustiniani lib. i. institutionum titulo.
» Quib. mod. ius pat. potest. solui. Quem sibi princeps patrē
» elegerit, idest, Senatorem. Hæc ille. Qui insignes errores Accursii detegere profitet, eum tam insigniter lapsum esse, propè ridiculum est. Quis enim nō rideat virum Grāmaticum nescire eo loco nullo modo Senatores intelligi posse: cum hîc rationem ducat Imperator ab absurdo, quare hi patres, quos patricios nominat, à patris potestate eximantur, cum pauloante dignitatem senatoriam non eximere à patris potestate dixerit. Non enim sibi cōstaret Iustinianus, si eximere, & non eximere dignitatem senatoriam à sacris parentum diceret. Ita plerunque fit, vt qui verba tantū insectantur, & loquendi figuras, vim ac sensum scribentium nō percipiant, damnentque Accursium, qui in tantis linguę Latinę tenebris, ac propè interitu, sensum aliquando Grępę dictionis minime calluerit, quam etiamsi intelligas, non ideo magis plerūque locum intelligas. Non sum ego, qui negem politiores has literas non solum vtiles, sed etiā necessarias esse homini iuris ciuilis scientiam profitenti: sed qui doleam aliquādo Budęum, & huius farinæ viros alioqui disertissimos pleno (vt aiunt) ore in Accursium inuehi, non animaduertentes seculum illud Accursii omnibus penè Latinę linguę F

A autoribus spoliatum fuisse, vixque hodie sciri ab eruditissimis viris, quod Accursius tunc ignorauit. Perlegātur Grāmatistę illorum tēporum, & quam longè in verborum interpretatione scripta eorum distent ab Accursianis facile cognoscemus.

" §. SI AB HOSTIBVS CAPTVS FVErit parens, quamuis seruus hostium fiat, tamen pendet ius liberorū, propter ius postliminij: quia ij, qui ab hostibus capti sunt, si reuersi fuerint, omnia pristina iura recipiunt. Idcirco reuersus parens etiam liberos habebit in potestate: quia postliminium fingit B eum, qui captus est, in ciuitate semper fuisse. Si verò ibi decesserit: exinde, ex quo captus est pater, filius sui iuris fuisse videtur. Ipse quoque filius nepos'ue, si ab hostibus captus fuerit: similiter dicimus propter ius postliminij, ius quoque potestatis parentis in suspenso esse. Dictum est aūt postliminium à limine, & post. Vnde eum, qui ab hostibus captus est, & in fines nostros postea peruenit: postliminio reuersum rectè dicimus. Nam limina sicut in domibus finem quēdam faciunt: sic & imperij finem esse limen veteres volue- C runt. Hinc & limes dictus est, quasi finis quidam & terminus. Ab eo postliminiū dictum est: quia ad id limen reuertebatur, quod amiserat. Sed & qui victis hostibus recuperat: postliminio redijsse existimat.

Quia postliminium fingit eum, qui captus est, in ciuitate semper fuisse.

Postliminium ius est amissæ rei recuperandæ ab extraneo, & in statum pristinum restituendę, inter Romanos, & liberos populos, moribus & legibus constitutum. l. Postli-

minium.ff.de capti.& postlimi.reuer. Duo autē sunt postli D
minij capita:primum, vt reuersus statim ac fines nostros ingredit, omnia sua recipiat, vt hîc Iustinianus scribit. secundum verò caput est, ꝙ reuersus fingatur fuisse semper in ciuitate, ac semper iura sua, ad quæ restituitur, habuisse, quãuis seruitutis tempore verè non habuerit. Primum ergo postliminij caput, de quo in.l.Cum duę.ff.de capti.nullam continet fictionem. Aliàs enim, si reuersus fingeretur fuisse liber, verè liber nō esset. Quare videas leges de hoc primo capite differentes dictionibus veritatē designantibus vti.l. Postliminium.ij.rñ.l.Cum duę.ibi,(recipit)& hîc,ibi,(recuperat.)Secundum verò caput fictionem continet.Nam fingit illum, qui verè fuit apud hostes, in ciuitate semp fuisse:ideo vtitur verbo(creditur)in.l.Retro.ff.de capti.Iccirco errasse hoc in loco Iustinianum oportet, qui duo hęc capita confundendo, ideo dicit reuersum filios in potestatem recipere:quia postliminium fingit eum, qui captus est, in ciuitate semper fuisse:Non enim ex hoc capite potestatē patriam recipit, sed ex primo:tunc enim bene ratio accommodaretur, cum dictum fuisset, filios reuersi ab hostibus credi in potestate semp fuisse:hoc enim ad secundum caput pertinuisset. Et si nō me lateat rationem Iustiniani defendi posse hac ratione, vt dicamus ius postliminij fingere reuersum in ciuitate semper fuisse: hinc postea sequitur, & quidē verè, ea omnia, quæ, si captus non fuisset, sua nunc essent, sua esse:vt ratio, quare recuperet, illa sit:quia fingitur in ciuitate semper fuisse, & sic ratio Iustiniani. Ex illa enim fictione, ꝙ fuerit semper in ciuitate, oritur & suorum recuperatio, & ꝙ nihil eorum, quæ nunc sua essent, amiserit, quasi hęc vna dispositio duos effectus pariat. Animaduertas pręterea Iustinianum ineptè dixisse postliminiū fingere:quia ius postliminij fingit:nisi accipias pro iure illo, vt accepit Iureconsultus in.d.l.Postliminium.ff.de capti.& postlimi.reuer.

E

F

Si verò ibi decesserit, exinde, ex quo captus est pater, filius sui iuris fuisse videtur.

Hoc

A Hoc autem non ex fictione postliminij, sed ex ea, quę ex lege Cornelia descēdit. l. Bona in prin. ff. de capti. l. In omnibus eo. tit. l. Lex Cornelia. ff. de vulg. & pupil. l. Lege Cornelia. ff. de testam. Lex enim Cornelia fingit eum, qui in captiuitate mortuus est, tunc decessisse, cum captus est: ideo dicitur videri decessisse: quasi tunc mortuus cēseatur, cum liber est, vt eius testamētum tanquam ciuis Romani valere possit; de quo tamen alibi.

Dictum est autem postliminium. &c.

» Hæc clarius attigit Cicero in Topicis, dum inquit: Sed
B ipsius postliminij ius quęritur, & verbum ipsum notatur, in
» quo Seruius noster, vt opinor, nihil putat esse notandum,
» nisi post, & liminium productionē verbi esse vult, vt in fini
» timo, legitimo, æditimo non plus inesse timum, q̄ in medi-
» tullio tullium. Scæuola autem P. filius iunctum putat esse
» verbum, vt sit in eo, & post, & limen, vt quę à nobis aliena-
» ta sunt, cum ad hostes peruenerint, & ex suo tanquā limine
» exierint, hinc cum redierint postea, ad idem limen postlimi
» nio videātur redijsse. Quod ibi latius Boetius ꝓsecutus est.

Sic & imperij finē limen esse veteres voluerunt.

Inde dicti sunt milites limitanei, qui collocantur in præsidio in liminibus imperij, vt impetum vicinorum hostium
C arceant, & assidue inuigilent & excubent, neq; à militibus reuocentur, etiam si quod crimē admiserint, ob quod trahi possent in carcerem. l. Quamuis. C. ad legem Iul. de adulte. & agri limitanei, ex quorū fructibus limitanei milites aluntur: & fundi limitanei. Theodosius in. l. vlti. C. de fund. limitroph. lib. xi. & Iustinianus in. l. ij. C. de offi. Pręfec. Preto. Aphri. rem omnem aperit. Sicut ergo (inquit Iustinia-
» nus) prædictum est, interim nunc duces ac milites secundū
» nostram dispositionē in locis seu ciuitatibus, in quibus iusse
» rimus, sedeant: donec Deo auxiliante nobis ac reipublicæ
» nostræ per labores nostros in illis locis constitui possint, in
» quibus vniuscuiusq; antiquus limes constitutus erat, quan-

» do florente Romana repub. memoratæ prouinciæ integræ D
» tenebant. Pro limitaneis verò ordinandis necessarium esse
» nobis videtur, vt extrà Comitatenses milites, qui per castra
» sunt, milites limitanei constituantur, qui possint & castra &
» ciuitates limitis defendere, & terras colere: vt alij prouincia
» les videntes eos per partes, ad illa loca se conferant. Et exē
» plum fecimus vnius numeri limitaneorum: vt secundum
» exemplum &c. Lampridius in Alexan. Sola, quę de hosti-
» bus capta sunt, limitaneis ducibus & militibus donauit: ita
» vt eorum essent, si hæredes eorum militarent; nec vnquam ad
» priuatos pertinerēt, dicens attentius eos militaturos, si etiā
» sua rura defenderēt. Hi fundi etiam limitrophi dicunt, vt in
eod. tit. C. de fund. limitro. declarat Alciatus. item & limita- E
ti. l. In agris. ff. de acqui. re. domi. qui de hostibus capti mili-
tibus per limites, hoc est, centurias assignabātur: quod fieri
duobus modis posse alibi declarabimus ex Florentino in
d. l. In agris, & ex Agennio Vrbico in libro de controuer-
sijs limitum. Dicebantur autem limitati eadem ratione à li-
mine: vel quod limitaneis militibus distribuerētur. Ac quidem
ita limitati dabant, vt sciretur quid militibus datum, quidque
in publico relictum esset. Hinc etiam dicti sunt liminarchæ
portuum custodes, vnde ad hostes fit trāsitus: de quibus me-
minit Arcadius in. l. vlt. ff. de mune. & hono. vbi Budæus.

» §. PRAETEREA EMANCIPATIONE F
» quoque desinunt liberi in potestate parentum esse. Sed
» emancipatio antea quidem, vel per antiquam legis
» obseruationē procedebat, quæ per imaginarias ven-
» ditiones, & intercedētes manumissiones celebrabat,
» vel ex imperiali rescripto. Nostra autem prouidētia
» etiam hoc in melius per constitutionem reformauit,
» vt fictione pristina explosa, rectà ad competētes iu-
» dices, vel magistratus parentes intrent: & filios suos,
» vel filias, vel nepotes, vel neptes, ac deinceps à sua

A manu dimittant. Et tunc ex edicto Prętoris in bonis
„ huiusmodi filij, vel filiæ, vel nepotis, vel neptis, qui
„ quæ'ue a' parente manumissus, vel manumissa fuerit;
„ eadem iura præstātur parenti, quę tribuuntur patro-
„ no in bonis liberti. Et præterea si impubes sit filius,
„ vel filia, vel cæteri: ipse parens ex manumissione tu-
„ telam eius nanciscitur. Admonendi autem sumus li-
„ berum arbitrium esse ei, qui filium, & ex eo nepotem
„ vel neptem in potestate habet: filium quidem de po-
„ testate dimittere, nepotem vero' vel neptem retine-
B re: & econuerso filium quidem in potestate retinere,
„ nepotem vero' vel neptem manumittere, vel omnes
„ sui iuris efficere. Eadem & de pronepote dicta esse
„ intelligantur.

Præterea emancipatione quoq;.

Emancipatio autem dicitur quasi è mācipio emissio. Est enim mancipium dominium: vnde dicimur emācipare fundum, idest, è dominio nostro dimittere & alienare. Sueto. in Othone: Cuidam etiam de parte finium cum vicino liti-
„ C ganti adhibitus arbiter totū agrum redemit emācipauitq;, idest, alteri dedit, & è mācipio & dominio suo in illum alie-
„ nauit. Plinius lib. vij. epistol. Nam pro quingentis millibus
„ numûm, quę in alimenta ingenuorum ingenuarumq; pro-
„ miseram, agrum ex meis longè pluris actori publico eman-
„ cipaui, eūdemq; vectigali imposito recepi. Quo in loco Plinius emancipare pro alienare posuit. Cum enim vellet vectigal publicè donare in alimēta prædicta, & sic constituere redditus, ex quibus alerentur, fundum reipub. primò donauit, illumq; postea recepit vectigali imposito, & sic onere hoc imposito. Vnde postea dicimus emancipare filiū, idest, è mancipio & dominio nostro dimittere. Cum enim, vt sta-

tim dicetur, venderetur filius iure patrio fiduciario patri, mox ab eodem naturali parenti venderetur, erat filius tunc temporis penes patrem loco serui, non filij: ideo tanq̃ quid emptum erat in potestate eius ac dominio: à quo cùm liberabatur & manumittebatur, dicebatur à dominio & mancipio dimitti. Hæc autem dixisse volui: ne Ioan. à Platea, & aliorum ineptiæ adolescentem nostrum decipere possint, qui(an) extra significare dixerunt: quod nullibi legitur.

Vel per antiquam legis obseruationem.

Antiquam legis obseruationem dixit; de qua meminit idem Iustinianus in. l. vlt. C. de emancip. libe. quum inquit: „ Inspeximus in emãcipationibus antiquam obseruationem „ custodiri, & vẽditiones in liberas personas figuratas, & cir„ cunductiones inextricabiles & iniuriosa rhapismata, quorũ „ nullus rationabilis inuenitur exitus. Vendebãtur enim filij emancipandi, sed venditio figurata erat, idest, imaginaria, vt hîc dicitur, & ficta, cum, vt paulopost dicemus, nummo addicerentur. Vlpianus in. l. Siquis conduxerit. ff. loca. Si „ quis conduxerit (inquit) nummo vno, conductio nulla est, „ quia & hoc instar est donationis. Quod optimè declarat Porphirius in Horatium lib. ij. sermonum Saty. v. ibi, Gau„ dentem nummo te addicere. quod & apud Sueto. in Cæsare reperitur. Erat igitur venditio quędam imaginaria, facta tantum, vt solennia legis seruarentur. Circunductiones aũt dixit; circuitum illum trium venditionum, & trium manumissionum, vt statim dicemus: siue q̃, quando manumittebantur, circũagebant̃, vt mos erat in seruis, vt ex Ammiano, & Seneca docuimus superius in titu. de libertinis. Iniuriosa rhapismata dixit, alapæ percussiones: Qui enim emancipabantur, colaphis percutiebantur. Est enim apud Græcos rhapisma alapæ percussio: de quo etiã in Nouella. con„ stitu. quæ de dignita. in princ. habetur, ibi, Nam si emanci„ pationis actio dudum quidem, & per eas, quę nuncupaban„ tur legis actiones, facta, cum iniurijs & alapis liberabat eos „ huiusmodi vinculis &c. Vnde forte ductum est, q̃ qui sacro

A Chrismate inunguntur, alapa ab Antistite cæduntur, ꝙ eo tempore ratam habeāt promissionem in baptismo factam, & abrenunciationem sathanæ: quasi tūc dimissi verè simus è manu patris diaboli, & ab eius seruitute liberati, factiq; nostri iuris, abolita peccati seruitute, quā inobedientia primorum parentum contraxit. Hincq; intelliges quanam ratione filius emancipatus dicebatur in causam seruilem deductus, vt dicit Paulus in.l. Liberos. ff. de capi. dimi. Emanci„ pato filio, (inquit) & cæteris personis capitis diminutio ma„ nifestè accidit: quum nemo emancipari possit, nisi in seruilē causam deductus. Et vt omnem rem cognoscas, verba Caij iureconsulti à Boetio in Topicis relata, (nam illa quæ cir-

B cunferuntur in suis institutionibus manca sunt) necnon „ Theophili hìc subscribam. Boetius ex Caio: Mancipatio „ imaginaria quædam venditio est: quod ipsum ius est pro„ prium ciuium Romanorum; Ea res agitur ita, adhibitis nō „ minus quinq; testibus ciuibus Romanis puberibus, & eo „ qui libripens dicitur: is qui mācipium accipit, æs tenens ita „ dicit: Hunc ego hominē ex iure Quiritum meum esse aio, „ isq; mihi est emptus hoc ære æneaq; libra: deinde percutit „ libram, idq; æs datur ei, à quo mācipium accipit, quasi pre„ cij loco. Sed fusius Theophilus, Patria (inquit) potestas p „ emancipationē soluit, & quid est emancipatio? Actus tres „ emācipationes, & tres manumissiones, vel vnā emancipa-

C tionē, & vnam manumissionē amplectēs. In hunc aūt mo„ dum fiebat olim emācipatio, quinq; aderant testes, & libri„ pens stateram, & numū æreum tenens, & medius aliquis: „ deinde medius ille ijs p̄sentibus filium de patre emebat, da„ batq; in similitudine precij vnum illū numum; & ita filius in „ potestatē medij illius trāsibat loco serui futurus, & eū me„ dius ille vindicta manumittebat, sed is tacita quadam ratio„ ne in patris potestatem recurrebat: iam secundùm igitur pa„ ter eum vendebat, idq; eūdem in modum, & emptor eum „ rursus vindicta manumittebat, atq; iterum tacito iure in pa„ tris potestatē recurrebat: tertiùm ergo vendebat, & ita sol„ uebatur patria potestas, vindictaq; manumittebatur, & ita

» sui iuris fiebat. Tres igitur emancipationes, & tres manu- D
» missiones patriam potestatem soluunt. Emãcipatio autem
» dicitur venditio in eum modum facta. Filium sui iuris tres
» emancipationes, & tres manumissiones efficiunt. Ideo autẽ
» filius vendebatur, vt in seruitutem redigi videretur, & ita
» commodè libertas ei daretur: nam liber manumitti non pò
» terat, filia autem, & nepos, neptis'ue, & reliquæ personæ,
» per vnam mancipationem, & vnam manumissionẽ, sui iu-
ris fiebant. Antiquam igitur hoc in loco Iustinianus legis obseruationem dixit imaginariam venditionem, & intercedentes manumissiones tres, vel vnã, vt dictum est.

Per constitutionem reformauit. E

Ea est in.l. vlti.C. de emancip. liber.

Fictione pristina explosa.

Ita enim legendum est: non functione, vt Accursius subdubitat. Intelligit enim Iustinianus fictionem, venditionem illam fictam & imaginariam, de qua proximè diximus.

Recta.

Non per illos inextricabiles circuitus, vt dixit in.l. vlt.C. de emanci. liber. ac per antiquas ambages. Recta enim via
» opponit circuitui. Sic Iustinianus in.d.l. vlti. Iubemus hu- F
» iusmodi circuitum in posterum quiescere.

Apud competentes iudices.

Et si verbum hoc apud optimos illos linguæ Latinæ autores non reperitur, tamen apud nostros frequens est, præsertim in rescriptis imperialibus. Competens enim iudex, & competens tribunal dicitur, quod conuenit, & quod ex lege adeundum est; Vlpianus in.l. Sed & eæ. ff. de procura.
» Debebit absentem defendere in cõpetenti tribunali, idest, legitimo, & in eo, quod conuenit adire, & in quo, per leges defendere licet.

A Parentes intrent.

Per translationem, ideſt, adeant iudices cōpetentes. Sic in.l.vlt.C.de emāci.liber.intrare tribunal dixit Iuſtinianus.

A ſua manu dimittant.

A' poteſtate.ſ.vt ſuprà de liberti.in prin. Quare ſine ratione inualuit ex his verbis obſeruatio, de qua hîc Angelus, vt pater emancipans filium manu capiat ac dimittat. Sunt enim ſolennia omnia exploſa: nec à materiali & corporali manu dimittendus eſt filius, ſed ab ea manu, quæ dominium & poteſtatem ſignificat.

B Qui quæ'ue à parente manumiſſus vel manumiſſa fuerit.

Hoc impropriè dictum teſtatur hîc Accurſius, & in.l.ij. ff.de offi.Proconſ. quod falſum eſſe iamdudum lectorē animaduertimus. Si enim capimus priſcam illam verbi ſignificationem, dicitur manumiſſio, ideſt, de manu & poteſtate dimiſſio, quæ etiam in filijs eſt, vt pauloante diximus, ibi, A' ſua manu dimittant: Non enim manum, dominicam po-
C teſtatem tantum ſignificare credendum eſt, ſed poteſtatem ſimpliciter: & cum filij hoc tempore, vt emāciparentur, in ſeruilem cauſam deducerentur.l.Liberos.ff.de capi. dimi. æquè propriè de liberis manumiſſio dicitur, ſicut de ſeruis. Habebant enim patres ius filios diſtrahendi & vendendi vt.C.de patri. qui fil. diſtrax. Ex titulo ergo à lege probato in alium transferebantur, & efficiebantur ſerui, qui cum patri remanciparētur, & venderentur iterum per fiduciarium patrem, item & per naturalem patrem, iure optimo dicebātur manumitti non amplius vt filij, ſed vt ſerui empti, & ſi venditio hæc imaginaria eſſet: ſi ergo priſca tempora inſpicias, quibus hæc ſolennia ſeruabantur, vera erit & propria manumiſſio, etiam in filijs.

Eadem iura præſtantur parenti. D

Ne iuuenum animos deciperet æquiparatio hęc vniuerſalis, Accurſius differentias notat, quæ ſunt inter patrem emancipantem, & patronum manumittentem. Sępe enim euenit, vt, etſi leges duo paria eſſe teſtentur, inter ea tamē non nihil diſcriminis inueniatur. l. Tam is. & l. Illud. ff. de dona. cau. mor. de quo alibi.

» §. SED ET SI PATER FILIVM, QVEM
» in poteſtate habet, auo vel proauo naturali ſecūdum
» noſtras conſtitutiones ſuper his habitas, in adoptio- E
» nem dederit: ideſt, ſi hoc ipſum actis interueniētibus
» apud competentem iudicem manifeſtauerit, pręſente
» eo, qui adoptatur, & non contradicente, necnon eo
» præſente qui adoptat, ſoluitur quidem ius poteſtatis
» patris naturalis: tranſit autem in huiuſmodi paren-
» tem adoptiuum, in cuius perſona & adoptionem eſſe
» pleniſſimam antea diximus.

Actis interuenientibus.

Non ad probationem tantum, ſed ad ſubſtantiam & validitatem adoptionis. l. vlt. C. de adoptio. ibi (Interuenientibus actis:) quod frequentius Doctores probant. F

„ §. ILLVD AVTEM SCIRE OPORTET,
„ ꝙ ſi nurus tua ex filio tuo cōceperit: & filium poſtea
„ emancipaueris, vel in adoptionem dederis, pregnan-
„ te nuru tua: nihilominus quod ex ea naſcitur: in pote-
„ ſtate tua naſcitur: ꝙ ſi poſt emācipationem vel ado-
„ ptionem conceptus fuerit: patris ſui emancipati, vel
„ aui adoptiui poteſtati ſubijcitur. Et quidem neq; na-
turales

A turales liberi, neq; adoptiui vllo pené modo possunt cogere parentes de potestate sua eos dimittere.

Et quidem neq; naturales liberi.

Accursius repetenda dicit ex superiore versic. verba illa (Scire oportet:) quod minime necessarium esse censeo. Est enim separata sectio, & verba per se subsistunt.

Vllo pené modo

B Ideo pené dixit: quia plures sunt casus, quibus filius patrem cogere potest, quos hic Accursius enumerat, nos hic in commentarijs nostris latius prosequimur.

De tutelis. Rubrica.

„ TRANSEAMVS NVNC AD ALIAM DI„ uisionem personarum. Nam ex ijs psonis, quæ in po„ testate non sunt: quædam vel in tutela sunt, vel in cu„ ratione, quædam neutro iure tenentur. Videamus er
C go de ijs, quæ in tutela vel in curatione sunt, ita enim
„ intelligemus cæteras personas, quæ neutro iure tenen„ tur. Ac prius dispiciamus de ijs, quę in tutela sunt. Est „ autẽ tutela (vt Seruius definit) vis ac potestas in ca„ pite libero ad tuendum eum, qui per ætatem se defen„ dere nequit, iure ciuili data ac permissa. Tutores au„ tem sunt, qui eam vim ac potestatem habent, ex qua „ re ipsi nomen acceperunt. Itaq; appellantur tutores, „ quasi tuitores atq; defensores: sicut æditui dicuntur, „ qui ædes tuentur.

Ad aliam diuisionem personarum. D



VNT qui intelligant nouam diuisionẽ personarum hoc in loco adijci: qđ Accursius, & alij plerią; hic inepte explicant. Ego cum Ioan. Fabri sentio hanc subdiuisionem esse. Cum enim nouissime in titulo de ijs qui sunt sui vel alie. iur. dictum esset, personarum, quasdam esse sui iuris, quasdam alieni iuris: aggreditur partem illam diuisionis earum. s. personarum, quæ sui iuris sunt: quarum quædam sunt sub tutela, quædã sub cura, quædam neutro iure tenentur. Ad eam igitur diuisionẽ referas, quæ (vt dixi) posita est sub titulo de ijs qui sunt sui vel alie. iur. non autem, vt quidam voluerunt, ad primam il- E lam positam sub titulo de iure personarum. Nam in numerum liberorum referri debent etiam ij, qui in parentum potestate sunt: At hic subdiuiditur pars eorum, qui in potestate non sunt, vt patet in principio, ibi: Nam ex ijs personis, quæ in potestate non sunt.

Est autem tutela &c.

Sumpta est hęc definitio ex. l. i. ff. de tute. omissa aũt sunt verba illa (constituta,) & (sua sponte,) quæ negotium fecerunt nostris, & pręsertim Iasoni. Si enim necessaria Seruio ad definitionem perficiendam visa sunt, damnandus est Iustinianus, ꝙ omiserit: si superuacanea, Seruius, ꝙ apposuerit. Iason existimat, quæ differentias respiciunt omitti posse F definiendo, secus si substãtiam rei respiciant: quod ꝙ ridiculum sit, nemo non videt. Cum enim definitio oratio sit substantiam vniuscuiusq; significans, ea autẽ substantia ex genere & differentijs constet, semotis differentijs, vel earum aliqua, iam definitio alteri conueniet. Nec ex alia causa dãnatur à Labeone idem Seruius in. l. i. ff. de dolo. Ego puto verba illa rectè posita, ac rectè etiam omissa. Quando enim dicimus vis atq; potestas in capite libero, verbum (constituta) tacitè subintelligitur propter dictionem (in,) quę ostẽdit potestatẽ illam sitam in loco. Pari ratione dum dicitur:

A qui per ętatem se defendere nequit, intelligitur per se & sua sponte, quod si addas, nihil mutes.

Vt Seruius definit.

Hunc Seruium Sulpitium fuisse credendum est, de quo præclaras illas laudes prædicat Cicero in Bruto, & in. viij. Philip. de quo in. l. ij. §. Seruius autem Sulpitius. ff. de orig. iur. Ipse. n. primus iuris sciētiam arte quadam pertractauit, partitionesq; definitiones, & hmōi ad Dialecticam pertinentia primus in legalem hanc disciplinam inuexit, vt esset B aliquando regula, qua vera à falsis dignoscerentur.

Vis atq; potestas.

Sunt qui ius legant, non animaduertētes paulopost eos tutores dici, qui eam vim ac potestatem habent. Ponuntur ergo duo hæc, vis. s. & potestas, loco generis: non q; diuersum significent, sed vt magis rem exprimāt coniuncta. Terent. in Heauton. Hic me magnifice effero, qui vim tātam in me & potestatem habeam tātæ astutiæ. Et Cicero lib. iij. de natu. deo. Improborum igitur prosperitates secundæq; res redarguunt (vt Diogenes dicebat) vim omnē deorum ac potestatem. Accursius, vel violētam potestatem, q; inuitis & in inuitos tribuat, vel vim ad cogendum, potestatē ad C imperandum intelligit, quod Bartholus nō probat: cum & mater & auia volentes dentur. l. ij. C. quando mul. tute. off. fun. poss. quinimo plurimi tutelas affectent, qui nō ideo minus tutores sunt. l. In eos. ff. de tute. & qui iustam excusatiōnē habentes, quā proponant, si omittunt, volentes tutores sint: at volens pupillus volentem tutorem petit. l. ij. ff. de tute. l. Illud cum seq. ff. de tuto. & cur. dat. ab ijs. Et si omnia hæc vnica ratione tollantur, q; definitio sumitur ab ijs, quæ communiter accidunt. l. Suus quoq;. §. Puto. ff. de hæred. insti. quam opinionem dānat Alciatus libr. vi. Paradoxorū cap. ix. Sed eam nos in nostris commentarijs defendimus.

In capite libero. D

Accursius caput hoc liberum pupilli accepit, quod nostri frequentius reprehendunt. Est enim potestas libero homini tributa ad tuendum eum, qui per ætatem se defendere nequit. Verba enim illa (ad tuendum eum) excludunt interpretationem Accursii. Igitur potestas hæc talis erit, quæ seruis non tribuatur. j. in tit. j. in princ.

Ad tuendum eum, qui per ætatem se defendere nequit.

Vt tueat̃ ergo tributa est homini libero vis hæc & potestas: Excluditur igitur domini ac parentũ potestas, (Vtraq; E enĩ potestas est in capite libero, sed non simpliciter ad tuendum & protegendum, vt tutela) item & cura, quę vis quidem est, & potestas in capite libero ad tuendum, sed bona, non hominem. l. In copulãdis. C. de nupt. Nam tutor potissimum personæ datur. §. Certæ. j. tit. i. Quod autem subijcitur (eum, qui per ætatem se defendere nequit,) excludit curatorẽ furiosi & prodigi: nam hi vim ac potestatẽ habent in capite libero ad tuendum eum, qui, nõ quidem per ętatẽ, se defendere nequeat, sed p̃ furorem, aut aliud impedimentũ.

Iure ciuili data ac permissa.

Placentinus contendit verba hæc definitionis non esse. F Azo contrarium sentit, & bene. Referuntur enim ad verba illa generis (vis ac potestas) iuris. s. ciuilis, nõ quidem ad excludendam tutelam sui corporis, de qua in. l. Vt vim. ff. de iusti. & iur. cùm iam ex prædictis constet exclusam esse, cùm non sit ad tuendum eum, qui per ætatem se defendere nequit: sed vt ostendat vim hanc ac potestatem iuris ciuilis inuentum esse. Hucusq; enim verba huius definitionis ab officio sumpta sunt, hæc verò sumuntur à causa efficiente. Lege enim. xij. tab. ita cautum erat.

» Tutores liberis in potestate testamento parentes danto,
» Si nõ sint dati, agnati qui successionẽ sperãt, tutores sunto.

Datam

A Datam autem et permissam variè exponit Accursius. Ego datam à lege intelligo, quantum attinet ad legitimam, pmissam autem ab eadem lege, vt.s. vel à iudice, vel à testatore detur. §. Permissum. j. eod. & ff. de tuto. & cura. dat. ab ijs.

Sicut æditui dicuntur, qui ædes tuentur.

Hoc idem Festus, qui æditituum intelligit sacræ ædis tuitorem, de quo Plin. lib. xxxij. cap. ij. & Au. Gellius lib. xij. cap. x. voluit verbum esse nouum, vsurpatū pro eo, quod prisci Romani æditimum dicebant, ex M. Varrone, Liuio Andronico, M. Tullio, & fabula Pomponij, & Lucretio li-
B bro. vi. Festus autē æditimum dictum fuisse quasi ædis intimum: quam etymologiam dānat Cicero in Topi. dum agit de postliminio. Aedituos ergo hîc accepit pro ijs, quos hierophilaces quasi sacrorum custodes appellat Scæuola in. l. Annua. ff. de ann. lega. hierophilaci enim eò loci legēdum est, vt alibi etiam aduertit Zasius. Aedes autē hîc intellige sacras, vt dixi, ex Festo. Solent enim Aedes in plurali numero frequentius accipi pro priuatis, quāuis vtroq; numero vtantur in sacris fm Vallam lib. iij. Elegantia.

» §. PERMISSVM EST ITAQVE PAREN-
» tibus, liberis impuberibus, quos in potestate habent,
C testamento tutores dare. Et hoc in filios, filiasq; pro-
» cedit omnimodo: nepotibus verò, neptibusq; ita de-
» mū parentes possunt testamento tutores dare, si post
» mortem eorum in patris sui potestatem non sunt re-
» casuri. Itaq; si filius tuus mortis tuæ tempore in pote-
» state tua sit, nepotes ex eo non poterunt ex testamen-
» to tuo tutores habere, quamuis in potestate tua fue-
» rint: scilicet: quia mortuo te, in patris sui potestatem
» recasuri sunt.

Impuberibus quos in potestate habent. D

Et si hodie tutoribus annumeratur, etiã naturali filio datus à patre in ijs, quæ ab eo relicta sunt. l. vlti. C. de confir. tuto. tamen magis naturæ curatoris accedit.

Testamento tutores dare.

Olim quidẽ codicillis, nisi testamento confirmati essent, non dabat tutor. l. iij. ff. de testa. mili. Sed hodie, cum semper tacitè confirmati censeantur. §. Non tantum. j. de codicill. sequitur, vt vtiliter etiam codicillis detur, si testamẽtum factum sit, aliàs non. l. Sæpe. ff. de verbo. signi. quamuis datus confirmetur. l. Qui à patre. ff. de confir. tuto. E

Procedit omnimodo.

Indistinctè & indifferenter, vt diximus. s. tit. præcedenti.

" §. CVM AVTEM IN COMPLVRIBVS
" alijs causis posthumi pro iam natis habeantur: & in
" hac causa placuit, non minus posthumis, quàm iam natis
" testamento tutores dari posse: si modo in ea causa
" sint, vt si viuis parentibus nascerentur, sui hæredes, "
" & in potestate eorum fierent. F

In compluribus alijs causis.

In ijs, scilicet, quæ eorum cõmodum respiciunt. l. Qui in vtero. ff. de statu homi. Hoc enim pro regula iuris ponitur.

Sui hæredes, & in potestate eorum fierent.

Licet copula diuersa coniungere soleat. Accur. in rub. ff. de iur. & fact. igno. & suus hęres necessariò potestatem patriam demonstret atq; exigat, & ob id superuacuò videantur apposita illa verba (Et in potestate) nõ est propterea ducendum argumentum, vt quis suus hęres esse possit, qui sub po

A testate nō sit, cum hoc alibi clarè dispenatur. §. Cæteri. j. de hære. quali. & diffe. Vt ergo dilucidior esset sermo, verba hæc apposuit Iustinianus. Rectius iureconsultus, à q hic locus sumptus est in. l. i. ff. de testa. tute. Satis fuit admonuisse.

» §. SED ET SI EMANCIPATO FILIO » tutor à patre datus fuerit testamento, confirmandus » est ex sñia Præsidis omnimodo. i. sine inquisitione.

Ex sententia Præsidis.

Alibi consulari potestate repleri dicitur in. l. i. ff. de cōfir. » tuto. & in. l. ij. C. de confir. tut. dicitur, A' iudice, ad cuius of» ficium ea res pertinet. l. In confirmando & . l. Vtilitatem. ff. B de confir. tuto. Prætoris id muneris fuisse ostendunt. Munus hoc est eius, qui dare potest: quod expressit Imperator in. d. l. ij. Hîc autem Præsidis nomen accepit, vel q generale sit. l. i. ff. de offic. Præsi. vel q hic locus sumptus sit ex aliquo, qui ad edictum prouinciale scriberet, vt alibi pluries animaduertimus.

Qui testamento tutores dari possint. Rubrica.

» DARI AVTEM TVTOR POTEST TE-C stamento, non solum paterfamilias, sed etiam filiusfa» milias. Sed & seruus proprius testamento cum liber» tate rectè tutor dari potest. Sed sciendum est, cum & » sine libertate tutorem datum, tacitè libertatem dire» ctam accepisse videri: & per hoc rectè tutorem esse. » Planè si per errorē quasi liber, tutor datus sit: aliud » dicendum est. Seruus autem alienus purè inutiliter » testamento datur tutor: sed ita, cum liber erit, vtili» ter datur. Proprius autem seruus inutiliter eo modo » tutor datur.

Sed etiam filiusfamilias. D


Iquidem patria poteſtas publicis muneribus impedimento non eſt.l.Filiusfamiliâs.ff.de ijs qui ſunt ſui vel alie.iur.

Seruus proprius teſtamento.

Non à iudice, quia ius dandæ libertatis alterius ſeruo nō habet.l.fi.ff.de natali.reſtituen. tutor autem eſſe nō poſſit, niſi caput liberum, vt ex definitione tutelę conſtat.

Et ſi ſine libertate.

Omiſſa.ſ.mentione libertatis: nam ſi voluiſſet tutorem eſſe ſine libertate contrà iuris regulas, non poſſet.l.Nemo pōt.ff.de lega.i.nec in re certa poſſet lex præſumere voluntatem teſtantis eſſe, voluiſſe illum eſſe liberum, quem tutorem eſſe voluit, ſciens tutorem eſſe non poſſe, niſi liber ſit, libertatis datione in ſua manu exiſtente, prout facit, quādo omiſſa eſt libertatis datio. E

Tacitè libertatem directam accepiſſe.

Directa libertas eſt, quæ à teſtatore in ſeruum collata eſt, ita vt hæredis factum neceſſarium non ſit: ꝙ ſi hæres dare libertatem iuſſus fuerit, ea fideicommiſſaria eſt.

Si per errorem quaſi liber tutor datus ſit. F

Id autem euenire poteſt, vel ꝙ ex cauſa hæreditaria ad eum pertineat.l.Qui in alterius.ff.de reg.iur. vel ꝙ humana fragilitas mortis cogitatione turbata minus potuerit plures res memoria conſequi.l.Hac conſultiſſima.§.At cum humana fragilitas.C.qui teſta.face.poſſ.

Seruus autem alienus purè inutiliter teſtamento datur tutor.

Pugnant inter ſe locus hic, &.l.Si hęreditas.§.fi.ff.de teſta.tute. atqꝫ ita pugnant, vt vix cōciliationi locus inueniri poſſit.

A possit. Hic enim inutiliter dari dicitur, ibi hanc inesse conditionem, cum liber erit: igitur nisi apertissime testatoris voluntas refragetur, potest ei defendi libertas fideicommissaria, quia nihil interest, an quis suum seruum, an alienum, tutorem scripserit: cum pupilli fauore, & publicæ vtilitatis gratia sit assumpta libertas in persona eius, qui tutor scriptus est. Conciliatio enim, quam frequentius Doctores nostri faciunt, vt hic de libertate directa agatur, ibi de fideicommissaria, probari non potest, propter verba sequentia, (Sed ita cum liber erit vtiliter datur.) Verbum enim illud (vtiliter) ponitur contraria figura eius, quod dictum est, inutiliter. Et cum seruus alienus datus tutor, cum liber erit, non consequatur ex ipsa
B datione directam libertatem: non potest interpretatio Doctorum accommodari.

Sed ita cum liber erit vtiliter.

Præsumit enim lex grauatum fuisse hæredem illum redimere, & manumittere, atque ita fideicommissariã relictam.

Proprius autem seruus inutiliter eo modo datur tutor.

Non potest tutor esse seruus, nisi liber sit: constat autem testatorem dominum dare libertatem noluisse, quod in sua
C potestate fuerat: ergo nec liber erit, quia noluit: nec tutor, quia non potuit, neque lex fouere voluit causam eius, qui cõmodum pupillorum distulit. Rationes autem Accursii falsę sunt. Vitiatur enim inutilis adiectio, l. Sed si sibi. ff. de stipu. seruo. Nec vitiari hic adiectionem constat, cum aduersatiue ponatur hic casus ad præcedentem, in quo valet datio: Quo fit, vt hic valere non possit.

» §. FVRIOSVS, VEL MINOR VIGINTI
» quinque annis tutor testamento datus, tutor tunc erit,
» quum compos mentis, aut maior vigintiquinque an-
» nis fuerit factus. Ad certum tẽpus, vel ex certo tem-

„ pore, vel sub conditione, vel ante hæredis institutio- D
„ nem posse dari tutorem, non dubitatur. Certæ autem
„ rei, vel causæ tutor dari non potest: quia personæ, nõ
„ causæ, vel rei tutor datur.

Tutor tunc erit, quum compos mentis.

Si furiosus testamento tutor detur, siquidem cum furere desierit, rectè tutorem datum omnes probant: ꝙ si datus sit purè, negabat Proculus valere dationem, credo ex eo, ꝙ inhabilis erat tempore, quo tutelæ datio confirmabatur. §. In extraneis. ĵ. de hære. quali. & diffe. Sed Pomponius verius esse ait rectè videri datum, & tũc fore tutorem, cum sapere cœperit: quod Vlpianus probat in. l. Si hæreditas. §. Si furiosus. ff. de testa. tute. quem hîc secutus est Iustinianus. Furiosus enim si tutor detur, potest intelligi ita dari, cum suæ mentis esse cœperit, vt inquit Paulus in. l. Furiosus. ff. de tute. Idem ergo posse voluerunt tacitam cõditionem, qđ expressa. Eam aũt tacitè subintellexerunt, vt actus sustineať. E

Ad certum tempus.

Id quod iudici non permittitur. l. Actus legitimi. ff. de diuer. regu. iur. Vsq; adeo enim confidit lex de paterna in filios prouisione, vt omnes quasi habenas stricti iuris relaxauerit. §. Præterea. ĵ. quib. mod. tute. finia. Hanc enim puto verissimam rationem, & si plures recẽseant Doctores sup earum veritate magnopere digladiantes. Quãuis enim leges plurimum iudici tribuant, videmus tamẽ tutorem à patre testamento datum cæteris preferri: quinimo vetari tunc Prætorem alium tutorem dare. Remittit lex præterea tutori testamento dato satisdationem, neq; exigit inquisitionẽ. Si enim in eligẽda persona tantum datum est patri, non debet mirum videri, si in modo etiã idem tribuatur: At in iudice diuersa est ratio. Cùm enim pupilli sine defensore relinqui non debeant à iudice, frustra iudex ex die, ad diem, & sub conditione daret, cum interim omnino alium vel tuto- F

A tem vel curatorem dare teneatur, ne pupillus sine defensore maneat. §. i. j. de Attilia. tuto. Cur enī ferat lex circuitum nullius propè vtilitatis aut commodi?

Vel sub conditione.

Idem si ad certam conditionem, vt si darem tutorē filijs meis Sempronium, vsq; quò Cęsar de Turcis triumphauerit. Ea enī conditione adueniente desineret esse tutor. l. Tutor datus. §. i. ff. de testa. tute.

Vel ante hæredis institutionem.

Olim quidem ante hæredis institutionem omnia inutiliter agebantur. Cum enim ea caput & fundamentum totius B testamenti esset, donec illud iactum non erat, nihil sup inde ædificari posse existimarunt: quod posteriores animaduertentes ineptum esse, cum sola volūtate, non scripturæ ordine constent vniuersa, quæ vno & eodem tempore singula disposita complectatur, scrupulosam hāc ambiguitatem de medio sustulerunt. §. Ante hæredis. j. de legat. iccirco etiā ante hæredis institutionem tutores hodie dari possunt. Nō enim puto, hoc olim licuisse, cum in tutelis eadē ratio versetur, quæ in legatis, de quo alibi fusius diximus.

C Certæ autem rei.

Hoc tamen iure vtimur, vt si rei (Italicæ puta) datus sit, datio subsistat. l. Si tamen. ff. de testa. tute. Quamuis enim vniuersitatem quandam rerum, non certam rem datio huiusmodi comprehendere videatur, tamē certæ rei datus intelligitur. l. Ex facto. ff. de hære. institu.

Quia personæ, non causæ, vel rei datur.

Quamuis enim plurimum lex tribuerit parentibus, noluit tamen naturam tutelæ euertere posse. Cum enim tutela sit potestas ad tuendum eum, qui per ætatem se defendere nequit, vt primum tutor causæ, non personæ tuendæ

daretur, iam tutor non esset. Primum enim munus tutoris D est tueri pupillos, bonis eos moribus imbuere, ac tandē personam parentis induere: & si per consequentiam quandam fortunas etiam pupillorum curare teneatur.

„ §. SIQVIS FILIABVS SVIS, VEL FI-
„ lijs tutores dederit: etiam posthumæ vel posthumo
„ dedisse videtur: quia filij vel filiæ appellatione, &
„ posthumus, & posthuma continentur. Quid si nepo
„ tes sint, an appellatione filiorum, & ipsis tutores dati
„ sunt? Dicendum est, vt & ipsis quoq; dati videantur,
„ si modo liberos dixerit. Cæterum si filios dixerit, nō E
„ continebuntur. Aliter enim filij, aliter nepotes appel
„ lantur. Planè si posthumis dederit, tam filij posthu-
„ mi, q̄ cæteri liberi continebuntur.

Quia filij vel filiæ appellatione posthu-
mus & posthuma continentur.

Non hoc ideo est, quod qui in vtero sunt, pro iam natis habeantur. l. Qui in vtero. ff. de statu homi. vt Doctores existimant: (Ea enim ratio vera esset, si de filijs natis mentio facta esset, tunc enim posthumi pro iam natis haberent iu- F ris fictione) sed quia tam filij sunt, qui in vtero sunt, q̄ qui nati: cum igitur vocētur sub hac qualitate (filij) omnes veniunt, nati sint, vel non, dummodo filij sint, non quidem fictione iuris, sed ipsa vi verbi.

Quid si nepotes sint?

Intellige quid si nepotes posthumi sint? Agitur enim hic de posthumis: hi ergo etiam veniunt liberorum appellatione. Quemadmodum enim (vt proximè diximus) filiorum appellatione ita veniunt posthumi, sicut nati, quum omnes æq; filij sint: ita liberorū appellatione veniunt descēdentes

A oẽs ex vi verbi, siue nati sint, siue in vtero: quia pariter descendẽtes, & pariter liberi sunt. l. Liberorum. ff. de verb. sign.


Aliter enim filij, aliter nepotes appellantur.

Accursius ex vsu loquẽdi hoc esse interpretatur contra propriam verborum significationẽ, quum contra sentiendũ sit. Nepos enĩ propriè filij appellatione non venit. l. Iusta. ff. de verbo. signi. Si enim ita filiorum appellatio nepotes cõprehendit, vt masculinum fœmininum concipit, vt ibi dicitur, id ex proprietate esse nemo dicit, sed ex interpretatione: at quando filiorum appellatio nepotes cõprehendit, id magis esse ex præsumpta disponentis voluntate censendum est, atque B ex ipso vsu loquẽdi, quam aliunde. l. Liberorum. ff. de verb. sign.

De legitima agnatorum tutela. *Rubrica.*

» QVIBVS AVTEM TESTAMENTO TVtor datus non est, ijs ex lege. xij. tab. agnati sunt tutores, qui vocantur legitimi. Sunt autẽ agnati, cognati per virilis sexus cognationẽ coniuncti, quasi à patre cõnati: veluti frater ex eodẽ patre natus, fratris filius, nepos'ue ex eo: itẽ patruus, & patrui filius, nepos'ue ex eo. At qui per fœminini sexus personas cognatione C iunguntur, agnati nõ sunt, sed alias naturali iure cognati. Itaque amitæ tuæ filius nõ est tibi agnatus, sed cognatus: & inuicem tu illi eodẽ iure coniungeris: quia qui agnascuntur patris, non matris familiam sequuntur.

Quibus autem testamento tutor datus non est.


ECVTI sunt posteriores legumlatores legẽ. xij. tabu. quæ agnatis ipsis legitimam tutelam deferebat sub ea conditione, si testamento tutores dati non essent. Ita enim verba concepta erant.

" Tutores liberis in potestate testamento parentes danto, D
" Si non sint dati, agnati q successionẽ sperant tutores sunto. Nimirum ergo si prior tutela est, quæ ex testamento defertur, & si testamento dati cæteris præferuntur. Existimauerunt Decemuiri illi primas esse partes parentibus dandas, quos sciebãt melius liberis suis cõsulturos, q̃ quiuis alius. l. Consilio. C. de cura. furio. quorũ dispositione cessante itum est ad agnatos. Id summa prouidentia factum fuisse testatur Vlpianus in. l. i. ff. eod. tit. vt ij, qui successionem sperarent, bona quoq; tuerenẽ, quæ quandoq; forsan pupillo præmoriente ad eos ventura essent. Ego diuersum sentio ab Vlpiano. (Id enim iure optimo mihi licere existimo, quum non agaẽ hîc de alicuius casus decisione inuertenda, sed de coniecturanda Decemuirorum ratione.) Quomodo enim tutela deferaẽ ad agnatos bonorum intuitu, quę ad eos peruenire possent: cum tutela potestas sit ad tuendum eum, qui per ætatem &c. nõ bona illius: quum aliâs cogatur agnatus tutelam eius etiam pupilli suscipere, cui nullum sit patrimonium? Dico igitur eam fuisse rationem, quia quum proximior agnatus speret cõmodum successionis, visum ęquum fuit legumlatoribus illum grauare etiam onere tutelæ, vt. s. tueatur illum, cuius successionis cõmodum ad eum redire posset: quod ex titulo. ĵ. de legi. patro. tute. clarissimè patet.

Qui vocantur legitimi. F

Legitimi tutores agnati proximi, & legitima eorũ tutela dicta est, non q illæ, quæ ex testamẽto, & illæ, quæ à iudice dantur, tanq̃ ex lege ipsa etiã pendentes legitimę nõ sint. l. Verbis legis. ff. de verb. signi. sed q à sola lege pendeat, soliq; legi innitatur. Aliâs legitimum dicitur omne id, quod secundum leges factum est: de legitimis nuptijs habeẽ in. l. Cum legitimę. ff. de statu homi. quas ita etiã appellauit Cicero libro. i. de Inuent. & legitima ætas, quæ à lege probata est. l. i. C. si aduer. rem iud. & Liuius lib. v. belli Punici. legitimam ætatem ad petendum consulatum dixit eam, in qua secundum leges petere permittebatur. Et legitima hęredi-

A tas, quæ sine facto hominis à sola lege defertur. l. Legitimã. ff. de peti. hæred. & legitimam vxorẽ dixit Martialis lib. v. Vxorem hanc potes dicere legitimam.

Et legitimum tẽpus, quod ab ipsa lege statutum est, Vlpianus in. l. Genero. ff. de ijs qui notan. infam. & Cice. lib. vij. ad Atticum. Præterijsse legitimum tempus dixit, vt succederet. Hinc legitimi dies dicebantur, quas nunc dilationes & terminos appellamus: quando vel accusatori ad accusandum, vel reo ad respondendum certi dies dabantur & præfiniebantur. & legitimum diem comitijs habendis dixit Cicero actio. iiij. in Verrem, in quo secũdum leges haberi possunt. Ea enim propriè legitima dicimus, quę ex legibus proB ueniunt: qđ optimè aperit Cicero libro de Inuent. Iam (inquit) legitima iura ex legibus cognoscere oportebit. & in Verrem, In iudicijs (inquit) qui decem laudatores dare nõ potest, honestius est ei nullum dare, quàm illum quasi legitimum numerum consuetudinis non explere.

Sunt autem agnati, cognati per virilis sexus cognationem coniuncti.

Cognatio ergo nomen generale est comprehendens etiã agnatos, cum in hac definitione loco generis sumatur. Est & nomen speciei illius, quę à fœmina ducit originem, vt ex hoc loco apparet. Quum enim qui per viros coniungũtur, nomen à iure ciuili sortiti sint, dictiq; fuerint agnati, qui per C fœminas coniunguntur, in nomine generis remãserunt, quod aliud speciale nomẽ non fuerit eis tributum, vt de adoptione, iustitia, iure ciuili supra diximus, & de pecunia, de petitione, de legitima hæreditate, & iurisdictione accidisse manifestum est. Id autẽ apertius docet Paulus in. l. Iurisconsultus. ff. de gradi. Nomen (inquit) cognationis à gręca voce συγγενὴς dictum videtur, συγγενεῖς enim illi vocant, quos nos cognatos appellamus. Cognati sunt, & quos agnatos lex. xij. tab. appellat: Sed ij sunt, qui per patrem cognati ex eadem familia sunt. Qui autem per fœminas coniungũtur, cognati tantum nominãtur. proximiores ex agnatis, sui di-

» cuntur. Inter agnatos igitur & cognatos hoc interest, quod D
» inter genus & speciē. Nam qui est agnatus, & cognatus est.
» Non vtiq; autem qui cognatus est, & agnatus est. Alterum
» enim ciuile, alterum naturale nomen est. Id quod etiā Mo-
» destinus expressit in.l. Inter agnatos.ff. Vnde legiti. Inter
» agnatos (inquit) & cognatos hoc interest, quòd in agnatis
» & cognati continentur: in cognatis non vtiq; agnati. verbi
» gratia: frater, idest, patruus, & agnatus est & cognatus: ma-
» tris autē frater, idest, auunculus, cognatus est, agnatus non
» est. Et idē Modestinus in.l. Non facile.§.i.ff. de gradi. Co-
» gnationis substantia bifariam apud Romanos intelligitur.
» Nam quædam cognationes iure ciuili, quædā naturali con
» tinentur: nonnunq; vtroq; iure concurrente, & naturali & E
» ciuili copulatur cognatio. Et quidē naturalis cognatio per
» se sine ciuili cognatione intelligitᷓ, quæ per fœminas descen
» dit, quæ vulgò liberos pariunt. Ciuilis aūt per se (quę etiam
» legitima dicitur) sine naturali fit cognatione per adoptio-
» nem. Vtroq; iure consistit cognatio, cum iustis nuptijs con
» tractis copulatur. Sed naturalis quidem cognatio hoc ipso
» nomine appellatur: ciuilis autem (licet ipsa quoq; per se ple
» nissimè hoc nomine vocetur) propriè tamen agnatio voca
» tur, videlicet quæ per mares contingit. Hoc tamen latius
» Theophilus hic. Cognatio nomen generale est, & in tria di
» uiditur: in parentes, liberos, & propinquos ex latere. Paren
» tes sunt, qui nos genuerunt: pater, mater, auus &c. Liberi, F
» qui ex nobis nascūtur: filius, nepos &c. Ex latere veniunt,
» qui neq; nos genuerunt, neq; à nobis gignuntur, sed eandē
» stirpem & radicem nobiscum communem habent: veluti,
» frater, patruus, consobrinus, & qui ex his nascuntur. Porrò
» cognatio hęc, quę ex latere venit, in duas species diuisa est,
» in agnatos & cognatos. Et agnati quidem sunt, qui per viri
» lem sexum nobis iunguntur: veluti, frater ex eodem patre
» genitus, & liberi eius: item soror ex eodē patre genita: tum
» patruus & liberi eius, deinde & amita. Cognati verò sunt,
» qui per fœminam nos contingunt: vt soror eadē matre tan
» tum genita, ac liberi eius: item matertera ac liberi eius: tum

& amitæ

A & amitę liberi. Agnati autem, & legitimi dicuntur, à lege. £
» quasi græce dicas νόμιμους: dicuntur verò & cognati, quasi
» dicas naturales: quoniam quos ius ciuile nouit, hos & natu
» ra nouit. Cognati verò tantum habent cognationē natura-
» lem. Quos.n.natura nouit, hos non ptinus nouit ius ciuile.

Quasi à patre connati.

Legendum puto congeniti. Ita enim legit in.l. Sunt autem.ff.eod. vnde sunt sumpta verba huius textus. Iustinianus.j.de legiti.agnato.success. quasi à patre connati dicit: vbi verbum (eodem) deficere certum est. Debet enim legi (quasi ex eodem patre connati:) quæ tamen deriuatio ma-
B gis cōuenit cognatis, quos Vlpianus in.l.i.ff. Vnde cogna. dicit inde dictos eē, quasi ex vno natos: aut (vt ait Labeo) quasi commune nascendi initium habuerint. Caius tamen in.d.l. Sunt autē. (quasi à patre cōgeniti) dixit. Ita enim ibi legendū est, non (cognati) vt in vulgatis codicibus. Alciatus tamen lib.iij. Parergon iuris cap.pen. putat agnatos dici, quasi adnatos, & sic iuxta nos natos: sicuti Plinius agnata membra dixit, quæ prope alia suboriuntur: vt in sedigitis videmus. Filius igitur patri suo nō adnatus, sed natus est: ꝙ si filiorum, non contemplatione patris, sed inter se, mentio est, tunc adnati sunt: quia omnes iuxta ac prope, eodemq́ gradu geniti sunt. Vnde lex ait: proximiores ex agnatis sui
C dicuntur.l. Iurisconsultus.§.i.ff.de gradi. & superius dixerat, nepotem auo suo sine dubio agnatum non esse.l. Scripto.ff. Vnde libe. In primis hoc animaduertisse volo Alciati deriuationem ab ea differre, quam Caius & Iustinianus probauere, ꝙ quasi ex eodem patre congeniti, non ꝙ iuxta sint nati. Adde, quòd solemus iuxta nata adnata, non agnata vocare Plin. libr.xvi. cap.xliiij. Viscum autē in quercu,
» robore, ilice, piro syluestri, terebinto, nec aliis arborib⁹ ad-
» nasci. Idem libro.xxvij.cap.xi. Caule longo hirsuto adna-
» tis multis cubitalibus. Au. Gellius: Dentes quoq́, & in se-
» ptem primis mensibus, & septenos ex vtraq́ parte gigni, et
» geminos adnasci annis ferè bis septenis. Alciatus præterea

in.l.Filius.ff.de suis & legit. negatiuam addit contra fidem D omnium librorum tam vulgatorum, q̃ manu scriptorum, & in Florentino exemplari negatiua nõ adest: neq; ideo repugnat.l.Iurisconsultus. Quinimmo hæc ipsa probat agnatos esse filios, q̃ pximiores ex agnatis sui dicantur. Quãuis enim aliud nomen sortiti sint, non ideo minus agnati dicũtur patri. Probo vlterius: datus in adoptionem, non fit cognatus, quibus non agnascitur.l.Qui in adoptionem.ff.de adoptio. cui ergo fit cognatus, agnascitur: sed datus in adoptionẽ patri fit cognatus.l.Non facile.§.Sciendum.versic. In adoptionem.ff.de gradib. ergo ei fit agnatus: ergo filius potest patri esse agnatus, quamuis (vt dixi) habeãt quo ad successiones, & tutelas, tractatus p̃cipuos & singulares: nã E non ideo minus sunt agnati: Patet hoc: filij iure ciuili vocantur, vt sui: iure Prætorio per edictum Vnde liberi: At si tempore, vel repudiatione excludant à primo capite, vnde.s.liberis bonorum possessio defertur, succedũt ex successorio edicto, & admittuntur per Vnde legitimi: quod non accideret aut eueniret, nisi ipse quoq; legitimus, idest, agnatus esset.l.i.§.Sed est sciendum.ff.de success. edict.l.ij.in prin.ff. Vnde legi.tex. apertus in.l.De bonis.§.Huic autem.ff.de Carbo.edic.in.l.pen.§.i.ff.quis ordo in bon.possess.serue. Dictio enim (tanq;) exprimit eo loci non quidẽ improprietatem, sed proprietatem, quia agnatus est. Solus textus in d.l.Scripto, scrupulum inijcit: Tamen id ego sensisse iuris F cõsultum existimo, nepotem quidem agnatum esse, sed nõ esse agnatum, qui succedere.s.possit, cùm nõ sit proximus: si enim pater præcedit, nõ est proximus agnatus: si pater de medio sublatus sit, remanet nepos suus: & vt suus, non vt agnatus, succedit. Accedit, q̃ pater post emãcipationẽ con tracta fiducia factam remanet agnatus filio.§.vlti.ĩ.de legi. agna.success. ergo antea erat: q̃ si pater filio est agnatus, filius quoq; eidem iure relationis esse debet.

Sed alias sunt naturali iure cognati.

Cognati enim dicunt̃ natura ipsa coniuncti, agnati verò

A iure ciuili. Adinuenit enim ius ciuile coniunctionem quandam generis familiarum, ac stirpium, separatã à iure cognationis, ob maiorum suorũ dignitatem conseruandam, quã natura ipsa non agnouit, quæ omnes pariter respexit ab ea coniunctos.

„ §. QVOD AVTEM LEX XII. TABVL. „ ab intestato vocat ad tutelam agnatos: non hanc ha„ bet significationem, si omnino non fecerit testamen„ tum is, qui poterat tutores dare: sed si quantum ad tu B telam pertinet, intestatus decesserit: quod tunc quo„ que accidere intelligitur, cum is, qui datus est tutor, „ viuo testatore decesserit.

Ab intestato.

Putarunt aliqui duas esse dictiones, quasi ex nomine, & præpositione constent, quãdo vnum est aduerbiũ. Aphri„ canus in.l. Ab intestato. ff. de iure codicill. Ab intestato fa„ ctis codicillis, relicta etiam postea natus intestati successor „ debebit. Quicunq; enim ab intestato successerit; locum habent codicilli. Reperitur etiam aduerbium intestatò apud C Sceuolam & Paulum, quo vsus est etiam M. Tullius lib. ij. „ de Inuent. Si paterfamiliâs intestatò moritur, familia, pecu„ niaq; eius agnatorũ gentiliumq; esto. & actione. iij. in Ver„ rem. Si tabulæ testamenti non proferentur, tum vti quenq; „ potissimum hæredem esse oporteret, si is intestatò mortuus „ esset, ita secundum cum possessio daretur, & de Oratore. „ Paterfamiliâs intestatò mortuus est.

„ §. SED AGNATIONIS QVIDEM IVS „ omnibus modis capitis diminutione plerunq; peri„ mitur. Nam agnatio iuris ciuilis nomen est. Cogna„ tionis vero ius non omnibus modis commutatur:

„ quia ciuilis ratio, ciuilia quidem iura corrumpere po D
„ test: naturalia vero non vtiq;.

Omnibus modis.

Qualibet. s. capitis diminutione, & sic omnibus modis, quibus capite quem diminui contingit.

Plerunq; perimitur.

Id enim regulariter & sępius contingit, quãuis non semper, vt Accursius hic admonet.

Naturalia vero non vtiq;.

Non quia natiuitate contractæ sint, vt Accursius existimat, sed quòd natura ipsa ex cõiunctione ius hoc sanguinis producat ad omnes idem principium habentes, siue illud à masculo processerit, siue à fœmina. Naturale enĩ propriè dicitur, quod secundum naturam est, & quod ipsa fert natura. Non vtiq; autem dixit, idest, non ita simpliciter, passim, „ & indistinctè. Cicero de Diuinat. Faba Pythagorei vtiq; „ abstinuerũt. Ponitur enim hoc verbum pro pariter & æq;, quomodo etiam Cicero accepit lib. ij. ad Atticum. Nam & „ Piliæ satisfaciendum est, & vtiq; Atticæ. Accursius exponit pro certè, vt. s. naturalia capitis diminutione non tollantur, cum sint immutabilia. §. Sed naturalia. ff. de iure natu. gen. & ciui. quod si probaremus, fateri cogeremur eadẽ ratione maximam & mediam capitis diminutionem similiter non tollere: quod falsum est. §. Quod autem. j. de capi. dimi. Rem apertius declarat idem Iustinianus ibi. E

De capitis diminutione. *Rubrica.*

„ EST AVTEM CAPITIS DIMINVTIO,
„ prioris status cõmutatio. Eaq; tribus modis accidit.
„ Nam aut maxima est capitis diminutio, aut minor,
„ (quam quidam mediam vocant) aut minima. Maxima

A xima capitis diminutio est,cum aliquis simul, & ciui-
» tatem,& libertatem amittit,quod accidit ijs,qui ser-
» ui pœnæ efficiuntur atrocitate sententiæ: vel libertis,
» vt ingratis erga patronos condemnatis: vel ijs, qui
» se ad pretium participandum venundari passi sunt.
» Minor,siue media capitis diminutio est, cum ciuitas
» quidem amittitur,libertas verò retinetur. quod accí
» dit ei,cui aqua & igni interdictum fuerit,vel ei qui in
» insulã deportatus est. Minima capitis diminutio est,
» quum ciuitas retinetur & libertas,sed status hominis
B commutatur,quod accidit ijs, qui quum sui iuris fue-
» rint,cœperunt alieno iuri subiecti esse,vel contra: ve
» luti si filiusfamilias à patre emancipatus fuerit,est ca-
» pite diminutus.Seruus autem manumissus capite nõ
» minuitur:quia nullum caput habuit. Quibus aũt di-
» gnitas magis,q̃ status permutat,capite nõ minuun-
» tur:& ideo Senatu motos capite non minui constat.

Est autem capitis diminutio.

CAPVT hic accipe pro statu,vt Cicero etiã acce
C pit libro.i.de Orato. Capitis nostri sępe accidere
» potest, vt causæ versentur in iure. & paulopost.
» Quam possumus reperire ex omnibus rebus ci-
» uilibus causam contentionemq; maiorem de ordine,de ci-
» uitate, de libertate, de capite hominis consularis. Hinc &
apud eundem causa capitis dicitur, & iudicia capitis.

Prioris status commutatio.

Puto ego inducendum esse illud verbum (prioris) q; eo non vtatur iureconsultus in.l.i.ff.eod. vnde verba hæc in hunc locum translata fuere,& si Theophilus hic in sua defi nitione addat, dicens capitis diminutionem esse affectionẽ

ex circunstantia iuris ciuilis contingentem, statum eius, qui D
eam patitur, aut mutans, aut minuens. cùm tñ effectus potius sit iuris ciuilis capitis diminutio, & verbum (minuens) frustra ponatur, quasi qui minuat, nō mutet. Errant tamen Accursius & cæteri, qui hîc capitis diminutionem definiri credunt: cùm non videant non addi differentias, quæ rem definitam non relinquant cōmunem. Nam status hominis ingenuitatē etiam respicit, & libertinitatem (vt ita loquar.) l.ij.ff.de statu homi. & tamen qui ius aureorum annulorū impetrauit, qui ex libertino fit ingenuus.l.vlt.ff.de iure aure.annu.& si mutet statum, non dicitur capite minui, quāuis alibi iurisconsultus in.l.Falsa.§.Sed & si cui.ff.de cōdi.& demon. augeri illi honorem, nō conditionem immutari E
dixerit. Dicēdum igitur est, capitis diminutionē esse status mutationē, libertatem, ciuitatem, vel familiam adimētem.

Eaqꝫ tribus modis accidit.

Ausonius, Triplex libertas, capitisqꝫ minutio triplex. Ideo autem est triplex, quia tria sunt, quæ habemus, libertatem, ciuitatem, familiam. Singulæ enim capitis diminutiones singulas ex prædictis perimunt.l.vlti.ff.eod.tit.

Quam quidam mediam vocant.

De Paulo sensit, qui ita eam appellat in.l.vlti.ff.eod.tit. F

Cum aliqs simul, et libertatem, & ciuitatē amittit.

Amissa enim libertate statim ciuitatis ius perimitur, cum nemo non liber ciuis Romanus esse possit.§.fi.s.de liberti.

In ijs, qui serui pœnæ efficiuntur.

Qualiter id accidere possit, diximus.s.in titul.quib.mo. ius patr.potes.solui.

Atrocitate sententiæ.

Non quia iniusta sit, atrox dicitur: sed quia seorsum, considerato tantum effectu, atrox videtur. Nam & actiones

A omnes à lege proditæ iustæ sunt: & tamen furti actionem, quæ æquissima est, atrocē dixit Imperator in.l.vlti.§.Cum autem.C.de furt.& atrocitatem verborum eadē figura in.l. Si manumissori.C.de obseq.patr.præstan. & atrociter verberare iureconsultus in.l.Siquid erit.ff.de offi.Proconsf.& Legati. Dicuntur igitur magis atroces sententiæ, atroces actiones, & huiusmodi, quia seueræ, quàm quod crudeles sint: nisi effectum ipsum à causa separatum inspicias. Hoc etiam modo intelligendus est Iustinianus in.l.ij.§.Septimus.C.de vete.iur.enucle.

Vel libertis vt ingratis erga patronos condemnatis.

B Ingenuis etiam eorum libertorum filijs.l.vlt.C.de libert. & eorum liber., siue patre viuo, siue mortuo, vt voluerunt Accursius, & Ange. ibi, & Inno. in.c.De famulis.in fi.de ser.non ordi. Reuocantur autem varijs ex causis: nam patronus, qui non sua sponte, sed ex iussu testatoris (puta) aut quauis alia necessitate coactus manumisit, ius reuocandi in seruitutem non habet. Nemini enim permittēdum est eam libertatē auferre, quam si nō dedisset, dare cogeretur.l.ij.C. de oper.liber.l.i.C.de liber.& eorum libe. at quoniam graue hoc delictum est, siquid durius in manumissorem admissum fuerit, iudex ipse pro rei, loci, ac personarum conditio-C ne pœnam statuet.l.i.ff.de iure patro. qui si sponte sua manumisisset, distingui solet, an.s.patronus iura patronatus remiserit: & ex his tantum causis reuocetur libertus in seruitutem, ex quibus donatio ipsa reuocatur.§.Illud. Nouella vt liber.de cætero.& causæ enumerantur in.l.vlti.C.de reuo.dona. si verò non remisit: ex quauis etiam leui offensa, quæ in faciendo consistat, reuocetur.l.ij.C.de libert.& eorum liberis.si verò culpa, negligentia potius, & omissione officij contrahatur: si ea leuis sit, non reuocetur.l.Solo.C.de libe. cau.si grauis, vt si egenti patrono, vel ægrotanti & inopia laboranti neglexit succurrere, dum posset, reuocetur.l.Alimenta.§.i.ff.de liberis agnoscen. Ego tamen in cōmenta-

rijs diſſentio, quę in illum locum reijcienda putaui, q̄ men tis noſtræ ſit tantum verborum veritatem aperire adoleſcē tibus. Hoc tantum admonuiſſe ſufficiat, hoc primùm autore Tranquillo ſanxiſſe apud Romanos Claudium Cæſarē, vt liberti in ſeruitutē reuocari poſſint. Tacitus verò, lib. xiij. Neroni tribuit, quamuis apud Athenięſes olim obſeruaretur, vt de hoc Athenarū inſtituto Valerius lib. ij. cap. j. elegantiſſimè diſſerit. Abi igit(inquit Valerius) & eſto ſeruus quoniam liber eſſe neſciſti: quæ verba Græco cuipiam Philoſopho tribuit Baldus in. l. i. C. de ingra. lib. D

Vel ijs, qui ſe ad pretium participandum.

Quæ ad hunc locum declarandum neceſſaria eſſent, petenda ſunt ex titulo. ſ. de iure perſona. E

Cui aqua & igni interdictum fuerit.

Videnda ſunt, quæ ſcripſimus in titulo. ſ. quib. mod. ius patriæ poteſt. ſolui.

Sed ſtatus hominis commutatur.

Melius iureconſultus in. l. vlti. ff. de capi. dimi. (quando familia mutat.) Nam qui ſui iuris fit per mortem patris, tranſit de ſtatu alieni iuris ad ſtatum ſui iuris, et tamen capite nō minuitur. l. Si filiusfam. §. fi. ff. ad Macedo. & filij arrogati, quāuis non mutent ſtatum, quia è patris naturalis poteſtate tranſeunt in poteſtatem aui arrogatoris, tamen quia mutant familiam, capite minuuntur. l. Liberos in prin. ff. eo. tit. Idem hodie puto de adoptatis ab auo vel proauo materno, quia & familiam mutant, & à patre naturali transfertur poteſtas patria in adoptiuum ex ratione, quā probat iureconſultus in. d. l. Liberos. F

Quia nullum caput habuit.

Non enim quælibet mutatio ſtatus capitis diminutio eſt, (vt dicebā) ſed illa, quæ vel libertatem, vel ciuitatem, vel familiam adimit. Cum igitur ſeruus, dum ſeruus eſt, nec liber ſit,

A ber sit, nec ideo ciuis, & minus familiam habeat, quum non sit quid adimatur, aut mutetur ex prædictis, capite diminui nō dicitur. Hoc enim est, quod dixit, (Quia nullum caput habuit) Præterea cum durante seruitute ius ciuile seruum non agnoscat. l. Quod attinet. ff. de diuer. reg. iur. statim vt sit liber, est ac si tunc nasceretur iuri ciuili: non enim ius ciuile reperit, quod mutet, in eo, qui antea (quod ad ipsum ius ciuile attinet) non erat. Qua ratione qui semel liber factus, postea reuocatus in seruitutem manumittitur, quāuis alias caput habuerit, cum tamen tunc, cum fit liber, nec libertatem habeat, nec ciuitatem, nec familiam, quam amittat, capite minui non potest.

B

Quibus autem.

Propriè accipe, vt Valla declarat libro. ij. Elegantia. Est enim coniunctio discretiua, & quamuis aliquando exponatur pro dictione (sed) nihil tamen prohibet, ꝙ hoc in loco propriè accipiatur: quare falsa est expositio Accursii.

Dignitas magis, quā status permutatur.

Impropriè vtitur verbo (permutat.) Non enim permutari dicitur, quod amittitur: sed quando de dignitate ad dignitatem fit transitus.

C

Et ideo senatu motos.

Mouebantur Senatu ciues à Censoribus plerūq;. Asconius in Diuinatione, Censores quintoquoq; anno creari solebant: hi prorsus ciues sic notabant, vt qui Senator esset, eijceretur Senatu: qui Eques Romanus, equum publicum perderet: qui plebeius, in centum tabulas referretur, & ærarius fieret, ac per hoc nō esset in albo centuriæ suæ. Sallust. in Catili. In ea coniuratione fuit. Q. Curius homo nobilis factiosus, quem Censores probri gratia Senatu mouerunt. Id ex lege. xij. tab. sumptū esse Cicero lib. iij. de legi. testat. Probrum in Senatu non relinquunto.

Permissum tamen est ex constitutione Veri & Antonini D Senatu motos Romæ morari. l. Senatorem. ff. de senato.

„ §. QVOD AVTEM DICTVM EST, MA„ nere cognationis ius etiam post capitis diminutionē: „ hoc ita est, si minima capitis diminutio interueniat: „ manet enim cognatio. Nam si maxima capitis dimi„ nutio interueniat, ius quoq; cognationis perit: vtpu„ ta seruitute alicuius cognati: & ne quidē si manumis„ sus fuerit, recipit cognationem. Sed & si in insulam „ quis deportatus sit, cognatio soluitur. Quum autem E „ ad agnatos tutela pertineat, nō simul ad omnes perti„ net: sed ad eos tantum, qui proximiores gradu sunt. „ Sed si plures eiusdem gradus sunt, ad omnes perti„ net: veluti si plures fratres sunt, qui vnum gradum „ obtinent, pariter ad tutelam vocantur.

Manet enim cognatio.

Ea. s. ratione, quia minima capitis diminutio non mutat nisi familiā, cognationis aūt ius nō familiam, sed ius sangui nis respicit. l. Non facile. §. i. ff. de gradi. & dixi supiore titu. F

Ius quoq; cognationis perit.

Ius enim hoc ab ipso iure ciuili prouenit, & si cognatio ipsa naturalis sit: quod suprà in titulo de iure natur. gen. vel ciui. attigimus. Quum enim intercurrente maxima capitis diminutione fiat ille seruus, quē ius ciuile non cognoscit. l. Quod attinet. ff. de reg. iur. nimirum si deficiēte quasi subie cto intercidunt ea, quæ illi inhærebant.

Et ne quidem si manumissus fuerit.

Siquidem manumissio non ad restituendum aliqd emanauit, sed ad nouum hoīs statum inducendū introducta est.

A Qui proximiores gradu sunt.

Consyderata. s. persona pupilli. l. Si reliquero. ff. de legit. tuto. Cum enim tutela deferatur, vt sequela quędam hæreditatis, vt in titulo sequenti constat, meritò sequitur, ꝙ cum ad proximiorem deferatur hęreditas, ad eundem quoq; tutelæ onus deferatur.

De legitima patronorum tutela. Rubrica.

EX EADEM LEGE XII. TAB. LIBERtorum & libertarum tutela ad patronos liberosq; eo
B rum pertinet, quæ & ipsa, legitima tutela vocatur: non
" quia nominatim in ea lege de hac tutela caueatur: sed
" quia perinde accepta est per interpretationem, ac si
" verbis legis introducta esset. Eo enim ipso ꝙ hæredi
" tates libertorũ libertarumq;, si intestati decessissent,
" iusserat lex ad patronos liberos ue eorum pertinere:
" crediderunt veteres voluisse legem etiam tutelas ad
" eos pertinere: cum & agnatos, quos ad hæreditatem
" lex vocat, eosdem & tutores esse iusserit: quia plerũq;
" vbi successionis est emolumẽtum, ibi & tutelæ onus
" esse debet. Ideo autem diximus plerũq;, quia si a' fœ
C mina impubes manumittatur, vt ipsa ad hæreditatem vocetur, tamen alius est tutor.

Ad patronos liberosq; eorum pertinet.


RDINE tamen successiuo, non simul: quia, vbi aliqua ratio charitatis, vel pietatis intercedit, simul vocati ordine successiuo vocati intelliguntur: sicut ad eiusdem etiam successionem eodem ordine veniunt. l. Tutela. §. Si duo. versicu. Sed si omnes.

ff. de legi. tuto. Quoties enim dubium emergit, ad quem ex pluribus spectet tutela liberti, successionis ius inspiciẽdum est. d. §. Si duo. versic. Proinde si alter. D

Quæ & ipsa legitima vocatur.

Exponit Accursius, quasi dicat non solum aliæ quædam legitimæ sunt, sed & hæc: quod ego non probo. Ad superiorem enim se refert tutelam legitimam, ac si dixisset, præter superiorem, hæc quoq; legitima est.

Non quia nominatim.

Nominatim, hoc est, expressè dixit, quasi mentione patronorum facta. Cicero ad Sulpi. lib. xiij. Sed duo, quæ à te nominatim rogo. est tex. in. l. Ob quæ vitia. §. Animi autẽ vitium. ff. de Aedil. edic. ibi, Et ideo nominatim de errone & fugitiuo excipitur. E

De hac tutela caueatur.

Frequens est elocutio apud iurecõsultos, qui cauere pro disponere ordinare'ue accipiunt: Sic Vlpianus in. l. Epistola. ff. de pact. Epistola (inquit) qua quis cohæredem sibi aliquẽ cauit. Reperit in hoc significatu aliquoties apud Plin.

Crediderunt veteres.

Cum enim prudentum interpretationes ex opinionibus ac sententijs constent. §. Responsa prudẽtum. ĩ. de iure natu. gen. & ciui. aptè vsus est Imperator verbo (crediderũt,) cum enim mens Decemuirorum lateat, id crediderunt voluisse, quod ex ijs, quæ voluerunt, deprehẽdi potest, verisimiliter ipsos quoq; responsuros fuisse, si consulti super hoc fuissent. F

Quia si à fœmina impubes manumittatur.

Hanc legem à Solone accepisse Decemuiros, cõstat ex ijs, quę Laertius refert. Is enim in suis legibus statuisse dici

A tur: Tutelam virile tantum munus esse, fœminasq; tã abesse voluit à negotio tutelæ, vt tutorem habitare apud pupillorum matrem (forte etiam honestatis causa) prohibuerit. Ad idem. l. Tutela plerunq;. ff. de tute.

De legitima parentum tutela. Rubrica.

EXEMPLO PATRONORVM, RECEPTA est & alia tutela, quæ & ipsa legitima vocatur. Nam siquis filium, aut filiam, nepotem, aut neptem ex filio, & deinceps impuberes emancipauerit, legitimus eo-

B rum tutor erit.

E xemplo patronorum.

VAGARI paululum libet, vt non tantũ locus hic aperiatur, sed alij quãplures. Parentes ad tutelam vocari exẽplo patronorum dicit hîc Iustinianus, proptereaq; tutores legitimos fieri, omnes passim non distinctis temporibus intelligunt: quæ tamẽ distinguenda fuerant, cum per consequẽtias hæreditatum ad tutelam vocentur. Quare si leges. xij. tab. spectemus, consyderandum puto, eo tẽpore altero de duobus modis eman-

C cipare consueuisse parentes, aut. s. fiducia cõtracta, aut simpliciter: Contracta autem fiducia emancipasse intelligo patrem, quãdo in imaginaria illa venditione, per quam fiebat emancipatio (vt declarauimus suprà in titul. quib. mod. ius patri. potes. sol.) pater filium vendens, fiduciam contrahebat, vt ille. s. emptor tandem patri remanciparet filium, iuraq; omnia ex emancipatione sibi quęrenda in eundẽ transferret. Est enim fiducia cõtractus ille, quem vulgò pactum dicimus de reuendendo, vt Liuius lib. ij. de bello Macedo. & Boetius lib. iiij. Topi. nos docent, vt. s. cum in suam potestatem reuersus esset quasi seruus, illum ipse postea manumitteret. Libet verba Boetij referre: Fiduciã (ait) accepis-

„ se dicitur, cuicunque aliqua res ea lege mancipatur, vt manci D
„ panti aliquando remancipet, veluti si quis dubium tempus
„ timens potentiori amico fundum mancipet, vt cum tẽpus
„ illud suspectum præterierit, reddat. Hæc mancipatio fiduciaria nominatur iccirco, quod restituendi fides interponatur. Quando enim simpliciter emancipatio fiebat, non contracta fiducia: manumittebatur filius ab eo, qui fiduciarius pater propterea appellabatur, quod pater illi fiduciam haberet, quod eum filium pudore quodam permotus, (vt olim in fideicõmissis eueniebat. ĩ. de fideicom. hære. in prin.) postquã illi emptus fuisset, manumitteret, omniaque iura ex manumissione quæsita in naturalem patrem transfunderet. Si ergo pater contracta fiducia emancipabat, quia. s. ipse esset, qui E manumitteret, consequebatur ipse iura quasi patroni in bonis emancipati: Hoc enim est emancipare cõtracta fiducia, non quod ius succedendi sibi reseruaret, vt omnes intelligunt per tex. in. l. vlt. C. de eman. lib. ibi: (Et si nõ specialiter hoc sibi seruauerit.) Qui enim fieri potest, vt reseruaret, quod prius non erat? siquidem ante emancipationẽ pater omnia iure peculij vendicabat, etiam in militibus. l. i. ff. de castr. pecul. Non enim filius tũc temporis successorem habebat ab intestato. Fuisset prętere a pactum de succedendo, quod iure improbatum est. l. Stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbo. obli. Nam quod Budæus cõminiscitur reseruare. s. sibi manus iniectionẽ in bona filij, falsum id ostendit, quod pa- F ter post emãcipationem contracta fiducia factam, non quidem per manus iniectionem, sed iure successionis cõsequebatur. §. fi. ĩ. de legi. agna. success. Quum itaque pater manumittens quasi dominus id fecisset, habebat quasi legitimã successionẽ filij intestati ex lege. xij. tab. quia etiam effectus erat quasi patronus: Et hinc dicitur: Exemplo patronorum deferri legitimam tutelam parentibus emancipantibus: & ideo tutor legitimus est, quia etiam iure ciuili legitimus hæres erat. l. ij. §. Obijcitur. cum versi. seq. ff. ad Tertyllia. quod si non contracta fiducia emanciparet, putauerim ego, quod sicut lex illi nõ deferebat successionem, non deferret neque etiam „

A tutelam, quæ per consequentias hæreditatũ defertur.l.i.ff. de legi.tuto.sed illum fore tutorem legitimum, qui manumissor fuerat & fiduciarius quasi pater: vnde originem duxisse existimat Alciatus cap.vlt.lib.iij.Parergon iuris, fiduciariam tutelam. Sed quia hoc euenire poterat ante Prætoris edictum, quo decem personæ prælatę sunt manumissori, iõ verus pater, non legitimus, sed vice legitimi erat.l.iij. in fi.ff.de legiti.tuto. Et quia verba Theophili in.§.Tertio loco.j.de bon.poss.hunc locum maxime explicant, illa libentius subiecimus: Si tibi ego filium meum, quem emancipassem, in primum, secundum, et tertium mancipium dedissem, tuq; eum manumisisses, & sui iuris fecisses, propter
B libertatis dationẽ iura legitimæ successionis in eo habebas ad similitudinẽ patroni: & si contigisset, vt hic manumissus intestatus decederet, tu oĩbus cognatis pręferebaris: quippe qui (vt dictum est) iura legitimi haberes propter libertatem, & cæteri omnes cognati essent propter capitis diminutionem. Verum quia iniquum erat ob solam & nudã libertatem omnibus cognatis te pręferri, ideo Prætor decẽ personas vocauit, quæ in successione ab intestato præferri tibi debeant. Erat igitur vice legitimi tutoris eo casu, quia tantum iure Prætorio succedebat.l.i.ff.si à paren.quis fue.manu. & succedens iure Pretorio hęres nõ est.§.Quos autẽ.j. de bon.poss. ergo nec tutor legitimus.l.i.in prin.ff.de legi.
C tuto. at hodie secus dicendum videtur, cùm semper hæres sit.l.vlt.C.de emancip.liber. Hęc tamen tam remota sunt à seculo nostro, vt nihil nisi hæsitantes affirmare valeamus. Hæc tamen omnia (vt dixi) locum sibi vendicant iure.xij. tabul.inspecto: at cum.l.xij.tab.si non ex verbis, ex mente vocasset ad tutelam oẽs, quos ad hæreditatem vocari contingeret, vt.s.titu.j.quum quos nominatim vocauerat ad tutelam, ideo vocauerat, quia ad successionem inuitati fuerant, factum est: vt crediderint veteres, & nos etiam eadem ratione credere id possimus, ĩtellexisse Decemuiros penes omnes illos onus tutelæ esse debere, penes quos aliqua ratione, aut lege, successionis commodum esse contingeret.

Igitur si sola vocatio patronorum ad successionem effecit, D
vt ad tutelam cogerentur: quare, si senatusconsulto parẽtes
filiorum emancipatorum etiam non contracta fiducia vo-
cabãtur ad successionem, volumus immunes esse à tutela?
& si successio illa legitima dicebatur, ꝙ ex vna parte iuris
scripti procederet. §. Præferuntur. ĩ. ad senatuscon. Tertyl.
l. ij. §. Obijcitur. ff. eod. tit. ita hęc quoq; legitima tutela esse
debet: & quia non propriè vocabatur à lege. xij. tab. ad hãc
successionem, & per cõsequens ad tutelam, dictus est quasi
legitimus. l. iij. §. fi. ff. de legi. tuto. Sed postq; sublata diffe-
rentia emancipationis & patriæ potestatis iure nouissimo,
vocatus est ad legitimam successionem. §. Ex his. Nouella
de hæred. ab intesta. venien. vocatur ad tutelam etiam legi E
timam per consequentias hæreditatum, non ex mente tan-
tum, sed ex verbis legis expressis. d. §. Ex his. & Auth. Si-
cut. C. de legi. tute. Hæc ego dixisse volui, vt aliorum iudi-
cio probentur, vel improbent: Tanti enim à me fient, quan
ti à probatis viris fieri intelligam.

De fiduciaria tutela. Rubrica.

„ EST ET ALIA TVTELA QVAE FIDV-
„ ciaria appellatur: Nam si pater filium, vel filiam, ne-
„ potem, vel neptem, vel deinceps impuberes manu- F
„ miserit, legitimam nanciscitur eorum tutelã: Quo de-
„ functo, si liberi eius virilis sexus existant, fiduciarij tu
„ tores filiorum suorum, vel fratris, vel sororis, & cæte-
„ rorũ efficiunt. Atqui patrono legitimo tutore mor-
„ tuo, liberi quoq; eius legitimi sunt tutores: quoniam
„ filius quidẽ defuncti, & si non esset a viuo patre emã-
„ cipatus, post obitum eius sui iuris efficeret, nec in fra-
„ trum potestatem recideret, ideoq; nec in tutelam: li-
„ bertus autem, si seruus mansisset, vtiq; eodẽ iure apud
liberos

A liberos domini post mortem eius futurus esset. Ita ta
» men hi ad tutelam vocantur, si perfectæ sint ætatis,
» quod nostra cõstitutio in omnibus tutelis & curatio
» nibus seruari generaliter præcepit.

Est & alia.



ON alio modo, aut nomine vocata (vt inquit Accursius) sed re ipsa alia. Differt enim nõ solum nomine, sed personis, & casu, vt legenti fit obuiam.

Quæ fiduciaria appellatur.

B

Attigimus nonnihil in superiore titulo post Alciatum libro. iij. Parergon iuris cap. vlt. vnde. s. processerit hæc tutela. Existimo autem coniectura ductus ideo fiduciariam dictam, quia pater, qui contracta fiducia emancipabat, vere erat ipse fiduciarius tutor, quasi patronus quidam, qui ex fiducia receperat filium in causam seruilẽ deductum, vt manumitteret: Et quia (vt dixi supra) manumissor per fiduciã patri naturali iura omnia legitima relinquebat. l. Seius Saturninus. ff. ad Trebell. quia tamen ipse ad successionẽ vocabatur ex fiducia, ex mente. l. xij. tab. fiebat legitimus tutor, vt declaraui superius. At quoniam per emancipationẽ
C perierat emancipato ius familię & agnationis, fiebat: vt filij parentis illius, qui emancipauerat contracta fiducia, & legitimus propterea tutor factus erat. s. tit. i. non possent quidẽ «
illi succedere, quia non erat inter eos ius familiæ & agnatio «
nis: quo fiebat, vt nulla ratione possent succedere, & ob id «
nec legitimam tutelam habere, quæ per consequentias hę «
reditatum defertur. l. i. ff. de legi. tuto. Non enim ipse tunc «
ꝓximior erat, sed pater. l. i. §. Liberos. ff. si quis à paren. fue. manu. licet hodie secus sit, sublata prorsus differentia agnationis, & emancipationis. l. Ne lucrum. C. de cura. furio. §. Ex his. in Auth. de hęred. ab intesta. per regulam. l iiij. C. de legi. tute. quia tamen pater ad similitudinem patroni trans-

fundere debebat ipse quoq; in suos filios ius illud, quod à fa- D
cto ipsius, & manumissione procedebat, sicuti iure patrona „
tus in filios patroni deferebatur tutela, ita in filios huius pa- „
rentis transfundebatur ius illud fiduciæ, quam pater cõtra- „
xerat, fiduciarijq; vocabantur, quasi ius illud legitimum ha
berent parentes non iure proprio, ideoq; ad filios nõ trans-
mitterent, sed ex fide eius, cui filius in imaginaria illa vendi
tione venditus fuerat, & propterea in seruilem causam de-
ductus. At filij patroni ideo tutores legitimi vocabantur,
quia ad eos quoq; ius successionis fuerat saltē extensum. §.
Multis. j. de success. lib. quare ex mēte. l. xij. tab. ipsi quoq;
consequebātur tutelā per consequentiam illius hęreditatis:
quod cum in filijs parentis contracta fiducia emancipantis E
cessaret, cessabat ēt nomē, sed vocabantur fiduciarij iure il
lius fiducię contractę. Nam queādmodum emancipans nõ
cõtracta fiducia nõ consequebāt successionē, ita per conse
quētias ipsius nõ poterat illi deferri tutela: at cùm hîc dicāt
filios illius parentis fiduciarios esse, qui prius ipse legitimus
fuerat, necesse est intelligere hunc parentem cõtracta fidu-
cia emancipasse. Aliâs enim nulla ratione fieri potuisset le-
gitimus exemplo patronorum, vt in superiore titulo osten-
sum fuit. Hoc tamen animaduertisse velim, q; hîc Federi-
cus Nausea inquit verbum hoc (fiduciaria) existimaturum
fuisse peregrinum, nisi illud apud Modestinum & Iabolenū
legisset. Debuerat vir ille abstinere his verbis, p̃sertim qui F
in commentarijs illis suis magis Grammaticum profitetur,
„ quàm iureconsultum. Liuius lib. ij. belli Maced. Nabidi eā
„ tyrãno (inquit) velut fiduciariam dare optimum visum, vt
„ victori sibi restitueret, siquid aduersi accidisset, vt ipse habe
„ ret. Cęsar lib. ij. de bello ciuili. Neq; se ignorare quid sit offi
„ cium Legati, qui fiduciariam operam obtineret. quem locū
Budæus intellexit, eo q; redeunte Imperatore vel Consule,
qui vices eius gerebat, cedere oportebat: quo modo loquē
di vtitur etiā Q. Curtius. Est enim fiducia propriè (vt supe-
riore titulo declarauimus) ea mancipatio rerum, quæ ea le-
ge facta sit, vt mancipāti remancipetur ex Boetio, & supe-

A rioreloco Liuij. Cæterum Cicero libr.iij.officio.in oratio. pro Sex.Roscio, & pro Au.Cecinna. pro deposito vsurpa uit. Et pro L.Flacco accepisse pro pignore dubium nō est, quasi ꝙ apud Latinos autores fiducia ea nominetur, in qua quoquo modo fides restituēdi data sit, vt dicebat Boetius. Diuerso sensu accipitur apud nr̄os in.l.ij.§.Sed neq; auus. ff.ad senatuscon. Tertyll.in.l.Certi condictio.§.i.ff.si cert. peta.in.l.Seius.ff.ad senatuscon.Trebell.& alibi pluries.

Impuberes manumiserit

Quòd verbum hoc propriè acceptum fuerit, diximus suprà in tit.quib.mod.ius patr.potes.solui.

B Fiduciarij tutores filiorum suorum, vel fratris, vel sororis, vel cæterorum efficiuntur.

Super intellectu horum verborū tanta controuersia est, vt vix scias, quam in partē inclines. Accursius hunc casum finxisse videtur, vt siquis filium habens, & ex eo nepotem in potestate, si nepotem impuberem emācipet, ipse eius tutor fit legitimus: quo moriente pater filij sui emancipati fit fiduciarius tutor: qui sensus nihil habet scrupuli, si ratio differentiæ inter filios patroni, & filios patris emācipantis, accommodari posset: nam tunc si nepos emancipatus nō fuisset, in potestatē patris mortuo auo recidisset: nisi illud inde

C processisse credas, ꝙ cum in legitima hęreditate, successioni locus non sit.§.Placebat.ī.de legi.agnat.success. ita nec in legitima tutela iam suscepta.l.iij.§.Non tantum(à cōtrario sensu.)ff.de legi.tuto. Theophilus tamen hîc in exēplis ponit etiam hunc casum, quando.s.pater filio proprio fiduciarius tutor fit. Iason tanq; vellere illo aureo cōperto gratias Deo agens sensum huius loci quasi diuinitus sibi reseratum in medium adducit, vt is sit: ꝙ pater cùm plures filios masculos, item & fœminas haberet, vnum vel vnā ex eis impuberem emancipauerit, cuius ipse emancipationis vi fit legitimus tutor: quo defuncto eius filij fiduciarij sunt tutores filiorum suorū, patris.s.emācipantis, & verba illa(vel fratris,

vel fororis)intelligit expofitiuè,ideft,fratris vel fororis pro D
patre ipforum.f.filior℞, qui fub tutela futuri erant. Pulchrũ
profecto commentum,et dignum gratiarum actione,quafi
nõ videret hac interpretatione primùm verbum(fuorum)
impropriè accipi pro filiorum eius, ac difiunctiuam dictio-
nem exponi pro(ideft)quod nõ patitur replicatio illa,(vel
cæterorum.) Oftẽdit enim pofitam effe in propria natura,
cùm dicitur vel hoc,vel illud. Nullibi enim inuenietur fum
pta pro(ideft,)nifi quando femel pofita erit. Scio poffe in-
tellectum Iafonis cõprobari ex.l.iij.§.vlti.cum.l.feq.ff.de
legi.tuto. vnde fumpta funt verba huius loci: præterea ex
ratione infra pofità, vbi de fratre tantum loquitur Iuftinia-
nus. Nec afpernarer hanc interpretationem, nifi tot impro E
prietatibus fcateret, & Theophilus hîc hos tres cafus pari-
ter complecteretur, quando.f.pater, quando frater, & quã-
do patruus tutor poft mortem emancipantis parentis rema
net, ac rationem eandem adduceret, quod etiam facit hîc
Imperator in primis verbis: vbi non folum in filio emanci-
pato à patre loquitur, fed in nepote, & deinceps. Mihi pla-
cet, vt verba illa de proprijs filijs ab auo.f.emãcipatis intel
ligãtur, vt dicebat Accurfius: & verba illa(vel fratris, vel
fororis,) quando frater, vel foror, à communi patre fuerat
emancipatus: & verba illa(vel cæterorum,) quãdo(puta)
auus nepotem ex filio premortuo emãcipauerat: quo mor-
tuo filius emancipantis, qui patruus erit emãcipato, fit fidu- F
ciarius tutor. Hoc enim pacto exprimentur tres illi cafus,
quos hîc Theophilus expreffit: ratio autem, vt impulfiua,
coerceatur ad illum cafum, de quo loquitur iurifconfultus
in eo loco, vnde verba hæc textus noftri fumpta funt. Ita
enim manifeftè feciffe compilatores Inftitutionum hoc in
loco, ex eo patet, ꝙ clariffimis verbis Theophilus hîc tres
hos cafus complectitur, qui tamen fub illa ratione, quam &
ipfe ponit, non comprehenduntur. quãuis etiam in proprio
filio ceffet hæc ratio. Si enim filius meus non fuiffet ab eius
auo, & patre meo, emancipatus, recidiffet in poteftatem
meam.§.quib.mod.ius patr.pot.fol.in princ. & ideo in tu-
telam

A telam legitimam: igitur eandem potestatem in illum emancipatum habere debeo.l.iij.in fi.ff.de legi.tuto.cùm illi succedam.l.Aequissimum.§.Si ex filio.ff.ad Tertyll. Neq; legitimum tutorem esse à cessante hac ratione existimo patrẽ naturalem filij ab auo emancipati, quia exemplo patroni legitimã habere non potest, quia ipse non emancipauit. Non potest ẽt alia ratione fieri legitimus tutor, cùm soluta agnatione, ius omne legitimum interciderit. Eam autem differẽtiam inter filios patroni & filios patris emãcipantis verissimam existimamus, q; cùm hi non habeant tutelam per consequentias hæreditatũ, cùm non succedant, non possint aliqua ratione fieri tutores legitimi, sed dicantur fiduciarij ea B ratione, quam suprà exposuimus: vel q; propter cõiunctionem sanguinis lex fidem illis habuerit. Haloan. tamẽ lectio omnem tollit difficultatem:

Atqui patrono &c.

Atqui Accursius pro (certè) exponit: q; si (atquin) legeris, idem Accur. pro (sed certe) exposuit. Super his Nausea vir alioqui non mediocriter eruditus videtur etiã non mediocriter lapsus. Nam q; (atqui) pro certè apud Latinos autores accipiatur, locus ille Teren. in Eunu. satis docere po-
» test: Atqui si illam digito attigerit vno, oculi illico effodien-
» tur. quo in loco accipi pro certè, & profectò, nemo ambigit.
C Et q; etiam dictio (atquin) pro sed certe vsi aliâs fuerint iureconsulti, docet Vlpianus in.l. Et eleganter.ff.de dolo. ibi,
» Atquin patronus tunc summouetur. & Paulus in.l. Arbi-
» trio.ff.eod.tit. Atquin si maiora pondera cõmodauit. Mihi tñ magis placet, vt legamus hoc in loco (Atqui,) & exponamus pro (sed tamẽ) vt & Terent. citatus à Nausea, & Cice-
» ro lib.iiij. Academi. quęst. vsus est: Vereor (inquit) ne subarrogãter facias, si dixeris tuam, atqui ita dicas necesse est.

Si perfectæ sint ætatis.

Perfectam ætatem intellexit.xxv.annorum. Valde enim durum atq; absonum videtur eundem sub tutela & curà, ac

tutorem alterius esse. Videtur enim fœda quædam rerum, D ac nominum cõfusio. l. vlt. C. de legi. tuto. Inciuile enim est, vt qui alieno auxilio in rebus administrandis egere noscuntur, & sub aliis regũtur, aliorum tutelam vel curã subeant, vt dicit Imperator in. §. Item maior. ĩ. de excus. tuto. Id etiã in testamẽto datis locum habet, qui quamuis minores dari possint, tunc tamen tutores esse incipiunt, cum maiores facti sunt. §. Furiosus. ĩ. qui testa. tuto. dari pos. hoc autem in loco (vt dixi) perfectam ætatem ideo. xxv. annorum interpretamur, & ꝙ. l. vlti. C. de legi. tute. id exprimit, & ꝙ ratio suadet, qua repelluntur ad illam vsq; ætatem, vt dictum est, & si perfecta ætas, iusta ætas, matura ætas, legitima ætas variè accipiatur, vt res ipsa, de qua agitur, fert. l. Cum filio. §. E vlti. ff. de condi. & demonstr. l. Ex his. C. quando dies lega. ced. l. vlti. C. de iis qui veniam æta. impetra.

De Attiliano tutore. Rubrica.

» SI CVI NVLLVS OMNINO TVTOR
» datus fuerat: ei dabatur in vrbe quidem Romana à
» Prætore vrbano, & maiore parte Tribunorum ple-
» bis tutor ex lege Attilia: in prouinciis verò à Præsi-
» dibus prouinciarum ex lege Iulia & Titia. F

Nullus omnino.



NEQVE testamento, scilicet, neq; ex lege, & sic prorsus aliis deficientibus.

A' Prætore vrbano,

Prætor vrbanus Romę creatus est, vt auocatis bello Cõsulibus deficiente magistratu, qui ius diceret, esset, qui reddere posset, dictusq; propterea vrbanus, ꝙ in vrbe ipsa iuri dicundo prefectus esset. l. ii. §. Cunq; Consules. ff. de origi. iur. Is autem creatus fuit, postq; Tribuni militum consulari

A potestate esse desiere, cùm iã de Consulibus ex plebe creandis ageretur: Nam cùm leniendæ multitudinis gratia impetratum esset à plebe, vt Consul quoq; vnus ex ea crearetur, cõcessit Patribus plebs, vt ex Patribus crearetur vnus, qui in vrbe ius diceret: Primus autem fuit Sp. Furius. M. filius, vt testatur Liuius in principio libr. vij. ab vrbe condita, anno CCCLXXXIX. post Romam conditam.

Et maiore parte Tribunorum.

Pomponius in. l. ij. §. Iisdem temporibus. ff. de origi. iur. Tribunorum originem refert: diximus suprà in titulo de iure natu. gent. & ciui. Hi, quãuis anno. xvi. post Reges exa-
B ctos, quo primùm creati sunt, Virginio & Vetusio Consulibus creati duo tantum fuerint, C. Licinius & . P. Albinus, tamẽ sibi tres alios collegas assumpsere, vt quinq; numero essent, singuli. s. ex singulis classibus: Postea verò anno circiter. xxx. auctus fuit numerus rogatione. L. Trebonij, & facti sunt bini ex singulis classibus, decem. s. numero, vt ex Liuio lib. ij. habemus, quorum maior pars semper exigebatur in dandis tutoribus. Non enim duo ex tribus, vt Accursius existimauit, sed aut tres ex quinq;, aut sex ex decem, si modo præsentes essent, exigebantur.

Ex lege Attilia.

C Ita dicta, quia à P. Attilio, & Cl. Martio Tribunis plebis rogata est, ideoq; vocatus est hic tutor Attilianus, q; ex lege Attilia datus esset.

A' Præsidibus prouinciarum.

Præsidum appellatione omnes magistratus prouincias
» regentes intelligas. l. i. ff. de offi. Præsi. Nomen (inquit) præ
» sidis generale est, eo q; et Proconsules, & Legati Cęsaris, et
» oẽs prouincias regẽtes, (licet Senatores sint) præsides ap-
» pellanĩ. Hinc Prætor præses dr̃ in. l. Si per errorẽ. ff. de Iuris. omni. iud. q̃uis alibi Valla lib. v. Elegant. aliter declaret ex. l. Pręses. ff. de off. pręsi. quã non intelligit: Sed hęc aliâs.

Ex lege Iulia & Titia. D

Lex enim Attilia tantũ prouiderat, qualiter pupillis Romæ existentibus tutor daretur: quare nouo hoc plebiscito pupillis in prouincijs existẽtibus prouisum est, dictumq; est lex Iulia & Titia à Tribunis rogantibus: in quo notandum est Theophilũ decipi, qui duas existimauit leges fuisse Iuliam. s. & Titiam. Nam hîc (ex lege Iulia & Titia) dicitur. Præterea constat vnam vniformẽ fuisse dispositionem, vt Præsides in prouincijs darent tutores, quare nõ fuerat alia lex superinducenda: Nec duorum nominum mentio duas fuisse leges probat: nã & lex Aelia Sentia vna erat, lex Papia Poppęa, lex Valeria, & Horatia, & alię q̃plures. Appellabatur aũt hic tutor Iulius Titianus Theophilo autore, sicut ille, qui ex lege Attilia dabatur, Attilianus vocatus est. E

„ §. SED ET SI IN TESTAMENTO TVtor sub conditione, aut ex die certo datus fuerat: quãdiu conditio aut dies pendebat, ex eisdem legibus tutor alius interim dari poterat. Item si purè datus fuerat: quãdiu ex testamento nemo hæres existebat, tãdiu ex eisdem legibus tutor petendus erat: qui desinebat esse tutor, si cõditio existeret, aut dies veniret, aut hæres existeret. Ab hostibus quoq; tutore capto, ex his legibus tutor petebatur: qui desinebat esse tutor, si is, qui captus erat, in ciuitatem reuersus fuerat: nam reuersus recipiebat tutelam iure postliminij. Sed ex his legibus tutores pupillis desierunt dari, posteaq; primò Cõsules pupillis vtriusq; sexus tutores ex inquisitione dare cœperunt, deinde Prętores ex constitutionibus. Nam supradictis legibus, neq; de cautione à tutoribus exigenda, rem saluã pupillis fore: neq; de compellendis tutoribus ad tutelæ administratio- F

nem,

A nem, quicq; cauebatur. Sed hoc iure vtimur, vt Ro-
» mæ quidem Præfectus vrbi, vel Prætor, secundum
» suam iurisdictionem: in prouincijs autẽ Præsides ex
» inquisitione tutores crearent: vel magistratus iussu
» Præsidum, si non sint magnæ pupilli facultates.

Ex eisdem legibus tutor alius &c.

Quãdiu enim spes est, vt testamento datus sit tutor, cessat tutela legitima. l. Siquis sub conditione in prin. ff. de testa. tute. Hoc tamen volo te monuisse, me credere his casi-
B bus non ex eisdẽ legibus tutores dari solere, vt hîc dicit Iustinianus, sed ex senatusconsulto, vt dicit iurisconsultus in d. l. Siquis sub cõditione. Ideo autem (dari poterat) dixisse credendum est, quia mutati sunt iudices, diuersiq; sunt ab ijs, qui ex lege Iulia & Titia tutores dabant: tamen in his eisdem casibus hodie dantur, vt his legibus sancitum fuerat: quare ex eisdem legibus, quod non immutatum est, dari videntur: de quo controuertunt hîc Doctores.

Ex his legibus tutor petebatur.

Cum enim sit spes postliminij, & sic vt testamento dati
C locum habeant, non fit locus legitimæ tutelæ, vt proximè dictum fuit.

Postea q; primo Consules.

Id à Claudio statutum fuisse constat ex Tranquillo: San-
» xit (inquit) vt pupillis extra ordinem tutores à Consulibus darentur. Ideoq; in. l. i. ff. de confir. tuto. dictum est, repleri à consulari potestate.

Ex inquisitione.

Cognito. s. prius, quæ sint tutoris facultates, qui mores, an diligens & fidelis sit, & tandem perquisitis omnibus his, ex quibus hominum fides vacillare ac labefactari solet. l.

Scire.§.fi.ff.de tuto.& curato.dat.ab ijs.& optimè Theophilus hîc. D

Deinde Prætores ex constitutionibus.

Hoc fuisse temporibus M.Antonij autor est Iulius Capitolinus. Is enim primus Prętorem tutelarem instituit:de cuius officio librum scripsit Domitius Vlpianus.

Sed hoc iure vtimur.

Quoties penes priscos variè quædã accepta fuere, tandemq; aliquid frequẽtius receptum est, solent iureconsulti his verbis (Hoc iure vtimur) præfari. Id cuiq; facile obuiã fiet.l.Hoc iure.ff.de diuer.regu.iur.l.Ius dandi.ff.de tuto. E & cura.da.ab ijs.

Vt Romæ quidem Præfectus vrbi.

Solent nostri,q; nesciant magistratuum,necnõ antiquorum morum initia, aliquãdo hærere in rebus maximè pspicuis:vt euenit hoc in loco,in quo maximè mirumvisum est Doctoribus nostris:vt Pręfectus vrbi, qui criminalibus caussis præpositus videbatur, ciuilia cognosceret,& tutores daret,contra.l.Solemus.§.Latrunculator.ff.de iudi.At Pręfectus vrbi ab initio præpositus fuit nõ rebus criminalibus tantum,sed ijs omnibus, quæ ad mores ciuium componendos,& quietem ciuitatis seruandam facere videbantur,nec F nõ ad delicta coercenda. Hinc si liberti, aut serui, patronis, aut dominis, meritò sint intolerabiles: si domini sæuiant in seruos,ipse cognoscit:tutorum ac curatorũ malitias,ac fraudes coercet: argentariorum, ac numulariorum fraudes, ac negociatorum corruptelas,aduocatorum dolos,conuenticulorum monopolia, & conspirationes castigat, relegatione,damnatione in metallum,ac id generis pœnis.Creabatur autem olim Regibus vel Consulibus bellis auocatis:ne scilicet imperio destituta ciuitas fluctuaret, expositaq; hostibus ac intestinis odijs æstuaret:vicesq; Regis aut Consulũ gerebat:nimirum etiam si tutores dabat, q; munus Consu-

A lare eſſet, vt pauloante dictum fuit. Ea ſiquis fuſius haurire
velit, legere poterit caput.xx.lib.vi.Die. genialium Alexã
dri de Alexandro.

Secundum ſuam iuriſdictionem.

Quatenus cuiuſq; iuriſdictio ſe extendit: Cum enim Prę
toris imperium vrbe, Præfecti verò centeſimo lapide con-
ſtituatur.l.i.§.Cum vrbem.ff.de offi.pręfec.vrb.& ſi intra
Italiam prius dixerat, dabit tutorem quilibet eorum pupil-
lis pro modo ſuæ iuriſdictionis. quo modo loquẽdi vſus eſt
Iuſtinianus Nouell.de exhiben.reis.verſi.Igitur ne latente
eo, ibi (ſecundum mẽſuram declarati debiti) id eſt, eatenus
B q̃tenus debiti ſũma ſe extendit. & iuriſconſultus in.l.In cãę
" la.ij.in fi.ff.de minori.ibi, Et tã Præfectus vrbi, q̃ alij magi
" ſtratus pro iuriſdictione ſua reſtituere in integrum poſſunt.

" §. NOS AVTEM PER CONSTITVTIO-
" nem noſtram huiuſmodi difficultates hominum reſe
" cãtes, nec expectata iuſſione Præſidum diſpoſuimus,
" ſi facultates pupilli vel adulti vſq; ad quingentos ſoli
" dos valeant, defenſores ciuitatum vnà cum eiuſdem
" ciuitatis religioſiſſimo Antiſtite, vel alias publicas
C perſonas, ideſt, magiſtratus, veluti Iuridicum Alexã
" drinæ ciuitatis, tutores vel curatores creare; legitima
" cautela ſm eiuſdem conſtitutionis normam præſtan
" da: videlicet eorũ periculo, qui eam accipiunt. Impu-
" beres aũt in tutela eſſe, naturali iuri conueniens eſt, vt
" is qui perfectæ ætatis non eſt, alterius tutela regatur.

Vſq; ad quingentos ſolidos.

Solidum nũmum eſſe aureum nemo poteſt ambigere.
Nam Vlpianus in.l.Si verò plures.§.Prætor ait.ff.de ijs
qui deie.vel effud. edictum Prętoris refert, cuius verba hęc
" ſunt; Nequis in ſuggrunda protectóue vel ſupra eum locũ,

» quo vulgò iter fiet, vel in quo consistetur, id positũ habeat, D
» cuius casus nocere alicui possit. qui aduersus ea fecerit, in
» eum solidorum decem in factum iudicium dabo. Hoc idẽ edictum referens Iustinianus.ĩ.de obliga. quæ quasi ex delic. nascun.§. Cui similis est. dicit pœnam constitutam esse aureorum decem. Idem Vlpianus in.l.pen.ff.de in ius vocan. refert pœnam esse constitutam quinquaginta aureorũ in eum, qui edicto Prætoris spreto sine venia in ius vocauerit eum, cui honor, aut reuerẽtia hæc ex Prætoris edicto debebaẽ: quod edictum referens Iustinianus.ĩ.de pœna teme. liti. in fi. dicit pœnam esse constitutam solidorum quinquaginta. Solidos autem Budæus dictos putat quasi iusti & integri ponderis, idq; ex Lampridio in Alexandro: Vectiga- E
» lia (inquit) publica in id contraxit, vt qui decem aureos sub
» Heliogabalo præstiterãt, tertiam partem aurei præstarent,
» hoc est trigesimã partem. tuncq; primùm semisses aureorũ
» formati sunt. tunc ẽt cum ad tertiam partẽ aurei vectigal de-
» cidisset tremisses, dicẽte Alexandro ẽt quartarios futuros,
» q minus nõ posset: quos qdẽ iam formatos in moneta deti-
» nuit, expectãs vt si vectigal cõtrahere potuisset, & eos ede-
» ret. Sed cum nõ potuisset per publicas necessitates, cõflari
» eos iussit, & tremisses tm̃ solidosq; formari. Horum.lxxij. auri libram cepisse indicat.l. Quotiescunq;.C.de suscep. & arca.lib.x. De his nonnihil attigit vir diligentissimus Antonius Augustinus lib.ij. suarum emendationum cap.ix. F

Defensores ciuitatum.

Constituebãtur olim in vnaquaq; ciuitate viri moribus & rerum vsu idonei ciuitatum defensores, non quidem ex decurionũ numero, neq; ex cohortalium corpore, sed quasi ex plebe.l.ij.C.de defens. ciui. quos Honorius & Theodosius iusserunt eligi decreto Episcoporum, clericorũ, honoratorum, curialium, ac possessorum relata ordinatione ad Præfectum prætorio.l. Defensores ita.C.de defen. ciui. neq; se abdicare magistratu poterant, nisi certis tantum casibus, pœna constituta.xxx. librarum auri.l. vlti.C.eod.tit.

A Ea in ciuitate cura erat defensorum, quæ in singulis domibus patrisfamiliâs: curabantq́ ne rustici, ciuesq́, ac reliqui populares premerentur indebitis vexationibus, descriptionibus, aut exactionibus: & ne magistratuum, aut iudicum auaritia, aut procacitate affligerētur, ideoq́ nullo tempore arcebātur à conspectu iudicum. l. In defensoribus. C. eo. tit. & tandem populum tuentur ab improborum temeritate et insolentia. l. Defensores nihil. C. de defenso. ciui. ideoq́ paternum quasi nomen sibi vendicarunt. l. Vtile. l. Defensores la. ij. d. l. In defensoribus. §. i. in Auth. de defensor. ciui. Sunt & defensores non absolutè quandoq́ appellati, sed plebis. l. vni. C. de offi. iur. Alexan.

B

Religiosissimo Antistite.

Antistitem hîc pro Episcopo accipi in dubium nō reuoco, cum & Antistes ideo Episcopus dictus sit, q́ primus illius diœcesis sacerdos sit. Sunt enim apud antiquos Antistites primarij cuiusq́ tēpli sacerdotes: & ita accipiendi sunt in. l. Si quenquam. & in. l. Decernimus. C. de Epis. & cleri. quamuis alibi à nobis dictum fuerit antistites pro parochis aliquando acceptos. l. i. C. de ijs qui in eccle. man. Alibi, sacræ legis antistitē appellarunt Arcadius & Honorius Imperatores sacræ legis primarium doctorem: sicuti Diocletianus liberalium studiorum antistites appellauit in. l. i. C. de

C decre. decur. lib. x.

Vel alias publicas personas, id est, magistratus.

Iustinianus hîc disiunctiuè ponit, ita vt alterius decretum & datio sufficiat. Theophilus defensores ciuitatis & antistitem exigit, vocatis etiam magistratibus: quod ego non probo, cum quò ad Alexandriam disiunctiuè etiam ponat. Satis sit admonuisse.

Vel Iuridicum Alexandrinæ ciuitatis.

Fuit in ciuitate Alexandriæ institutus magistratus à Romanis, qui iuridicus generali quodam nomine dictus est,

quasi ius dicens, vt in titulo de iuridico Alexan. tam in.ff. D
ꝙ in.C.reperitur. Iuridicus enim iudicem significat, prout vsus est Scæuola in.l.Thais.§.Lucia Titia.ff.de fideicom. liberta. Hîc igitur Iuridicus munere inferioris cuiusdam iudicis Alexādriæ fungebatur. Erat enim ibi Præfectus Augustalis institutus ab Augusto post deuictos Antonium & Cleopatram, qui toti Aegypto præerat: Iuridicus aũt Alexandriæ iudex erat solum ciuitatis illius.

Naturali iuri conuenit.

Naturale ius hîc accepit pro dictamine illo rationis, qđ à natura insitum est animis hominum, & pro æquitate illa naturali, qua ius ciuile minoribus restitutiones in integrum elargitus est.l.i.ff.de minori. E

Vt is qui perfectæ ætatis non sit, alterius tutela regatur.

Vides rationem omnium tutelarum. Hæc enim basis & fundamentum est totius huius tractatus tutelarum.l.Nemo.C.de legi.tute.l.i.ff.de tute.

» §. CVM ERGO PVPILLORVM PVPIL-
» larumꝙ tutores negocia gerant: post pubertatem, tu- F
» telæ iudicio rationem reddunt.

Cum ergo.

Ergo dictionem esse illatiuã cuncti norunt: At quomodo hîc ex præmissis fiat illatio, nullus consyderat. Dico igitur, ꝙ si naturali ratione inductum est à iure ciuili, vt qui per ætatem se defendere nequit, alterius cura regatur, necessariò curandum erat ab eodem iure ciuili eadem ratione: ne quod ad commodum pupillorum inductum fuerat, in eorũ perniciem verteretur, ac datio potestatis illius ad tuendum, ad diripiendum eorꝫ bona malitiosis hominibus atqꝫ auaris

A ansam minimè præberet. Cum igitur hac eadem rõne consistent, nimirum si ex eadem rõne pendentia inferant ex ea.

Post pubertatem.

Vel quauis alia ratione finita tutela, per mortem (puta) tutoris vel pupilli. l. Nisi finita. ff. de tute. & ratio. distrah.

De autoritate tutorum. Rubrica.

» AVTORITAS AVTEM TVTORIS IN
» quibusdam causis necessaria pupillis est, in quibusdã
B nõ est necessaria: vt ecce si quid dari sibi stipulentur,
» non est necessaria tutoris autoritas. Quod si alijs pro
» mittant pupilli, necessaria est tutoris autoritas. Nãq;
» placuit meliorem quidem conditionem suam licere
» eis facere, etiã sine tutoris autoritate: deteriorem ve-
» ro non aliter, q̃ cum tutoris autoritate. Vnde in ijs
» causis, ex quibus obligationes mutuæ nascuntur, vt
» in emptionibus, venditionibus, locationibus, condu
» ctionibus, mandatis, depositis, si tutoris autoritas nõ
» interueniat: ipsi quidem qui cum his cõtrahunt, obli-
C gantur: at inuicem pupilli non obligantur.

Autoritas autem tutoris.

HVIVS verbi vim explicat iurecõsultus in. l. iij.
» ff. eod. Etiam (inquit) si nõ interrogatus tutor
» autor fiat: valet autoritas eius, cum se probare
» dicit id, quod agitur. hoc enim est autorẽ fieri.
Quo modo etiam Latini autores vsurparunt.
» Liuius, Maiores nostri nullam ne priuatã quidem rem age-
» re fœminas sine autore voluerunt, in manu esse parentum,
» fratrum, virorumq;. & libro. j. Decreuerunt enim, vt cum

» populus Regem iussisset, id sic ratum esset, si patres autores D
» fierent: hoc est, si factum comprobarent, vt etiam aduertit Valla lib.iiij. Elegant. Et si aliquãdo pro simplici consensu vsurpatum sit à iureconsultis, Paulus in.l. Siquis cum filiũ. ff. de adoptio. (& filius autor factus non esset) dixit pro eo, quod est, cõsensum non præstitit: & Celsus in.l. Cum ado-
» ptio. Non est necessaria (inquit) in eam rem autoritas eorũ,
» inter quos iura agnationis consequuntur. Quinque tamen varias verbi huius significationes obseruauit eruditissimus Alciatus cap.ix.lib.ij. Parergon iuris. Non est silentio prætereundum, quod Antonius Nebrissensis, qui insignes Accursij errores reprehẽdere profitetur, Grammaticus videlicet iureconsultum inerudito etiã illo seculo viuentem, ipse quidem tam insigniter labatur, in verbo (autoretur:) dum interpretatur.l.iiij.ff.eo.tit. ibi, (Tamen si tutor autoretur.) Ipse enim intelligit autoretur, idest, obligetur: quod falsò, omnes diiudicent. Est enim ibi autorari autorem fieri. E

Siquid dari sibi stipulentur.

Ex mera.s.dantis liberalitate, vel si ex alterius traditione rem aliquam consequerẽtur: non si ex datione pupillus aliquo modo obligaretur.l.obligari.ff.eod.tit.

Nanque placuit. F

Placuit.s.legumlatoribus Romanis. Siquidẽ hæc regula est iuris ciuilis, non naturalis, vt Caius innuit in.l. Contra iuris.ff.de pact. ideo hoc verbo vsum esse Iustinianum credendum est.

„ §. NEQVE TAMEN HAEREDITATEM
„ adire, neque bonorum possessionem petere, neque hæ-
„ reditatem ex fideicommisso suscipere aliter possunt,
„ nisi tutoris autoritate (quãuis illis lucrosa sit) ne vl-
„ lum damnum habeant.

Ne vllum

A **Ne vllum damnum habeant.**

Nequid igit detrimenti incurrere possint, ære forsan alie no postea suboriente: & quia adiens suæ aditionis causam scire debet. l. Is potest. l. Is qui putat. ff. de acquir. hæred. qđ quidē à pupillo cognosci nō potest. l. Pupillus. ff. de acqui. hæred. & quia sine tutore alteri obligari non potest. l. Moræ. ff. de acqui. hære. hæreditatis autem aditio creditoribus hæreditarijs nos obligat. §. Hæres. ī. de oblig. quę ex quasi contrac. nascun. His enī tribus nominibus arcent iureconsulti pupillum ab hæreditatis aditione; nimirum si hæreditatem opulentam adire nō potest. Quamuis enim cessaret B ratio allegata per Iustinianum hîc, & iureconsultū in. l. obligari. §. Pupillus. ff. eod. aliæ durant & phibent. Sed omnis hæc difficultas explodenda est: quia locus hic in emendatis „ libris aliter se habet, videlicet: Quamuis illis lucrosa sit, nec „ vllum damnum habeat. Ita enim legēdum est, vt ex Theophilo etiam hoc in loco facile intelliges, & Antonius Augustinus libro suarum emendationum. iij. cap. vij. testatur vidisse duo antiqua exemplaria, in quibus ita scriptum est.

„ §. TVTOR AVTEM STATIM IN IPSO „ negocio pręsens debet autor fieri, si hoc pupillo pro„ desse existimauerit. Post tēpus vero, vel per episto-C lam, aut nuncium interposita autoritas, nihil agit.

Statim in ipso negocio.

Verbum (statim) tempus antecedens, vel subsequēs de» signat, quāuis immediatum. Cicero in Oratore, Ante (in» quit) circunscribit mente sententia, confestimq; verba con» currunt, quę mens eadem statim dimittit. Hinc elegantissime sumere potes vim huius dictionis. quare locus hic difficilem illam Doctorum cōtrouersiam aperit, an. s. autoritas immediatè post cōtractum à pupillo negocium interposita valeat. Si enī statim subsequat, id in ipso fieri negocio quis

dubitat: l. Lecta. ff. si cer. peta. l. Petens. C. de pact. l. Conti- D
nuus. ff. de verbo. oblig. Fiunt enim actus hi immediatè fa-
cti vnus actus. hoc enim necessarium est, vt ita immediatè
postea fiat, quod in ipso actu factum dicatur.

Præsens.

Eò quod sermonem tutoris probãtis quod fit exigit lex. Ar-
cetur enim mutus à tutela gerenda hoc nomine, quod autorita
tem præstare non potest. l. i. §. Mutus. ff. de tute. & §. fi. ibi,
" Non tãtum loqui, sed etiam audire tutor debet. Voce enim
debet exprimere se probare. l. iij. ff. eod. ibi, (Cum se proba
re dicit.) Id aliquibus casibus, quibus tacitè aliquid contra-
hitur, cessare scio. Sed hæc alibi. E

" §. SI INTER TVTOREM, PVPILLVM-
" que iudicium agendum sit: quia ipse tutor in rem suam
" autor esse non potest: non prętorius tutor (vt olim)
" constituitur: sed curator in locum eius datur: quo cu-
" ratore interueniente, iudicium peragitur: & eo per-
" acto, curator esse desinit,

Iudicium agendum sit.

Ex causa. s. quæ originem habeat ante tutelam. Si enim
â tutela traheret originem, non agitur. l. Nisi finita. in prin. F
&. §. fi. ff. de tute. & ratio. distrah.

In rem suam.

Latina est elocutio, idest, ad vtilitatem & cõmodum pro
prium: qua frequentissimè vtunt iureconsulti. Caius in. l. ij.
" ff. de nego. gest. Siquis absentis negocia gesserit, licet igno
" rantis, tamen quicquid vtiliter in rem eius impenderit, vel
" etiam si se in rem absentis obligauerit alicui, habet eo nomi
" ne actionẽ. Terent. in Andria. Si in rem est vtrique, vt fiant,
" accersi iube. & in Hecy. Quòd si id faceres, magis in rem
" & nostram & vestram id esset.

A Non prætorius tutor (vt olim.)

Dabatur enim olim, qn̄ lis inter tutorē & pupillum suborîebatur tutor quidam, qui Prætorius propterea dicebat, » q̄ à Prætore daretur. Theophilus hic: Hac in specie olim à » Prætore daretur: sicut & prætoria porta in castris, & prætoria nauis in classe dicitur, & prætorium imperium apud Ciceronem, & vbiq; legimus Prætorium ius.

Sed curator in locum eius datur.

Hoc olim, nisi alij adessent contutores. l. i. C. de in litem B dan. tuto. l. Qui habēt. §. Si pupillus. ff. de tute. l. Si plures. ff. de testa. tute. l. Si tutor. §. Si in testamento. ff. de tute. & ratio. distrah. quia tamē fieri non posse crediderunt, vt vigente inter pupillum & tutorem lite, quamuis ad eam peragendā alius datus sit curator, non suboriatur suspitio quædam odij, ventum est ad hoc: vt iure nouissimo pupilli debitor vel creditor omnino à tutela arceatur, in Nouell. Vt hi qui obli. se perhi. hab. res mino.

Iudicium peragitur.

Iudicium peragere est ita perficere iudicium, vt sentētia C feratur. Paulus in. l. Non distinguemus. ff. de arbi. Quia (in » quit) & si sponte iudicium accepisset, cogeretur peragere. Hinc peragere reum dicimus ita iudicium & accusationem ꝓsequi, vt dānetur. Vlpianus in. l. ij. ad. l. Iul. de adulte. Paulus in. l. Ab accusatione. ff. ad senatuscon. Turpil. Liuius li» bro. iiij. Vos autem si reum perago, quid acturi estis?

Quibus modis tutela finitur. Rubrica.

» PVPILLI PVPILLAEQVE, QVVM PV» beres esse cœperint, à tutela liberantur. Pubertatem » aūt veteres quidē non solum ex annis, sed ēt ex habi» tu corporis in masculis æstimari volebant. Nostra

„ autem maiestas indignum id esse castitate nostrorũ D
„ tẽporum existimans, bene putauit, quod in fœminis
„ antiquis impudicum esse visum est, idest, inspectionẽ
„ habitudinis corporis: hoc etiam in masculos extẽde-
„ re. Et ideo nostra sancta constitutione promulgata,
„ pubertatem in masculis post decimumquartum an-
„ num cõpletum illico initium accipere disposuimus:
„ antiquitatis normam in fœminis bene positã, in suo
„ ordine relinquentes; vt post duodecim annos com-
„ pletos viri potentes esse credantur. E

Cum puberes esse cœperint.



A. S. ratione, quia crediderunt veteres eadẽ orientis virilitatis principia in animo oriri, quæ apparere incipiunt in corpore; quasi tunc etiam animus pubescat. Hinc illud Ciceronis de Hercule
» primùm pubescente: Nãq; Herculem Prodicus dicit, vt est
» apud Xenophontem, cum primùm pubesceret, quod tem-
» pus à natura ad deligendum quam quisq; viuendi viam sit
» ingressurus datum est, exisse in solitudinem.

Pubertatem autem veteres.

Pubem esse lanuginem illam primò nascentem circa pu F
denda, norunt oẽs: ita vt & pars illa corporis Latinis pubes
» dicat. Et pulchro corpore virgo, pubetenus, inquit Virgil.
Inde pubescere lanuginẽ illam emittere, vt in exẽplo Cice
ronis pximè citato: & pubertas pubis emissio: à qua puber-
tas dicta est illa ætas, in qua plerũq; hoĩes pubem emittunt:
id qđ Isidorus clarius expressit. c. Pubes. de despõ. impub.

Illico initium accipere disposuimus.

Erit ergo hæc præsumptio iuris: quia lex prẽsumit ea æta
te masculum puberem esse, item de iure: quia Imperator su-
per re præsumpta dicit se ita disponere. Hac enim rõne fit
præsumptio

A præſumptio iuris & de iure, quæ in contrarium probationẽ nõ admittit, quia iam facta eſt lex ex diſpoſitione: id autem eſt iure ciuili inſpecto. Ius enim canonicum benè præſumit pubertatem eo tempore, non tamẽ diſponit ſuper præſumpto, ſed veritati voluit eſſe locum, vt aliâs diximus.

» §. ITEM FINITVR TVTELA, SI AR-
» rogati ſint adhuc impuberes, vel deportati. Item ſi in
» ſeruitutem pupillus redigatur, vel ſi ab hoſtibus ca-
» ptus fuerit. Sed & ſi ad certam vſq; conditionem da-
» tus ſit tutor teſtamento, æq; euenit, vt deſinat eſſe tu-
B tor exiſtente conditione. Simili modo finitur tutela
» morte, vel pupillorum, vel tutorum. Sed & capitis
» diminutione tutoris, per quam libertas vel ciuitas
» amittitur, omnis tutela perit.

Vel deportati.

Et ſi durum videtur, vt impubes deportetẽ, tam graui.ſ. pœna is qui nondum firmi iudicij exiſtimatur, vt vix credi poſſit eam poſſe cõtrahere culpam, vt deportari mereatur: attñ ſi parũ à pubertate diſtaret, & doli capax eſſet iuxta.l. Apud Celſum.§. Siquis non tutor. in fi.ff.de doli except.
C poſſet puniri. Igitur ſupplicium ſumptum eſſe de impubere à Trebatio Germano refert Caius in.l.Excipiuntur.ff.ad Syllan.cùm non multum à pubertate diſtaret.

Item ſi in ſeruitutem pupillus redigatur.

Eam enim poſſet cõmittere culpam in dominum, vt dignus eſſet, quem patronus in ſeruitutem reuocaret, vt proximè diximus de deportatione.

Morte vel pupillorum vel tutorum.

Hæc enim poteſtas tutoris conſtat ex relatione duarum perſonarum, quarum vna mortua ius iſtud ſolui neceſſe eſt

ex natura correlatiuorum: cùm maximè nullus hęres in tu- D
telam succedat. l. Furti. §. Illud. ff. de ijs qui notan. infam.

Omnis tutela perit.

Serui enī incapaces sunt. l. In seruili. C. qui dari tuto. poss. cùm tutela potestas sit in capite libero. igitur maxima perire certissimum est: media autē propterea perit, quia cùm ea munus publicū sit iure ciuili datum aut pmissum, qui ciuis Romanus eē desijt, ciuilibus oībus munerib⁹ inhabilis est.

„ §. MINIMA AVTEM CAPITIS DIMI-
„ nutione tutoris, veluti si se in adoptionē dederit, legi-
„ tima tantum tutela perit: cęterę non pereunt. Sed pu- E
„ pilli & pupillæ capitis diminutio, licet minima sit,
„ omnes tutelas tollit. Præterea qui ad certum tempus
„ testamēto dantur tutores, finito eo deponunt tutelā.
„ Desinunt aūt tutores esse, qui vel remouenť a tutela
„ ob id, φ suspecti visi sunt, vel qui ex iusta causa sese
„ excusant, & onus administrandæ tutelæ deponunt,
„ secundum ea quæ inferius proponemus.

Veluti si se in adoptionem dederit.

Siquidem filiusfamiliâs tutor esse potest. §. qui testa. dari F tuto. pos. in prin. qui si postea emancipeť, non per hoc desinit esse tutor. l. Si filiusfamiliâs la. j. & la. ij. ff. de tute. & ratio. distrah. l. Tutorem. ff. de admi. tuto. ideo nimirum si poterit se dare in adoptionem, vel dari à patre.

Legitima tantum tutela perit.

Cùm enim vocatus esset ad tutelā, quia agnatus, soluta per emancipationē agnatione, tanq̃ deficiente fundamēto tutelæ perit. aliç ꝑpterea sustinentur, quia non hoc noīe introductę sunt: nec refert paterfamiliâs quis sit, an filiusfamiliâs. l. Filiusfam. ff. de ijs qui sūt sui vel alie. iu. hoc tñ in his

A legitimis tutelis verũ est, quæ lege.xij.tab. delatæ sunt sub agnationis noīe; quia (vt dixi) soluta postea agnatione, perit tutela. At si legitima tutela esset, ad quã vocati essent ex nouis legibus per noīa naturalia, vt puta, matris, auiq, & huiusmodi: siue vocentur simpl͞r, siue per consequentias hæreditatũ, legitima hęc tutela emãcipatione non perit. Non.n. extinguit vinculum illud naturale, quoquo modo patiatur minimam capitis diminutionẽ.l. Tutelas.ff. de capi. dimi.

Licet minima sit.

Cùm superius in.§.i. finiri tutelam dixerit, si arrogati sint B adhuc impuberes, neq; alia rõne minimam capitis diminutionẽ patiaẽ pupillus iam sui iuris factus morte p͞ris, nisi si se ad arrogãdum ded[illegible]it, superuacuam esse huius.§. dispõnem cõstat: cùm iã ꝓximè dictum exprimat, atq; explicet iterũ.

De curatoribus. Rubrica

,, MASCVLI QVIDEM PVBERES, ET FOEminæ viripotẽtes vsq; ad vicesimumquintum annũ cõpletum curatores accipiũt: quia licet puberes sint, adhuc t͞n eius ætatis sunt, vt sua negocia tueri nõ possint. Dantur autẽ curatores ab eisdẽ magistratibus, a quibus et tutores. Sed curator testamẽto non datur: da C tus t͞n confirmatur decreto Prętoris, vel Pręsidis. Itẽ inuiti adolescentes curatores nõ accipiunt, prǽterq; in litem. Curator autẽ & ad certam cãm dari potest.

Vsq; ad vicesimumquintum annum.



QVIA fœmina citius pubescit, ideoq; animũ eiusdem citius pubescere creditum est, aduenire etiã statutum est pubertatẽ in ea, atq; ob id finem tutelæ citius q͞ in masculo, anno.s.xij. qñ masculus pubes ante.xiiij. annũ non fiat: quia creditum est, vt primũ

vestigia & signa aliqua virilitatis appareāt, naturam ipsum constituisse, vt ad se tuendum sufficiat. Quia tñ lubricum ætatis inspexit, & naturalē quandam rerum ac bonorum profusionem timuit, curam instituit, quę bona ipsa curaret. l. In copulādis. C. de nupt. & qa in bonorum custodia fœminæ negligentiores esse solent, quàm masculi, tum ob naturę vim, quę in illis imbecillior est, tum quod domi se contineant, neque negociorum aliquā attingant experiētiam: visum est, non prius eis curam rerum suarum permittere, quàm viris. Nec mouet, quod fœmina prius veniā ætatis impetret. l. ij. C. de ijs qui veni. æta. impet. quia cùm eam principes cōcedere non soleant, nisi prius petentiū honestas morum, & mentis solertia pbata sit, cùm cōpertum sit illas præuenire generalē quandam sexus infirmitatem, nō debet videri mirum, si præuenire ēt in ætatis venia petenda possunt. Habes cur eodem tpe maiores fiant fœminæ, quāuis citius pubescant. Quare aūt cura inuenta sit, testatur iureconsultus in. l. i. ff. de minori. ibi, D E

„ Apparet minoribus. xxv. annis opem Prætorem polliceri.
„ nam post hoc tempus cōpleri virilem vigorem constat, &
„ ideo hodie in hanc vsque ætatem adolescētes curatorum auxilio
„ regunt̄. Hæc igitur ratio est, quod lex noluit lubrico ætatis adolescētium fidere, atque illi rerum suarum curam permittere.

„ Cicero lib. i. offi. Crescenti adolescētiæ inest maxima imbe-
„ cillitas consilij, priusque implicat̄ certo cursu viuendi temeri-
„ tate quadā electo, quàm potuit quod optimum esset iudicare. F

Nec alia rōne sunt, qui velint dictam adolescentiam, nisi quod cum sanguine simul perturbationes animi effrenatius crescant & adolescant. de quo Horatius in Poetica.

Imberbis iuuenis tandem custode remoto
Gaudet equis, canibusque, & aprici gramine campi,
Cereus in vitium flecti, monitoribus asper,
Vtilium tardus prouisor, prodigus æris.

Curatores accipiunt.

Initium curatorum explicat Iulius Capitolinus in Marco Philosopho. Is ita inquit: De curatoribus verò cū antea non

nisi

A nisi lege Lectoria, vel propter lasciuiam, vel propter demẽtiam darentur, ita instituit, vt omnes adulti curatores acciperent non redditis causis.

Sed curator testamento non datur.

Cum enim curator (vt dictum est) rebus ipsis detur. l. In copulandis. C. de nupt. de quibus pater vltra pubertatem filij potestatẽ non habet, vt directè disponat. l. ij. ff. de vulga. & pupil. meritò lex nõ est secuta paternam dispositionem, quia ius patrium tam vltra non protenditur; attñ quia electionẽ paternam optimam existimat, eam (quãuis iuris ciuilis rigor improbet) ꝓbat ipsa eadem lex sua cõfirmatione.

B

„ §. FVRIOSI QVOQVE, ET PRODIGI, „ licet maiores. xxv. annis sint, tñ in curatione sũt agnatorum, ex lege. xij. tabul. Sed solent Romæ Præfecti. „ vrbi, vel Prætores, & in prouincijs Præsides ex inquisitione eis curatores dare. Sed & mentecaptis, & surdis, & mutis, & qui ꝑpetuo morbo laborãt (quia rebus suis supesse non possunt) curatores dandi sunt.

Furiosi quoq; & ꝓdigi licet maiores. xxv. &c.

Quod hîc de furiosis dicitur, clarissimum est pendere ex C lege. xij. tab. Nam & Iustinianus hîc, & Iuriscõsultus in. l. i. ff. de cura. furio. hoc testant̃, & in. l. Sæpe. ff. de verb. signi. & autor ad Herennium, qui legis. xij. tabu. verba refert, Si » furiosus existet, agnatorũ gentiliumq; in eo, pecuniaq; eius » potestas esto. & M. Tullius libro de Inuent. Refert Macer in. l. Diuus. ff. de offic. ꝓsi. furiosos ita ad curã propinquorũ pertinere, vt si negligentius custodierint, puniãtur; ideo ibi dixit, ꝙ eos vinctos habere, ꝑtinet ad securitatẽ propinquorum. Plato lib. ij. de legi. Nemo furiosus in vrbe palàm sit; sed eum agnati domi, qua rõne melius possunt, custodiant, quod si omiserint, mulctentur. Vnde inualuisse cõperimus ꝓuerbium, vt eum dicerent ad agnatos deducẽdum, quem

furiosum significare voluissent. M. Varro lib. i. cap. ij. de re D
» rusti. Duo (inquit) in primis spectasse videtur Italici hoīes
» colēdo, possent ne fructus pro impēsa ac labore reddere, &
» vtrum saluber locus esset, an non: quorū si alterutrū decol-
» lat, & nihilominus qs vult colere, mente est captus, atq; ad
» agnatos & gentiles est deducendus. Nemo. n. sanus mente
» debet velle impēsam ac sumptum facere in culturā, si videt
non posse refici. Columella lib. i. cap. iij. de re rusti. Porcius
» quidē Cato (inquit) censebat in emēdo inspiciendoq; agro
» pręcipue duo esse consyderāda, salubritatē cœli, & vberta-
» tem loci, quorū si alterutrum deesset, ac nihilominus quis
» vellet incolere, mēte esse captū, atq; eum ad agnatos & gen
» tiles deducēdum. Id quod ēt Budęum in. l. ij. ff. de orig. iur. E
annotasse cōperimus. Quantū verò attinet ad pdigos, cum
Iustinianus ad legem. xij. tab. referat eorū curam, puto ego
Tribonianum in historia, vt alibi pluries, deceptū. Ducor
aūt coniectura hac ad ita credendū: quia lex. xij. tab. pdigo
interdicebat tm̄ rerum suarū administratione, vt idē autor
» ad Herennium testat. Prodigo (inquit) bonorū suorū admi
» nistratio interdicta esto. id quod ēt innuit Vlpianus in. l. i. ff.
» de cura. furio. Lege (inquit) xij. tab. pdigo interdicit rerum
» suarū administratione. tm̄ de cura eius lex. xij. tab. nō loqui-
tur. Quare. l. Lectoria supuenit, quæ pp lasciuiam induxit
dari curatores, vt Iulius Capitolinus in Marco Philosopho
inquit, & supius dictum est. Id aūt (siue ea lege, siue ēt ante F
eam moribus) introductum fuit exēplo furiosi: id exprimit
» Vlpianus in. l. i. ff. de cura. furio. ibi, Sed solent hodie Pręto
» res vel Pręsides, si talē hoīem inuenerint, qui neq; tempus,
» neq; finem impensarum habet, sed bona sua dilapidando et
» dissipando profundit, curatorē ei dare exemplo furiosi. Ver
ba enim illa (exemplo furiosi) ostēdunt hanc curā non qui-
dem ex verbis legis. xij. tabularū, sed ex mente & sententia
ipsius processisse, vt. §. de legi. par. tut. in principio.

Sed & mentecaptis.

Mentecaptum ac dementē à furioso differre constat. Vbi

A enim quis in rabiem quandã aut furorem agit, atq; huc & illuc temere fert, furiosus est: vbi verò mens abest, ea amentia, dementia, insania, fatuitas dicta est, isq; mentecaptus dr amens, demens, insanus, & fatuus. id qd Cic. lib. iij. Tuscu. » quęstio. exprimit, dum inquit: Itaq; nõ est scriptum, si insa- » nus, sed si furiosus esse incipit. stultitiam. n. cẽsuerunt, idest, » inconstantiã sanitate vacantem, posse tñ tueri mediocritate » officiorũ & vitæ cõem cultum atq; vsitatum: furorẽ aũt rati » sunt mentis ad õia cæcitatem: qđ vel atra bili, vel iracũdia » grauiore, vel timore, vel dolore cõmota mente sępe cõtin- » git. Mentecaptus is dr, qui suę mentis cõpos non est, & cuius mens ex eius ptãte abijt, vt inquit Festus: quam dñam B Doctores nři pbant, ijq; maxime ab effectis cognoscunt. l. Ob quę vitia. ff. de Aedil. edic. Hi igit ex lege Lectoria (vt Capitolinus inquit) ad exẽplum furiosi curatores accipiũt.

Et qui perpetuo morbo laborant.

Perpetuum morbũ leges interpretatæ sunt, quãdo nulla subest spes sanitatis. l. Si cum dotẽ. §. Si maritus. ff. sol. mat. » & clarius Vlpianus in. l. pen. ff. de vacat. mune. Prætor (in- » quit) eos quoscunq; intelligit operã dare non posse ad iudi- » candum, pollicetur se excusaturũ: forte q; in pperuum quis » operã dare non põt: q; in eam valetudinẽ incidit, vt certum » sit eum ciuilia officia subire nõ posse. Non igit perpetuum C morbũ intelliges sonticum, sed in quo nulla subsit spes sanitatis, sitq; talis, vt impediat, nequis suis rebus superesse possit. Potest. n. sonticus esse morbus, non tñ perpetuus. Is. n. sonticus dr morbus, qui is est, vt impediat rem, de qua agit, expedire. l. Morbus. ff. de verb. signi. Hinc sonticã causam dixerunt antiqui, quæ tam grauis est, vt iustũ pręb eat impedimẽtum: in quo significatu Neuius accepit autore Festo.

Quia rebus suis superesse non possunt.

Vtuntur hoc modo loquẽdi passim iureconsulti, quoties significare volunt aliquẽ nõ satis esse negocijs suis expediẽdis, vt in. l. Quæsitũ. in fi. ff. de re iudi. Sumunt ẽt aliqñ pro

interesse, vt ibi, & in.l. Et qui. ff. de postu. in.l.i. ff. de procu. D in.l. Eadem causa. ff. Ex quib. cau. maio. non memini tñ in hoc significatu legisse verbum hoc apud receptos autores.

" §. INTERDVM AVTEM ET PVPILLI "
" curatores accipiunt: vt puta si legitimus tutor non "
" sit idoneus: qm̃ habenti tutorem, tutor dari non põt. "
" Item si testamẽto datus tutor, vel à Prętore, aut Prę "
" side, idoneus nõ sit ad administrationẽ, nec tñ fraudu "
" lenter negocia administret, solet ei curator adiungi. "
" Item loco tutorum, qui nõ in perpetuum, sed ad tem- "
" pus à tutela excusantur, solent curatores dari. Quod E "
" si tutor aduersa valetudine, vel alia necessitate impe- "
" diatur, quominus negocia pupilli administrare pos- "
" sit, & pupillus, vel absit, vel infans sit: quẽ velit ac- "
" torem periculo ipsius tutoris, Prætor, vel qui prouin "
" ciæ præerit, decreto constituet. "

Actorem.

Cur actor dictus fuerit, declarat hîc Theophilus, eô. s. ꝙ per acta cõstituatur. Ego magis ab agendo dictum puto, ꝙ F quasi tutoris personã agat: sicuti actores comœdiarum dici mus, & Atellanarũ actores dixit Liuius lib. vij. Valla lib. iiij. Elegant. actorẽ appellat oratorem, ꝙ cãm agat. Id clarius
" exprimit Cice. lib. iij. de legi. Actor. n. (inquit) & modera-
" tor effingit non modo mentẽ ac volũtates, sed pene vultus
" eorũ, apud quos agit. Videmus p̃terea villicos dici actores, quos nunc à faciẽdo factores appellamus. Paulus in. l. vlti.
" ff. de offi. pręsi. Pręses (inquit) cum cognoscit de seruo cor-
" rupto, vel ancilla deuirginata, vel seruo stuprato: si actor re-
" rum agẽtis corruptus esse dicet. Vtitur & Iustinianus in. §. Pœna. j. de iniur. ibi (vt aliud in seruo actore.) & Columel.
" cap. vij. lib. i. Ita fit, vt & actor, & familia peccẽt, & ager sę-

A pius infamet. & cap. viij. Idemq; actori præcipiendū est, ne conuictum cum domestico, & multominus cum extraneo habeat. Et apertius apparet ex verbis Caij in. l. i. §. Quibus autem. ff. quod cuiusq; vni. nomi. Est ergo actor qdā quasi pcurator. Videmus. n. Vlpianū in. l. Nec ciuitatis. ff. de pcura. actorē ciuitatis pro pcuratore vsurpasse. & in. l. Denunciasse. §. Sed & si per procuratorē. ff. ad. l. Iul. de adulte.

De satisdatione tutorum uel curatorum. Rubrica.

NE TAMEN PVPILLORVM PVPILLA-
B rum'ue & eorū, qui quæ'ue in curatione sunt, negocia a' curatoribus tutoribus'ue consumant, vel diminuantur: curet Prætor, vt & tutores & curatores eo nomine satisdent. Sed hoc non est perpetuum. Nam tutores testamento dati, satisdare non cogunt: quia fides eorum & diligentia ab ipso testatore approbata est. Item ex inquisitione tutores, vel curatores dati: satisdatione non onerantur, quia idonei electi sunt.

Vt & tutores & curatores eo noīe satisdent.

C RES. s. pupilli vel adolescētis saluas fore: per quam tutor vel curator præstāt omne id, quod ex administratione debent. l. Cum rem saluam. ff. rem pupil. sal. fore. Et vsq; adeo tenenī hoc nomine saluam rem pupilli vel adolescētis facere, vt quicquid eorum intersit, vsuras quoq;, & fructus oēs præstent. l. Si posteaq;. ff. rem pup. sal. fo. l. i. in fi. ff. de vsur. l. ij. C. de vsur. pupil.

Sed hoc non est perpetuum.

Vulgaris est hæc elocutio apud iurisconsultos. l. Nesennius. §. Tractatū. ff. de nego. gest. & alibi sæpius. Cornelius Celsus lib. ij. cap. x. Antiqui (inquit) primā vltimamq; ætatem sanguinis detractionem sustinere non posse iudicabāt, postea verò vsus docuit nihil ex his esse perpetuum.

" §. SED SI EX TESTAMENTO, VEL IND
" quisitione duo pluresue dati fuerint, pōt vnus offer-
" re satisdationē de indemnitate pupilli vel adolescen-
" tis: & contutori suo vel concuratori præferri, vt solus
" administret: vel vt contutor aut concurator satis offe
" rens, præponatē ei, & ipse solus administret. Itaq; per
" se non pōt petere satisdationē a contutore suo vel cō-
" curatore, sed offerre debet: vt electionē det concura-
" tori vel contutori suo, vtrum velit satis accipere, an sa
" tisdare. Quod si nemo corū satis offerat, si quidē ascri-
" ptum fuerit a testatore quis gerat, ille gerere debet: E
" Quod si nō fuerit ascriptum, quē maior pars elegerit,
" ipse gerere debet, vt edicto Prætoris cauetur. Sin aūt
" ipsi tutores dissenserint circa eligendū eum, vel eos,
" qui gerere debent: Prætor partes suas interponere
" debet. Idem & in pluribus ex inquisitione datis com
" probādum est, id est, vt maior pars eligere possit, per
" quem administratio fiat.

Vtrum velit satisaccipere, an satisdare.

Vtitur hoc verbo satisaccipere Tripho. in.l. Pactum.ff. F
de pact. Pomponius in.l. Stipulationum.§. Satisacceptio.
" ff. de verb. obli. Cicero pro Quintio, Si veretur (inquit) vt
" res iudicio facto parata sit, iudicatum solui satisaccipiat, qui
" bus à me verbis satisaccipiet, ijsdē ipse, quod peto, satisdet.
Est ergo satisaccipere alterius satisdationem accipere.

Prætor partes suas interponere debet.

Eligendo. s. qui administret: l. iij. §. fi. ff. de admi. tuto. ibi,
" Si coacti non decernent, cā cognita ipse statuet quis tutelā
gerat. Interponere. n. partes suas hic nihil aliud significat,
quā autoritatem & officium. Vnde Vlpianus in. l. Si in ali-

A quam.ff.de offi.proconf. Omnium (inquit) partes qui Ro-
» mę ius dicunt, ad ipsum pertinet. & Cicero in Verrē actio-
» ne.iij. Nō sunt meæ partes id facere. & ad Atticum. Partes
» has mihi Cæsar imposuit. l. Et suum. §. vlti. ff. de pact. ibi,
» Si verò dissentiant, Prætoris partes necessariæ sunt.

» §. SCIENDVM AVTEM EST, NON SO-
» lum tutores, vel curatores pupillis, vel adultis, cæte-
» risq; psonis ex administratione rerum teneri, sed etiā
» in eos, qui satisdationē accipiūt, subsidiariam actionē
» esse, quæ vltimum eis præsidiū possit afferre. Subsi-
B diaria aūt actio in eos datur, qui aut omnino à tutori
» bus vel curatoribus satisdari non curauerunt, aut nō
» idoneè passi sunt caueri. Quæ quidē tam ex pruden-
» tum responsis, q̃ ex constitutionibus imperialibus,
» etiam in hæredes eorum extenditur.

Qui satisdationem accipiunt.

Hoc est, accipere tenetur. l. i. §. magistratibus. ff. de ma-
gistra. conuen. Non enim omnis magistratus tenetur, sed
ij tantum, qui satisdationē accipere obligati sunt, qui tenen
C tur etiam si non exigant, vt hîc.

Subsidiariam actionem esse.

Subsidiariam dixit, vt ipsemet declarat, quasi vltimū alla-
tura p̄sidium pupillo aut adolescenti, & Theophilus hîc &
iurisconsultus in. l. i. in prin. & in. §. Si præses. ff. de magistr.
conue. quēadmodum & subsidiariū palmitem appellat Co
lumella lib. iiij. cap. xv. & . xxi. & . xxiiij. quē agricola in an-
tiquæ vitis subsidium parat, qui & pręsidiarius dictus est: &
subsidiarius miles, & subsidiaria cohors Liuio & Cæsari.

» §. QVIBVS CONSTITVTIONIBVS ET
» illud exprimitur, vt nisi caueant tutores & curatores,

mub

„ pignoribus captis coerceantur. Neq; autẽ Prẹfectus D
„ vrbi, neq; Prætor, neq; Præses ꝓuinciæ, neq; quisq; „
„ alius, cui dandi tutores ius est, hac actione tenebitur, „
„ sed ij tantummodo qui satisdationem exigere solent. „

Pignoribus captis coerceantur.

Theophilus hîc captis pignoribus intelligit, vt loco pignoris sint: quod non est intelligendũ, vt cautum his sit pupillo, quasi suppleant satisdationẽ, cum iam cautũ sit pignora vices satisdationis nõ sustinere. l. Prætoriæ stipulationes ꝑsonas. ff. de præto. stipula. Aliàs. n. contumax tutor vel curator consequeretur ex sua contumacia, quod leges directè E negant: Coercẽtur ergo captis pignoribus tutores & curatores, vt his. s. distractis quasi tædio affecti satisdent: siquidẽ capiuntur & distrahũtur in pœnam. l. i. §. Ex hoc rescripto. „ ff. de ventre inspi. ibi: Cogenda igitur erit remedijs Prætoris & in ius venire, & si venerit, respondere, pignoraq; eius capienda & distrahenda, si contemnet, vel mulctis coercenda. Quod omne procedit ex regula illa generali, qua cuilibet magistratui permissum est iurisdictionẽ suam defendere pœnali iudicio. l. i. ff. si quis iusdic. non obtemper.

Neq; quisq; alius.


His verbis vtitur ẽt Vlpianus in. l. i. §. Neq;. ff. de magis. F conuenien. vnde sumpta sunt hæc: Theophilus hîc omisit, quasi antinomiã quãdam pariant: cum plures sint magistratus, quibus intra quingentos aureos est ius dandi tutores, qui tñ tenenẽ hac actione: quã dissoluere facillimum puto. Verbum enĩ (alius) exprimit similes, eos. s. qui instar eoꝝ, qui expressi sunt, tutores dare possunt, vt puta Proconsul, Legatus Proconsulis, Præfectus Aegypti, & alij hmõi. l. i. ff. de tuto. & cura. dat. ab ijs. Præterea his magistratibus, q̃ intrà quingẽtos aureos possunt tutores dare, hæc autoritas tribuita fuit, hoc adiecto onere: vt satisdationẽ suo periculo „ recipiant. §. pen. S. de Attilia. tuto. ibi, legitima cautela secũ „ dum

A dum eiusdem constitutionis normam præstanda videlicet eorum periculo, qui eam accipiũt: quare casus expressè exceptus sub generali regula non comprehenditur.

De excusationibus tutorum, uel curatorum. Rubrica.

„ EXCVSANTVR AVTEM TVTORES ET
„ curatores varijs ex causis: plerunq; aũt propter libe-
„ ros, siue in potestate sint, siue emancipati. Si.n. tres li-
„ beros supstites Romæ quis habeat, vel in Italia qua-
B tuor, vel in prouincijs quinq;, à tutela vel cura potest
„ excusari, exemplo cæterorum munerum. Nam & tu-
„ telam & curam placuit publicũ munus esse. Sed ado-
„ ptiui liberi non prosunt: in adoptionem autem dati,
„ naturali patri prosunt. Item nepotes ex filio prosunt
„ vt in locum patris sui succedunt: ex filia non prosunt.

Plerunq; autem propter liberos.



LERVNQVE dixit, si sigillatim singulas excusationum cãs inspexeris. Frequentior enim cæteris est: nam si simul omnes iungas, nõ erit fortasse verum dicere, tutores plerunq; propter nume-
C rum liberorum excusari.

Propter liberos.

Liberos hîc accipe pro filijs, non pro oĩbus descendentibus, vt Callistratus docet in. l. Liberorũ. ff. de ver. sign. Nepotes. n. nõ excusant, nisi eorũ pater de medio sublatus sit.

Siue emancipati.

Indicat hoc, priuilegij huius rationem esse gratitudinem quãdam patriæ erga eos, qui tot sibi ciues generauere. Secuta enim emancipatione ac facto pubere filio emãcipato,

& saltem maiore, cùm alienus sit à familia, omnis prorsus D
erga eum occupatio desinit, & tamen excusat.

Si enim tres liberos superstites Romæ.

Romana ciuitas, quæ .x. tabulas à Grecis accepit, in hac immunitate cõcedenda secuta est Lacedæmonioꝝ institu-
» tum. Arist. lib. ij. Politi. Contraria (inquit) quodãmodo est
» huic prouisioni lex illa circa prolem. Volens. n. legumlator
» plurimos fore Spartiatas, inducit ciues ad multitudinẽ pro-
» creandã. Est. n. illis lex, qui tres genuerit filios, eum immu-
» nem esse à custodia: qui verò quatuor, immunẽ esse ab oĩbus. Quod institutũ dãnat Aristoteles, ꝙ plurimis generatis necesse sit plurimos pauperes esse: qđ in regione sic di- E
stributa damnabile existimat philosophus. At Romani ab ipso vrbis initio in hoc maximè animũ intenderunt, vt ciuitatem liberis hoĩbus replerent, amplioremꝗ facerent. hinc et incolentibus plurimas cõcessisse ĩmunitates videmus, vt horum exẽplo allecti plurimi in Romanã ciuitatem se con-
» ferrent. Hinc lex illa. xij. tab. Cœlibes esse ꝓhibento. secuta Platonis ꝑceptum, qui existimauit à. xxx. ad. xxxv. annum vxorem ducendã esse, alioqui matrimonij contemptorem puniendum: quod, dum hęc lex reprehenderet, probarunt Censores, affirmantes naturã generandi legẽ, sicut nascendi ꝑscripsisse. Hinc dotium fauor, & iura singularia. Vlpia-
„ nus in. l. i. ff. solu. matr. Dotis causa semꝑ & vbiꝗ pręcipua F
„ est. Nã & reipub. interest dotes mulieribus cõseruari: cùm
„ dotatas esse fœminas ad sobolem ꝓcreandam, replẽdamꝗ
„ liberis ciuitatem maximè sit necessariũ. Hinc & ius liberorum, qđ non tñ hoc leuamen parentibus indulget, vt à tutela vel cura alioꝝ excusentur, vt hic, sed matribus ẽt ingenuis, quæ tres liberos haberent, & libertinis quæ quatuor, olim concessit senatuscons. Tertyllianum regnãte Hadriano rogatũ, vt ad bona intestatorum filiorum admitterẽtur. Hinc & lege Iulia cautum fuerat, vt is Consul primò fasces sumeret, qui plures liberos, ꝙ collega haberet: vt eius legis vim ac rõnem refert Au. Gellius lib. ij. cap. xv. Hinc ẽt il-

A lud erat, ꝙ numerus filiorum excusabat à danda filia in virgines Vestales, vt est apud eundẽ lib. i. cap. xij. Hinc legis Papię Poppæę sanctio, de qua loquit Alciatus lib. iij. Dispũc. cap. iij. & benè iudicio meo. Egnatius in Tranquillũ in vita Claudij plurima alia refert, & idẽ diligentissimus antiquitatis obseruator Alciatus, vt. s. ancillæ ter enixę vacarẽt: quater, liberę essent. Et qđ est apud Eusebium, lecticarum ac margaritarum vsum cæteris interdictum fuisse, mulieribus illis ꝓmissum, quæ plures filios generassent. Ego alibi legi Persarum Reges ꝓposuisse præmia illis, qui vno anno plures filios genuissent, celebrãturq́ ex antiquis plurimi adhuc numero filiorum: Thespis Atheniẽsis quinquaginta filias susce-
B pit, à quarum noīe musę Thespiades dictę sunt: Athila Rex Hunnorum sexaginta liberos: Danaus quinquaginta filias: Aegistus totidẽ filios: Combe, cui nomẽ Chalcidi, centum enixa est: Vnde prouerbiũ, tanq́ Chalcidice peperit nobis vxor. Iustinus & Trogus libro. xxxix. refert Hierotymum sexcentos ex diuersis pellicibus filios suscepisse. Plutarc. in Apoph. refert Scilurũ octoginta mares suscepisse. Et Procopius, & post illum Alciatus noster existimarũt euersionẽ Romani imperij hinc natam esse, ꝙ ius liberorum sublatum fuerit. l. i. C. de iure liber. quorum sniæ minime assentior. Tantum enī abest, vt ea lege ius liberorum sublatum sit, vt oībus
„ ẽt concedatur. Eius verba sunt, Nemo posthac à nobis ius
C liberorum petat, quod simul hac lege concedimus oībus. Dabatur. n. olim ius liberorum petenti ab Imperatore: qđ illi sustulerũt, tribuerũtq́ vt oẽs, quibus. s. numerus esset statutus liberorum, potirentur eorum iure: benè. l. ij. abrogat ius liberorum, quãtum attinet ad senatusc ōsultum Tertyllianum. De hoc iure liberorum meminit Vlpianus in. l. i. &. ij. ff. de vaca. & excusa. mune. Minor aũt numerus vacationẽ & excusationẽ tribuebat Romæ, q̃ in Italia: & minor in Italia, q̃ in prouincijs, eò ꝙ respub. magis vteretur opera ciuium, q̃ Italorum, & magis Italorum, quàm prouincialium in dandis scilicet nominibus, in replendis numeris militũ, & supplementis describendis.

Vel in Italia quatuor. D

Ridicula est quæstio nostrorum, an Italia prouinciæ appellatione contineatur, & an ea prouincia sit: cùm quatuor excusent in Italia, in prouincijs quinque. Si.n. prouinciæ appellationem inspexeris, prout ambitum quendam terræ ab alijs locis & partibus orbis distinctum designat, Italia etiam prouincia est. At si in eo significatu accipias, prout Romani accipiebant, prouinciæ distinguebantur ab Italia. Omnes.n. præter Italos prouincialium appellatione veniebant. Plin. in epist. lib. iij. Itali„ cus(inquit) es, an prouincialis? & Vlpianus in.l. Ex facto la grāde. ff. de hæred. insti. & Columel. cap. iiij. lib. v. Curam vi„ nearum prouincialium distinctā ab Italicis. Quo aūt, et quibus ius E latij cōcessum fuerit, docet Alciatus lib. Dispun. ij. ca. xxi.

Vel in prouincijs quinque.

Prouincia dicta est, quasi quod procul vincatur. Sunt.n. autore Festo, prouinciæ regiones longè ab Italia bello quæsitæ, quod eas populus Romanus prouicerit, idest, anteuicerit. Sicilia prima fuit appellata prouincia. Cicero actio. iiij. in Verrē,„ Sicilia princeps se ad fidē amicitiamque populi Romani ap„ plicuit, & prima omnium prouincia appellata est. Prouinciarum aūt aliæ Prætoriæ erant, aliæ consulares: quas explicat Strabo in calce sui operis. Quæ autē subditæ, quæ liberæ, quæ fœderatæ, quæ hostiles, declarat Alciatus in.l. Hostes F ff. de verbo. signi. diuersaque prouinciarum genera ponit idem Alciatus in.l. Notionem. §. Continentes. ff. de verb. signi.

Sed adoptiui liberi non prosunt.

Tum quod affectata quædam occupatio est erga filios adoptiuos, tum quod causa priuilegij cessat: cùm & si nouus filius iure ciuili generetur patri, ciuitati tamen & reipublicæ nouus ciuis non gignitur. Ideo in adoptionē dati naturali patri prosunt, quia naturali patri ciuem illum debet respublica. Ridicula sanè ea ratio est, quam Ioan. Fab. & Christoph. adducunt, quod posset quis tot filios adoptare, vt excusari posset à tutela:

A tutela. Foret eni me hercle attentus & diligens paterfam. ille, qui ne alterius filiorum forsan cura aut tutela ei demandaretur, quod quidē incertum est, tres sibi vellet filios adoptare: factumque aliâs fuit senatusconsultū Nerone imperante, de quo meminit Tacitus libr. xv. nos. s. retulimus in titulo de adoptio. in glo. In plurimis autem causis assimilatur.

In adoptionem autē dati, naturali prī prosunt.

Hæret hîc insipidè Accursius in interpungendo hoc loco, quasi dubium esse possit, quid euenturū sit, si dentur in adoptionem naturali patri. i. auo vel proauo. Siquidem interpungendū est post verbum (dati) vt. s. patri naturali prosint filij, & si ab eo dati sint in adoptionem alteri, ea ratione, quam proximè retuli.

B

Item nepotes ex filio prosunt.

Quousque enim viuit pater, respublica illos patri debet: ideoque illi præstant immunitatē, cùm & filiusfamiliâs tutor esse possit. s. qui testam. tuto. dari poss. ideo post mortē patris auo præstant excusationē, quod per eum geniti sint. l. ij. §. Non solum. ff. eo. tit. l. ij. ff. de muner. & hono. Et hinc est, quod quotquot sint, vnius tm̄ filij vicem præstant, quia vnum filium auo debet respublica, per quem illi geniti sunt.

" §. FILII AVTEM SVPERSTITES TAN-
C tum ad tutelę vel curæ muneris excusationē prosunt,
" defuncti autē non prosunt. Sed si in bello amissi sunt,
" quæsitum est an prosint. Et constat eos solos prodesse,
" qui in acie amittūtur. Ii enim qui pro republica ceciderunt,
" in perpetuum per gloriam viuere intelligūtur.
" Item diuus Marcus in semestribus rescripsit, eū
" qui res fisci administrat excusari posse.

Filij autem superstites.

Rectius iuriscōsultus in. l. i. §. i. & in. l. ij. §. Incolumes. ff.

de vacat. & excus. mune. dixit incolumes, non superstites, D
& Modesti. in. l. ij. § i. ff. eod. tit. viuos dixit: quo modo loquendi Theophilus hic est vsus.

Defuncti autem non prosunt.

Cessante, scilicet, ac deficiente causa priuilegij. l. Titia. §. Vsuras. ff. de lega. ij.

Sed si in bello amissi sunt.

Vides hic defunctos in bello nõ præstare excusationem, defunctos verò in acie præstare, ideoq; diuersum esse bellũ ab acie. Bellum bifariã accipitur, & pro pugna ipsa, vt apud
» Sallustiũ. In eo bello trecenti milites desyderati. Hermoge. E
in. l. Ex hoc iure. in princ. ff. de iusti. & iur. Vlpia. in. l. Bello
» amissi. in princ. ff. eod. tit. Bello amissi (inquit) ad tutelæ ex-
» cusationem prosunt. & Modesti. in. l. vlti. ff. de vaca. mune.
» Ad excusationẽ munerum defunctus filius nõ prodest præ-
» terq; in bello amissus. & pro eo tpe, quo in militia sumus:
ita Liuius populũ Romanum nullo vnq; bello, multis autẽ prælijs victum esse scribit: & ita accipit hic, & in. l. i. §. i. ff. de incend. rui. naufra. in. l. In bello. ff. de capti. & postlimi. reuer. Acies aũt (Vegetio autore li. iij. cap. xiiij.) exercitus ẽ instructus, & accipit pro prælio ipso & dimicatione, vt hic. Qui. n. in instructa acie non pugnans occumberet, nõ præstaret (vt arbitror) hanc excusationem patri, exemplo eius, F
qđ dicitur de bello: quare aciem hic accipe non pro instructo exercitu, sed ẽt dimicante: quõ etiam Cicero in. ij. Tu-
» scul. quæst. Nõ sentiunt (inquit) viri fortes in acie vulnera.
» & idẽ ad Torquatum lib. vi. epist. fami. Nam & si quẽ exi-
» tum acies habitura sit, diuinare nemo potest, tñ & belli exitum video. & ita accepit iurisconsultus hanc sñiam explicans in. l. Bello amissi. ff. eo. tit. qđ clarius constat ex verbis Theophili hic, qui addit, (Ipsoq; in conflictu ceciderint.)

Ii enim qui pro republica ceciderunt, in perpetuum per gloriam viuere intelliguntur.

A Hac ratione vtitur ẽt Theophilus hic. Sicuti.n.prisci illi Romani minimè lugendum putauerunt eum, qui ad patriã delendam, & parentes & liberos interficiendos venerit, vt refert Marcellus in.l.Minime.ff.de relig.& sump.fune. ita insignibus honoribus prosecuti sunt eos, qui pro republica aliqd memorandum gessissent: hinc triumphi, statuę, & alia id generis ornamẽta q̃plurima. Q; siquis pro repub.aliqd molitus esset & occubuisset, nõ inuiderunt voluntati eoꝝ, sed ijs quasi per gloriam viuẽtibus hæc eadem tribuerunt.

B His enim (inquit Cicero in Philipp.ix.) maiores nostri, qui „ ob rempub.mortẽ obierunt, pro breui vita diuturnam me „ moriam reliquerunt. Atqui (paulopost inquit) & huic & „ Tullo Cluuio, & L.Roscio, & Sp. Antio, & C. Fulcinio, „ quiá Veientum rege cæsi sunt, nõ sanguis qui profusus est „ in morte, sed ipsa mors ob rẽpub.habita honori fuit. Hunc morem ab alijs ẽt seruatum legimus: Nam Solon eorum filios, qui in acie pro repub.occubuissent, publicè alẽdos atq; erudiẽdos censuit, quò ciues animati fortiter ac strenuè dimicarent: sicuti ẽt voluit, vt is, qui oculos in bello amisisset publicè aleretur. Ego dum Fani Fortunæ prefectus essem, & ciuitatẽ illam odijs & ciuilibus discordijs ęstuãtem cõpescere curarem, institutis qbusdã cohortibus, ex plebe p̃ser-

C tim, datisq; publicè armis, statui autoritate Pauli.III.Põtificis maximi, vt qui ex illis pro patria cõtra seditiosos illos ciues dimicans occubuisset, si filios mares reliquisset, hi vsq; ad plenã pubertatẽ ex publico alerent: si fœminas, alerent, ac dote cõstituta ex publica pecunia nuberẽt. Cæsos in bello Atheniẽses (autore Thucidide) in hunc modũ sepeliunt: facto ante triduum tabernaculo mortuoꝝ ossa proponunt, „ & suoꝝ quisq; reliquijs, si quid lubeat, imponit: cùm efferũ- „ tur singulaꝝ tribuum singulę tribus suæ cuiusq; tribus ossa „ cõtinentes, vehicula portant: vnus itẽ thorus inanis fertur constratus eoꝝ qui non extant, qui inter cæsos non fuerũt reperti: efferunt aũt promiscuè voluntarij quiq; vel ciues vel hospites, fœminis propinquitate coniunctis ad sepulchrum eiulãtibus, conduntq; in publico monumento, qđ est iuxta

monumentum Callisti apud suburbana, vbi semp eos sepe- D
liunt, qui in bello ceciderunt, præterq; qui in Marathone: quorū singularem fuisse virtutē existimātes, eodem in loco sepulchrū fecerunt. Postq; eos humauerunt, aliquis ab ipsa ciuitate delectus vir super eos orationem habet, qualē decet de eorum laudibus: qua habita, discumbitur. Apud Lacedæmones verò, Regis quem in bello cadere cōtingeret, omnino simulachrū expresserunt: in thoro benè strato efferunt, cuius tumulatione decem dies iustitium est, nullusq; magistratuum consessus, sed luctus continuus.

In semestribus.

Sicuti olim annales dicebant libri, in quibus vnius anni E
gesta atq; acta conscripta erāt: ita semestres dicti sunt, in quibus sex mensium rescripta, vel cōstitutiones descriptæ fuerant: quo verbo vtitur ēt Triphon. in. l. Pactum. ff. de pact. mentionem faciens de eodē Marco, dicens cōstitutionem eiusdē in semestribus relatam esse. Quare probare non possum, qd' hîc Theophilus dicit: Imperator quoq; Marcus in constitutionibus semestribus rescripsit. nisi semestres constitutiones eas intelligas, quę in sex mensiū volumen redactę, inde nomē duxissent. Fallit Accursius quoq;, qui & si verè narret, non tñ quod narrat locum hunc interpretatur.

Qui res fisci administrat. F

Principis intellige. Ita enim nos docet. l. Administrātes. ff. eod. tit. & proprietas verbi. Est enim fiscus propriè principis, ærarium populi & reipublicæ. Id ex verbis Plinij ad Traianum facilè cognoscit. At fortasse (inquit) nō eadem seueritate fiscum, qua ærarium cohibes, imo tanto maiore, quanto plus tibi licere de tuo, q̃ de publico credis.

Quandiu administrant.

Ideo enim hoc administrantibus res fisci concessum est: quia fieri non pōt, dum rebus pupilli vel adulti operam damus, quin fiscus in multis lædatur: aut dum indemnem fiscum

A scum seruare volumus, iura adolescẽtium minuant. Vt primùm ergo cessat administratio, tanq̃ cessante rõne & causa huius dispositionis, ipsam quoq; cessare necesse est.

» §. ITEM QVI REIPVBLICAE CAVSA » absunt, à tutela vel cura excusantur. Sed & si fuerint » tutores vel curatores dati, deinde reipublicæ cã abesse » cœperint, à tutela vel cura excusant̃, quatenus rei» publicæ causa absunt, & interea curator loco eorum » datur: qui si reuersi fuerint, recipiunt onus tutelæ. Nã B nec anni habent vacationem, vt Papinianus libr. v. » responsorum scripsit. Nam hoc spatium habent ad » nouas tutelas vocati.

Quatenus reipublicæ causa absunt.

Quatenus hoc in loco dixit, idest, quãdiu, & vsq; ad illud tẽpus quo: prout accipi etiã potest in. l. i. in princ. ff. de ope. no. nuncia. prout secundo loco interpretat̃ Accursius, & si frequentius accipiat̃ tam apud iureconsultos, q̃ Latinos autores pro (quãtum) vel inquantum, & ad quẽ finem: & aliquando etiam accipitur pro quoniam, vel quandoquidem.

» §. ET QVI POTESTATEM ALIQVAM C habent, se excusare possunt, vt diuus Marcus rescri» psit: sed susceptam tutelam deserere nõ possunt. Item » propter litem, quã cum pupillo vel adulto tutor vel » curator habet, excusari non potest: nisi forte de omni» bus bonis, vel hæreditate controuersia sit.

Et qui potestatem aliquam.

Potestatem magistratum intellexit Callistratus in. l. Nõ » tantũ. §. Non tm̃. ff. eod. tit. Sanè (inquit) notum est, q̃ ge» rentibus honorẽ vacationem tutelarũ concedi placuit; va-

» care autem eos, qui tum primùm vocent ad suscipiendum D
» officiũ tutelæ. Cęterum eos, qui iam se immiscuerunt admi
» nistrationi, ne tpe quidem magistratus vacare æquum est.
Et honores, idest, magistratus alibi exposuit Iustinianus.§.
de iure natu.gen.& ciui. Potestatẽ ergo magistratum intel
ligit,& magistratum cum imperio.l.Potestatis verbo.ff.de
verbo.signi.qđ exẽplis declarat Vlpianus in.l.Eumqui.ff.
» de iurisdi.om.iud.dum inquit:Magistratus autẽ, vel qui in
» potestate aliqua sunt, vt puta Procõsul, vel Prætor, vel alij
» qui puincias regunt, iudicare iubere eo die, quo priuati fu-
» turi sint, non possunt. Verbum.n.hoc(potestas)modo im-
perium, modo psonã magistratus designat. Vlpianus in.l.i.
» ff.de offi.Procon.& lega.Proconsul(inquit)vbiq; procon E
» sularia insignia habet statim atq; vrbẽ egressus est:potesta-
» tem autẽ non exercet, nisi in ea puincia, quæ ei decreta est.
& alibi Iustinianus in Auth.Vt oẽs obed.iudi.in prin.(vtẽ-
tes potestatibus)dixit, hoc est, imperijs sibi tributis. At pro
psonis magistratuum accepit Modestinus in.l.Fideiussor.
» ff.de pignori. Fideiussor(inquit)impetrauit à potestate, vt
» antequam solueret pignora, ipse possideat. In quo significa-
tu vsus est Imperator in.l.vlti.C.de offi.mili.iudi.& in.l.ij.
.C.de excepto.lib.xij & Iuuenalis.
» An fidenarum, Gabiorumq; esse potestas. Et Suetonius
» in Claudio:Iurisdictionem de fideicommissis quotannis, &
» tm̃ in vrbe delegari magistratibus solitã, in perpetuum, atq; F
» ẽt per prouincias potestatibus demãdauit. Vnde proculdu
bio emanarunt vulgares illæ appellationes municipalium
magistratuũ, quos potestates appellare solemus. Ductum
enim nomen est vel ab imperio, vel ab honore, & magistra
tu. Hoc tamen in loco nulli potest esse dubiũ pro magistra-
tu cum imperio accipi.

Nisi forte de omnibus bonis.

Vana est Accursii hæsitatio. verbum enim illud (forte)
adiectio quædam est. quo modo loquendi vtitur Cicero in
orat.pro Plancio, & pro Flacco, & libro.i.de natu.deo. &

A Vlpia.in.l. Filiusfamilias.in prin.ff.de ꝑcur. Sed & si vim,
» aut(puta) iniuriam passus, procuratorem dabit ad iniuriarum
» actionem, si forte neq; pater præsens sit: & alibi sæpius.

» §. ITEM TRIA ONERA TVTELAE NON
» affectatæ, vel curæ, prȩstant vacationē, quādiu admi
» nistrant, vt tñ plurium pupillorū tutela, vel cura, eo-
» rundem bonorū veluti fratrum, pro vna cōputetur.
» Sed & propter paupertatē excusationē tribui, tam di
» ui fratres, q̄ per se diuus Marcus rescripsit, si quis im-
» parem se oneri iniuncto possit docere. Item propter
B aduersam valetudinem, propter quam ne suis quidē
» negocijs interesse potest, excusatio locum habet.

Tam diui fratres.

Expungenda sunt iudicio meo duo illa verba (per se.) Hoc.n.intendit, hoc.s.constitutum fuisse à diuis fratribus Antonino.s.& Vero.item à diuo Marco, quāuis Liuius in
» hoc ferè significatu vsus sit: Cognitiones (inquit) capitaliū
» rerum sine consilijs per se solus exercebat.

C Siquis imparem se oneri iniuncto docere possit.

Imparem nō intelligas, vt Accursius & Ioan. Fab. existi- marunt, qñ.s.inæqualitas est patrimonij tutoris & pupilli: sed quando ea paupertas est, vt victui quærēdo incumben- dum tutori sit, ita q nec suis rebus superesse posset, si tutelā assumeret, prout exēplum statim de valetudine nos docet.

» §. SIMILITER EOS, QVI LITERAS
» nesciunt, esse excusandos diuus Pius rescripsit, quā-
» uis imperiti literarum possint ad administrationem
» negociorum sufficere.

Maximè pugnat hic locus cum.l. Athletȩ.§.vlti.ff.eod. tit. omnes tñ hic prȩtergrediunt hoc non animaduerso. Di-

citur hoc in loco: nescientes literas excusari autoritate diui D
Pij, quãuis aliàs imperiti literarũ possint sufficere negocijs
» administrandis: at in. d. §. vlti. dicitur: Eius aũt qui se negat
» literas scire, excusatio accipi non debet, si modò non sit ex-
» pers negociorũ. Ibi ergo excusatio non admittitur, hîc ad-
mittitur. Neq; est, quod existimem erratum in scribẽdo fuisse,
quãdo vtroq; loco diuus Pius Antoninus autor laudetur, &
Theophilus hîc Triboniano astipuletur adhuc verbis expres-
sioribus. Neq; hic locus intelligi põt in omnino inexperte,
. §. vlt. contra: cùm huius cõciliationis nulla adsint vestigia.
Si versari in hoc iudicis officium dicamus, qui pro sua pru-
dentia diiudicet, quæ literarũ imperitia, quæue rerum expe
rientia sit, adhuc alterũ ex his respõsis violamus. Sed quid E
agas? male relatum Antonini rescriptum à Triboniano &
Theophilo dicere, nefas quasi existimabitur: sed eos potius
errasse crediderim, quàm Vlpianum & Paulum, quorũ senten-
tia etiam magis æqua videri põt, vt sola imperitia literarum
negociorũ expertum ac prouidum & attentũ patremfam.
non excuset. Quando. n. locum habebit tutela saltem legi-
tima rusticorũ & huiusmodi tenuium psonarũ: qui à cõiter
accidentibus literas nesciunt, possident tñ bona, & pupillos
relinquunt, & eos consyderat lex, vt in. d. §. vlti.

„ §. ITEM SI PROPTER INIMICITIAS
„ aliquẽ testamento tutorem pr dederit, hoc ipm pstat F
„ ei excusationẽ: sicut p contrarium nõ excusantur, qui se
„ tutelã administraturos patri pupillorũ promiserunt.
„ Non esse aũt admittendã excusationem eius, qui hoc
„ solo vtitur, quod ignotus patri pupillorũ sit, diui fratres
„ rescripserunt. Inimicitiæ, quas quis cum pr̃e pupillo-
„ rum vel adultorum exercuit, si capitales fuerunt, nec
„ reconciliatio interuenit, à tutela vel cura solent excu-
„ sare. Item is qui status controuersiam à pupillorum
„ patre passus est, excusatur à tutela.

A Item si propter inimicitias.

Nisi me inuitum aliter sentire cogeret Modestinus in.l. Athletę.§.Dat remissionē.ff.eod. & Theophilus hîc, libētissimè in eam snīam venissem, vt hic locus intelligendus esset, non qn̄ inimicus tutor datus est, vt implicetur litibus & molestijs: sed qn̄ (puta) aliquis potens, aut formidabilis datus sit tutor filijs ꝓpter inimicitias, quas pupillorum pater, eiusq́ filij habent cum aliquo, vt.s. aduersarij tutoris formidine terreantur & abstineant à violentia. Ea autem potuisset esse ratio, ne is, qui tutor datus est, inimicitijs aliorū implicaretur, & sic ne huiusmodi inimicitiæ latius serperent
B contra quietē ac tranquillitatem publicā. Quæ snīa ideo libentius ꝓbari poterat, ꝙ vno tm̄ versiculo interposito posita est à Iustiniano regula, ꝙ inimicitiæ excusent: & cùm illa generalis sit, ēt ad testamento datos trahebatur, de quibus hîc loquitur, & verbum (propter inimicitias) non magis ad causam, ꝙ̄ ad personas referri videbat. Adde ꝙ Tribonianus, si cōem sensum & interpretationem sequamur, nescio qua rōne argumētatus erit, dum dicit: Sicuti per contrariū non excusant qui administrare promiserunt. Quî.n. arguas à contrarijs in casibus nullam inter se nec per contrariū quidem similitudinē habentibus? quid (rogo) cōe habet: inimicus tutor testamento datus excusat: per contrariū qui admi-
C nistrare promisit, non excusat? adiecta præsertim similitudinis nota (sicuti) Q, si (vt suprà) interpretaremur, sensus eēt, ꝙ propter inimicitias tutor datus excusabat hoc ipso, sicuti non excusabatur, si administrare ꝓmisisset: tolerabilius sanè fuisset argumētum. Cum alijs tn̄ sentiendum est ita cogente.d.§.Dat remissionē.&.l.Spadonem.§.i.ff.eod.tit.vnde vltima verba huius loci sumpta fuerunt. Adde ꝙ Theophilus hîc non propter inimicitias, sed inimicum vertit.

Qui hoc solo vtitur.

Hac loquendi figura vtitur iurisconsultus in.l. Spadonē. in fi.eod.tit.ibi, (Non propter hoc excusabitur.) Nō enim

alias legitimas causas excludere voluit domicilij (puta) ac D
diuersitatis prouinciarum.

Quod ignotus patri pupillorum sit.

Ignotum hic propriè accipe pro incognito & nō viso, vt
» Plau. in Trinum. dum inquit, Is homo exornetur graphicè
» peregrinum in modum, ignota facies: idest, quæ nō visa sit.
non ignotus patri, idest, qui patrem nō cognoscit, vt Ang.
Ioan. de Platea, Christoph. & Nausea hic interpretati sunt:
qđ maximè deridēdum est. Quāuis.n. apud Quintilianum
ignotus pro inscio reperiat, prætereꝗ ꝙ non ex puritate lati-
ni sermonis acceptum puto, verbū (patri) in casu dandi nō
patitur, vt ita interpretari possit. Exemplum habemus in.l. E
Inciuile.C.de furt. p̄sertim cùm verba iurisconsulti in.l. Spa
donem in fi.ff. eo. tit. in hunc locum translata sint.

Si capitales fuerunt.

» Modestinus in.l. Licet.ff. de ver. sig. Licet (inquit) capi-
» talis Latinè loquētibus oīs cā existimationis videat, pœnæ
» tñ capitalis appellatio, vel mortis vel amissionis ciuitatis in
» telligēda est. Hinc dixit Paulus in.l. Publicoꝝ.ff. de publi.
» iudi. Capitalia iudicia sūt, ex quibus pœna mors, aut exiliū
est. Hinc apud Latinos dictus est aduersarius capitalis, &
hostis capitalis aut inimicus, qui vel mortē vel existimatio-
nē alterius petit. Inde & inimicitiæ capitales inter eos, qui F
vel vitā, vel existimationem alterius insectati sūt, vel maio
rē eius fortunaꝝ partem: quę ēt causa capitalis dici cā capi
tis solet, vt Cicero in orat. pro Quintio; sæpius & in Cati-
linā, hostem tam capitalē dixit: & in libr. de Amicitia, odio
capitali ab aliquo diffidere: & capitalē aduersarium lib. iiij.
de finib. Nostri eodē modo declarāt ferè: in quo tñ existimo
versari officiū iudicis. Sunt.n. aliqui casus exp̄ssi in legibus,
& à Doctoribus cōi consensu cōprobati, ex qbus iudican-
dū erit, capitales inimicitias ortas esse. At erunt ꝙplurimi,
in qbus pro cōditione p̄sonarum, locoꝝ, & facti æstimabit
æquus iudex capitales, vel non capitales esse inimicitias.

A Is qui ſtatus ſui controuerſiam.

Quando.ſ.quis in ſeruitutẽ vocatur. Status.n.hominis ad libertatem & ſeruitutem ꝑtinet.§.de ſtatu homi.in prin. Eſt.n.ſtatus hominis propriè ius illud, quo quis vel libertatis, vel ſeruitutis ius ſibi vẽdicat: ideo cauſa ſtatus dicta eſt, in qua de libertate vel ſeruitute agitur. Vlpianus in.l.Non
" ſolum.§.Si ſtatus.ff.de procur. Si ſtatus controuerſiam cui
" faciat ꝓcurator: ſiue ex ſeruitute in libertatẽ aduerſus eum
" quis litiget, ſiue ipſe ex libertate in ſeruitutem petat, debet
B cauere. Nõ poterat cauſa ſtatus accommodatius exprimi. Hinc Aphricanus in.l.Eius qui.in princi.ff.ſi cer.peta.ſtatus ſui ignarum eum appellat, qui factus fuerat à domino liber, & nõdum ſciuerat. & Paulus in.l.Iſti quidem.ff.quod met.cau.inſtrumenta ſtatus appellat, quibus cõtinetur aliquem liberum eſſe. & quãuis ſtatus controuerſia ſit etiã ea, in qua quæritur, an ingenuus quis ſit, an libertinus.l.Amplius.§.vlti.cum.l.ſeq.ff.de liber.cau. (nam tunc etiam de ſtatu hominis agitur) attamen hoc in loco controuerſiam ſtatus propriè intelligo, quando quis aſſerebatur in ſeruitutem. Hinc enim inimicitiarum cauſam ſuboriri certũ eſt, & quidẽ capitalium, cùm de vita hominis ferè agi videatur.

C §. ITEM MAIOR SEPTVAGINTA AN-
" nis à tutela, & cura ſe poteſt excuſare: minores autem
" xxv.annis olim quidem excuſabantur, noſtra autem
" conſtitutione prohibẽtur ad tutelam vel curam aſpi-
" rare, adeo vt nec excuſatione opus ſit. Qua conſtitu-
" tione cauetur, vt nec pupillus ad legitimam tutelam
" vocetur, nec adultus: quum ſit inciuile, eos qui alieno
" auxilio in rebus ſuis adminiſtrandis egere noſcun-
" tur, & ſub alíjs reguntur, aliorum tutelam vel curam
" ſubire. Idem & in milite obſeruandum eſt, vt nec vo-
" lens ad tutelæ onus admittatur.

Item maior.lxx.annis. D

Senectuti vsque adeo ab antiquis tributum est, & in ciuitate Romana venerabilis tantùm fuit, vt prisci illi eũdem penè senibus honorem, quem magistratibus, tribuerint, vt inquit Callistratus in.l.Semper.ff.de iure immuni. Venerari enim à iuuenibus senes reipublicę maximè interest, vt Scipio aduersus Fabium differit apud Liuium: & Consul grãdior natu primus fasces sumebat, plurimaque alia ab antiquis senibus tributa sunt, quæ enumerat Au.Gellius libro.ij. cap.xv. Neque enim generi aut pecunię maior honor tributus est, quàm ætati: Hincque conqueritur Iuuenalis.

„ Credebant tam grande nefas, & morte piandum, E
„ Si iuuenis vetulo non assurrexerat, & si
„ Barbato cuique puer, licet ipse videret
„ Plura domi farra, & maiores glandis aceruos,
„ Tam venerabile erat præcedere quatuor annis.

Preter hunc igitur honorem, vacationẽ senectuti tribuendam esse existimarunt, vt quę quasi emerita stipẽdia reipublicę persoluisset. Hinc Plinius: quæ leges maiorẽ annis.lx. ocio reddunt. & Seneca sexagenarium ab officijs vacare solitum ait, nec post.lxv.in curiam venire cogẽdum. Hinc Apostolus ad Timotheum cap.v. Seniorem non increpaueris, sed obserua vt patrẽ pietatis causa. Igitur senibus relaxatio concessa est ab administratione tutelæ, vt hîc. Alia quàmplura priuilegia senectutis enumerat Alciatus libro.i.de verbo.signi. nos hîc in cõmentarijs nostris aliqua addidimus, & nonnulla etiam improbauimus. F

Nostra autem constitutione.

Ea est hodie relata in.l.vlti.C.de legi.tute. in quo illud animaduertẽdum est, minorẽ ẽt olim tutorem creari potuisse.l.Quero.§.fi.ff.de testa.tute. sicut & hodie.vt.§.qui testa.tut.da.poss.visum est. Sed hoc interest inter prisca illa tẽpora, & ius nouum, quod olim minor tutor datus, nisi se excusasset, tutor durabat, vt declarat optimè Theophilus hîc vel nisi

A vel nisi alius in eius locum datus esset.l. Non solum.§. Si libertus.ff.de excus.tuto. Hodie verò non est illi opus excusatione, vt dicitur hîc. Illud tamen intelligas vsq; ad.xxv. ann.nisi excusatio ipsius probata fuerit, & absolutus.§. Furiosus.&.qui testa.tuto.dari poss. quia & qui tutus est, absolutione indiget.l.i.in fi.ff.de excus. tuto. quòd si absolutus non sit, cessante impedimento postea non excusabitur.l. Si is qui tres.ff.de excu.tuto.

Idem & in milite.

Ita vt excusatione opus non sit, vt ex proximis apparet. idem in.l. Filiusfamilias.§. Milites.ff.de procur. Hęc enim B cōstituta fuêre publica vtilitate, ne à militia distrahantur.l. Militem.C.de procura. Vix enim permissum est, vt suis negocijs operam dare possint.l. Qui stipendia.ff.de procura. id quod luculenter explicat Imperator in.l. Milites.C.loca.

„ §. ITEM ROMAE GRAMMATICI, RHEtores, & medici, & qui in patria sua has artes exercēt, & intra numerū sunt, a tutela & cura hn̄t vacationē.

Item Romæ Grāmatici, Rhetores, & Medici.

Quāta solicitudine animi affici debeant Grāmatici, hinc C facile conijcere licet, ꝙ lex illos à munere tutelæ excusat; cùm aliàs tam impense curent leges, vt ꝙ pauciores excusentur, ꝙ data immunitate à muneribus publicis, & si tutela publicum munus sit, ab ea non sit excusatus, qui ita immunis factus est, nisi nominatim hoc fuerit concessum, vt inquit Modestinus in.l. Spadonē.§. Qui accipit.ff. eod.tit. Quod Grāmaticorum priuilegium meritò inductum est: nam maximum onus eorum est, qui in prima illa ætate pueroru͂m formant animos, ac eis nō tantùm præceptores, sed patres se exhibent, maximeq; interest reipublicę quales ab initio iuuenum mores componantur atq; instituantur. Ex moribus enim & disciplina primorum præceptorum ple-

runcꝫ bonos iuuenum virorumq; omnium euentus proce- D
dere existimandum est. Inhærent enim vitiorum & virtu-
tum semina nō aliter ac recenti testę odor, quo primùm im-
buta est. Ferunt Alexandrum Macedonem vitia quædam
prosecuta fuisse iam Regē, quibus à Leonide fuerat ab ini-
tio imbutus. Maximè igitur conducere reipublicę existima
runt prudentes isti legumlatores, vt Grammatici homines
omnibus alijs curis vacui possent iniuncto illis muneri va-
care. Idem de Rhetoribus statutum est, quorum opera quā
vtilis sit reipublicę, docet Fabius lib. ij. Quātum enim rei-
publicę possit prodesse orator, Appius Cæcus ac M. Cice-
ro etiam docuerunt. Hac vna virtute ciuitates constitutæ
sunt, ac leges latæ, honores benè de republica meritis de- E
creti, milites à metu reuocati, atq; ita sæpenumero incensi,
vt facilè reipublicę commodum vitæ prętulerint. Præterea
defendere amicos & necessarios, regere consilijs senatum,
dictis regere animos, ac mulcere pectora (vt Virgilius in-
quit) q̄ publicè vtile sit, & q̄ bono viro conueniat, omni-
bus facilè palàm est. His igitur rationibus moti (vt puto)
optimi illi legumlatores excusationem Rhetoribus à tute-
la & cura cōcesserunt. De Medicis nō est quid quæramus,
quum vtilitas ac commodum ipsorum tam in aperto sit, vt
optimos quosq; ciues plerūq; respublica medicis acceptos
ferre debeat. Quòd si, vt ille cecinit, Non minor est virtus
quàm quærere parta tueri, si legumlatores tot immunitati- F
bus ac priuilegijs prosecuti sunt maritos & dotes, eo quòd
liberis hominibus ciuitatem repleant. l. i. ff. solu. matri. cur
pari priuilegio medicos non prosequamur, qui iam vtiles
reipublicę ciues conseruant, atq; iterum quasi generant, dū
sua virtute in vitam eos reuocāt atq; restituunt? Ego (qua-
liscunq; sim) id me expertum bona fide fatebor, vt quicq̄d
vnquam ex me commodi mortalibus proueniet, (cùm à
diuino beneficio discesseris) acceptum ferendum sit clarissi
mo viro SONCINO BENTIO Ferrariensi medico, cuius
virtute ac diligentia, non sanatus modo, sed in vitam pror-
sus restitutus fuerim quadriēnio ab hinc proximo. Vos igi-

A tur optimi adolescẽtes, qui his nostris laboribus vos ipsos meliores facitis, date hoc tantum laboris mei præmium, vt lectissimo viro bona optetis, ac animo saltẽ mecum illi gratiam habeatis. Hoc enim exoluto, omni vos prorsus obligatione libero.

Et intra numerum sunt.

Erat enim certus numerus constitutus eorũ, qui & docerent, & mederent, quiq; ob id pluribus fruerentur immunitatibus ex epistola diui Antonini. Eius hoc caput extat relatum à Modestino in.l. Si duas.ff.eod.tit. Minores ciuitates quinq; Medicos, Sophistas tres, Grammaticos totidẽ immunes habere possunt: maiores septem Medicos, quaternos duabus illis disciplinis præpositos: maximę verò Medicos decem, Rhetores quinq;, Grammaticos totidem. supra hunc numerum ne maximę quidem ciuitates immunitatem præstare possunt, & maximo numero vti metropoles prouinciarum, altero eas quæ forum causarum habent, tertio reliquas. quem numerum neq; curiæ decreto excedere licet, neq; qua alia captione quæsita: minorem tamen cõstituere licet, quoniã id si fiat, ciuilia munera iuuãtur. atqui non aliter hi ea immunitate fruuntur, nisi decreto curiæ numero constituto ascribantur, & operam quisq; suam nauet non malè. Ita legendus & restituendus est locus ille ex Florẽtinis Pandectis. Vides modo, quid sit intra numerũ esse.

§. QVI AVTEM VVLT SE EXCVSARE, si plures habeat excusationes, & de quibusdam non pbauerit, alijs vti intra tpa constituta non prohibet.

Intra tempora constituta.

Duplex tẽpus statutum reperitur in excusationibus obtinendis, primum quinquaginta dierum, si intra cẽtesimum lapidem sit tutor: vel si vlterius, temporis definiti secũdum dierum dinumerationem, quam proximo.§.refert Iustinia

nus. Et hoc primum tempus statutum est ad proponēdam coràm iudice excusationem, & contestandas illius causas. Secundum tempus est ad prosequendam iam propositam coràm iudice excusationem, quatuor. s. mensium cōtinuorum, prout vtrunq; probatur in. l. Quinquaginta. ff. eod. ti. Si igitur infra primum tempus iudicem adij, ac petij me à delata tutela excusari, quòd (puta) à patre pupillorum status controuersiam passus fuerim, & datis dilationibus non probauerim: si supersunt adhuc aliqui dies ex illis quinquaginta, vel alijs primi illius temporis dati ad cōtestandas excusationum causas, aliam coràm eo deducere possum, puta, quòd ius filiorum habeam, & si ab initio nō deduxerim ac proposuerim. Ita enim intelligenda est. l. Scire oportet. & in. §. Scire autem. ff. eod. tit. Quòd si lapsum esset primum illud tempus, id efficere minimè valerem: quòd si adij initio iudicem excusationem petens, ac plures causas excusationum deduxi coràm eo, vnam tamen sum tantùm prosecutus: si vel eam non probaui, vel aliter succubui, possum aliam iam vsq; ab initio infra primum tempus deductam prosequi: dummodo supersit aliquod adhuc spatium ex dictis quatuor mensibus. Et hoc est, quod intra tempora constituta dixit hìc Iustinianus.

» §. QVI EXCVSARE SE VOLVNT, NON
» appellant: sed intra quinquaginta dies continuos, ex
» quo cognouerint se esse tutores vel curatores datos,
» se excusare debent, cuiuscunq; generis sint, id est, qua-
» litercunq; dati fuerint tutores, si intra centesimum la-
» pidem sunt ab eo loco, vbi tutores dati sunt: si verò
» vltra centesimum lapidem habitant, dinumeratione
» facta viginti milium diurnorū, & amplius triginta
» dierū: qui tñ (vt Scęuola dicebat) sic debent cōputa-
» ri, ne minus sint, q̄ quinquaginta dies. Datus aūt tu-
» tor, ad vniuersum patrimonium datus esse creditur.

Non

A Non appellant.

Sed cur, cùm tutela munus sit publicũ, & à cæteris muneribus publicis appellari soleat? l. 1. §. Alia causa. ff. quando appell. sit. Bar. existimauit id propterea esse, quòd munus reipub. non sit. in. l. i. §. Siquis tutor. s. allegata. Sunt qui putent ob id non appellari, quòd iurisdictionis nõ sit. l. Muto. §. Tutoris. ff. de tutel. ob quam coercendam appellatio inuenta sit. l. i. in princ. ff. de appell. quæ ideo in cæteris muneribus locum habet, quia illa à Præsidibus vel decurionibus iurisdictionem habentibus imponuntur. l. i. §. Solent. ff. quando appell. sit. quæ ratio cessaret in tutore datiuo, & tamen cuiuscunque generis sint non appellant, sed magis se excusant.

B

Cuiuscunque generis sint, idest, qualitercunque dati.

Omnes omnino tutores complectitur etiam legitimos: quare Triboniani expositio hîc inepta videtur, quæ verba suapte natura latissima restringit ad qualitercũque datos, inter quos legitimi nõ comprehenderentur. l. Scire oportet. in princi. ff. eod. tit.

Si intra centesimum lapidem sunt.

C Qui Liuium legerit, is facilè nouisse potuit, singula passuum millia singulis lapidibus distingui, insculptis singulis numeri vniuscuiusque notis. Ea dicendi figura vtuntur iureconsulti. Martianus in. l. Propter litem. ff. eod. tit. Excusare
» (inquit) se potest tutor, ne vltrà centesimum lapidem tute-
» lam gerat. Et in cõstitutione Valentini & Valentis in. l. ij. C. de eroga. mili. anno. libr. xij. Vigesimo non amplius lapide
» milites sibi volumus paleas conuectare. & alibi sæpius.

Vt Scæuola dicebat.

Ex hoc loco emendanda est. l. Scire oportet. §. Aliud. ff.
» eod. tit. in vulgatis enim codicibus ita legitur; Ita enim Cheri-

» dius, & Bolas, & Paulus, & Domitius Vlpianus vertices le D
» gum prudētum scribunt: Siquidem non Cheridius, & Bolas, sed Serbidius Scæuola legendum est ex hoc loco. Vnū tamen annotasse volui, in Pandectis Florētinis non Serbidium Scæuolam haberi, sed Ceruidium: ita enim in aliquot locis legi animaduerti aliâs, dum in libera republica illa municipalibus legibus ferendis, ac reformandis præessem, illorumq; librorum facilè copiam habuissem. Ita enim legitur in.d.§. Aliud.in.l. Si seruus legatus.ff.de fideicom. liber. in.l. Qui plures la.ij.ff. de vulg. & pupil. in fi. Alciatus Seruilium legit, quod ego non improbo.

» §. QVI TVTELAM ALICVIVS GESSIT E
» inuitus curator eiusdem fieri non compellitur: intantum, vt licet pater, qui testamēto tutorem dedit, adiecerit se eundem curatorem dare, tamen inuitum eum curam suscipere non cogendum diui Seuerus & Antoninus rescripserunt. Iidem rescripserunt, maritum vxori suæ curatorem datum, excusare se posse, licet se immisceat. Siquis aūt falsis allegationibus excusationem tutelæ meruerit, non est liberatus onere tutelæ.

Inuitus curator eiusdem fieri non compellitur. F

Existimarunt Doctores nostri id propterea statutum fuisse, quòd amico homini aliqua sit requies tribuēda. Durum tamen videtur, vt qui ab'alterius tutela aut cura non excusaretur, excusetur ab ea, quā iam præ manibus habet, cùm hoc maximè cōducibilius pupillis videatur, si per eum administretur, qui iam ex fide tutelam gessit, & qui iam longo rerum illarum vsu aptius, ac minori cum negocio potuisset administrare ac gerere.

A *De suspectis tutoribus uel curatoribus. Rubrica.*

" SCIENDVM EST SVSPECTI CRIMEN
" ex lege.xij.tabularum descendere. Datum est aũt ius
" remouendi tutores suspectos Romæ Prætori, & in
" prouincijs Præsidibus earũ, & Legato Proconsulis.

Ex lege.xij.tabularum descendere.

B NON potest descendere crimen à lege, at suspecti crimen ex lege.xij.tabularum descẽdere dicitur, idest, ex censura legis.xij.tabularum in forum venire: sicuti dicimus descendere ius ex non scripto .l.Diuturna cõsuetudo.ff.de legib. Verba legis.xij.tabularum hæc erant,
" Súspecti tutores remouentor. Et alibi
" Intercessor rei malè salutaris ciuis esto.
Decreuit igitur lex, quòd hoc crimen esset, ideoq; ex lege xij.tabularum delictum esse cognoscimus. Si enim lex non esset, nec delictum fuisset, seu saltem fuisse non cognouissemus: Sed cùm legis virtus sit vetare ac punire delicta.l.Legis virtus.ff.de legi.meritò dicimus hoc crimẽ ex lege.xij. tabularum descendere, quemadmodum & Paulus apostolus
C elegãter explicat in epistola ad Romanos cap.vij.dum
" inquit: Quid ergo dicemus? lex peccatum est? absit, sed
" peccatum non cognoui nisi per legem, nam & concupiscẽ
" tiam non nouissem, nisi lex dixisset: Non concupisces. Ita enim locus hîc intelligendus est, non vt Accursius & alij prauè intellexerunt.

" §. OSTENDIMVS QVI POSSINT DE
" suspecto cognoscere: nunc videamus qui suspecti fie
" ri possunt. Et quidem omnes tutores possunt fieri su
" specti, siue sint testamentarij, siue non sint, sed alterius

» generis tutores. Quare & si legitimus fuerit tutor, ac- D
» cusari poterit. Quid si patronus sit? Adhuc idem erit
» dicendum: dummodo meminerimus famæ patroni
» parcendum esse, licet vt suspectus remotus fuerit.

Dummodo meminerimus famæ
patroni parcendum esse.

Impuberem, qui sub tutela est, postulare non posse certũ est. §. Impuberes. ĩ. eod. titu. libertus autẽ patroni illius, qui alterius liberti tutor est vel curator, mea sententia postulare illum suspectum prohibetur. l. iij. §. Liberti. ff. eod. ti. nec id consulere tantùm illam legem existimo, sed vetare. Quo- E ties igitur suspectus patronus postulabitur, optimum factũ erit petere potius, quòd ei curator adiũgatur. Quòd si omnino remouendus videatur, temperãda est verbis actio, ne doli fiat mẽtio, ac ob id propterea petetur remoueri, quòd occupatus negligentius, quàm par est, in tutela versetur, ne sententia fama patroni lædatur: id quod accideret, si doli mentio facta fuisset: & hoc est, quod dicit, famę patroni parcendũ esse: quod qualiter fieri possit, iam suprà dictum est, & declarat tex. in. l. Non debet. ff. de dolo. Iudex autẽ parcere potest famæ patroni, quando illum remouet, si vel ob culpam se remouere testetur, vel causam taceat. l. Hę enim. ff. eod. titul. F

» §. CONSEQVENS EST, VT VIDEAMVS
» qui possunt suspectos postulare. Et sciẽdum est, quasi
» publicam esse hanc accusationem, hoc est, omnibus
» patere. Quinimmo & mulieres admittũtur ex rescri-
» pto diuorum Seueri & Antonini, sed eæ solæ, quę pie-
» tatis necessitudine ductæ ad hoc procedunt, vt puta
» mater: nutrix quoq; & auia possunt, potest & soror.
» Sed & si qua alia mulier fuerit, cuius Prætor propen-

sam

A sam pietatem intellexit, non sexus verecundiam egre
» dientis, sed pietate productæ non cõtinere iniuriam
» pupillorum, admittet eam ad accusationem. Impube
» res non possunt tutores suos suspectos postulare: pu-
» beres autem, curatores suos ex cõsilio necessariorum
» suspectos possunt arguere: Et ita diui Seuerus & An-
» toninus rescripserunt.

Quasi publicam esse hanc accusationem.

B Locus hic sumptus est ex tex. in. l. i. §. Consequens. ff. de suspec. tuto. Sed vtrobiq; corruptus est in vulgatis codici-
» bus. Is ita restituẽdus est ex libris Florentinis: Consequens
» est, vt videamus, qui possint suspectos postulare. Et scien-
» dum est, quasi publicam esse hãc actionem. Quinimmo &
» mulieres admittuntur, sed eæ solæ, quæ pietate necessitudi-
» nis ductæ ad hoc procedunt, vt puta mater: nutrix quoq;
» & auia: potest & soror, nam in sorore etiam rescriptum ex-
» tat diui Seueri. Sed & si qua alia mulier fuerit, quam Præ-
» tor propensa pietate intellexerit sexus verecundiam non
» egredientem, sed pietate productam nõ sustinere iniuriam
» pupillorum, admittet eam ad accusationem. Dictam autẽ
C fuisse publicam ego intelligo, quod omnibus detur: adie-
ctam autẽ fuisse dictionem (quasi) quia publica propterea est, quia omnibus patet: sed cùm non descendat ex aliqua lege, vt oportet, vt sit verè publica. l. i. ff. de publi. iudi. meri tò dicta est quasi publica. Hoc tamen intelligo, si verbum (quasi) momentũ aliquod afferre debet, quod forte nega-re non est absonum, cùm Theophilus hic omittat.

Hoc est omnibus patere.

Expungenda esse crederem hæc verba, quòd non sint in. l. i. §. Consequens. ff. eod. tit. vnde hæc verba in hunc lo cum translata sunt, nisi Theophilus ipse quoq; addidisset. Exponenda autem, vt suprà proximè est dictum, sunt ver-

ba illa præcedentia, ſicuti etiam in.l. Argentarius in princi. ff. de eden. dicitur, officium ac miniſterium argentariorum publicam habere cauſam. D

Quæ pietate neceſſitudinis ductæ.

Etſi neceſſitudo naturalem cõiunctionem ſignificat, vt paulopoſt (conſilium neceſſariorum) dicit Iuſtinianus, & in.l. vlti. ff. de iuſti. & iur. in.l. Si filium. C. de libera. cau. hoc tamen loco neceſſitudinem accipere conuenit pro vinculo quodam, ac amoris coniunctione, aut officij: nam qua ratione aliter nutrix admitteretur? Cicero in Verrem: Sic eni à maioribus noſtris accepimus Prætorem Quæſtori ſuo parentis loco eſſe, neq; grauiorẽ cauſam neceſſitudinis poſſe reperiri, ꝙ coniunctionẽ ſortis, ꝙ prouinciæ, ꝙ officij. Eius dictionis vim explicat Au. Gellius lib. xiij. cap. iij. E

Cuius Prætor propenſam pietatem.

Propenſa pietate legẽdum (vt dixi) Significat enim propenſum, quod dicimus valde inclinatum. Vtitur Vlpianus in.l. ij. §. Si ſimul. ff. ad leg. Iuliam de adulter. Perpendere autem eſt diligenter conſyderare: & perpenſum diligenter cõſyderatum: ſexto tamen caſu legendum eſt, vt verba illa (Sed pietate productam) oſtendunt.

Sed pietate productam.

Productam dixit Iuſtinianus pro eo, quod eſt, inductam: in quo ſignificatu accepit Plinius lib. ix. cap. xxxv. cùm inquit: Et quidem nulla ſponſione ad hoc productus. Rarò tamẽ in hac ſignificatione legitur. Eſt enim producere extendere ac protrahere. l. i. §. Merito. ff. Quando actio de pecul. anna. eſt. & dicũtur produci teſtes, quaſi ante tribunal ducti. l. Produci. ff. de teſtib. F

Ex conſilio neceſſariorum.

Cognatorum & affinium hoc loco intelliges, nõ amico-

A rum, aut aliàs officij, aut amoris vinculo cõiunctorum: quã uis alibi aliter intelligatur, vt suprà proximè dictum fuit.

" §. SVSPECTVS AVTEM EST, QVI
" non ex fide tutelam gerit, licet soluendo sit, vt Iulia-
" nus quoque scripsit. Sed et antequam incipiat tutelam ge-
" rere tutor, posse eum quasi suspectum remoueri idem
" Iulianus scripsit, & secundum eum constitutum est.
" Suspectus autem remotus, si quidē ob dolum, famo-
" sus est: si ob culpam, non æque.

B

Qui non ex fide.

Ineptè Accursius supplet. s. bona. Cùm enī (autore Donato) nihil aliud sit fides, quàm cõmendatorum fida obseruantia & executio, illud ex fide fieri dicetur, quod fit, prout obseruare, facere, & exequi decebat & oportebat. Fidei enī verbum bonam fidem semper significat. l. i. ff. de consti. pecu. mala autem, perfidia appellatur: Vtrunque probat. l. i. §. Eum tamen deponere. ff. deposi.

Si quidem ob dolum,

C

Quòd. s. in suos vsus conuerterit pupillorum bona, atque illa sciens volensque dissipauerit, illisque ita sit abusus, vt ius pupilli læsum sit.

Famosus.

Infamis in malam partem, vt famosum iudicium appellauit Vlpianus in. l. i. ff. de postulan. & famosa actio, quæ cõdēnato infamiam irrogat. Vlpianus in. l. Furti. ff. de ijs qui
" notan. infam. Sed si furti (inquit) vel alijs famosis actioni-
" bus quis cõdemnatus prouocauerit, pēdente iudicio nondum inter famosos habet. & in. l. i. de dolo. & Paulus in. l. Sabinus. ff. eod. titul. & frequentius apud iureconsultos ita

accipitur, quamuis Iustinianum aliquando in bonam par- D
tem accepisse constet.

Si ob culpam.

Puta si ex eo quòd negligentius & oscitantius versetur, quàm par est.

» §. SIQVIS AVTEM SVSPECTVS PO-
» stulatur, quoad cognitio finiatur, interdicitur ei ad-
» ministratio, vt Papiniano visum est. Sed si suspecti
» cognitio suscepta fuerit, posteaq; tutor vel curator
» decesserit, extinguitur suspecti cognitio. E

Sed si suspecti cognitio suscepta fuerit.

Qualitercunq; incœptum sit iudicium, etiam antequàm dici soleat acceptũ, iuxta. l. Vbi acceptum. ff. de iudi. extinguit suspecti cognitio: quia morte tutela finita est, qua finita nihil opus est iudicis remotione. l. Post finitam. ff. eod. ti.

» §. SIQVIS TVTOR COPIAM SVI NON
» faciat, vt alimenta pupillo decernantur, cauetur epi-
» stola diuorum Seueri & Antonini, vt in possessio-
» nem bonorum eius pupillus mittatur: & quæ mora F
» deteriora futura sunt, dato curatore distrahi iubetur.
» Ergo vt suspectus remoueri poterit, qui non pręstat
» alimenta. Sed si quis præsens negat propter inopiam
» alimenta posse decerni, si hoc per mendacium dicat,
» remittẽdum eum esse ad Præfectum vrbi puniendũ
» placuit: sicut ille remittit, q data pecunia ministeriũ
» tutelæ acquisierit, vel redemerit. Libertus quoq;, si
» fraudulenter tutelã filiorum, vel nepotũ patroni ges-
» sisse ꝓbet, ad Præfectum vrbi remittitur puniẽdus.

A Qui data pecunia ministerium tutelæ acquisierit, vel redemerit.

Iurisconsultus in.l.iij.§.Tutor qui.ff.de suspect.tuto.remittendum eum censet, qui corruptis Prætorijs ministerijs tutelã redemerit. Et paulò ante ibi: Vt corrupta fide inquisi" tionis tutor constituatur. Quare substiti aliquando perperã fuisse verba iureconsulti translata in hunc locum. Ministeria autem solent appellare iureconsulti ministros magistratus.l. Athletas.in princ.ff.de ijs qui notan.infam. Quoquo modo tamen data pecunia tutelam vel administrationem ipsius redemerit, Prætore vel eius ministris corruptis, siue B in datione ipsa, siue in inquisitione, dum.s. dando ex inquisitione, ante dationẽ exquirere vult cuiusnam fidei, diligentiæ, ac morum sit, omnino remittendus est, vt hîc dicitur.

" §. NOVISSIME AVTEM SCIENDVM " est eos, qui fraudulenter tutelam administrant, etiam " si satis offerant, remouendos esse à tutela: quia satisda" tio tutoris propositũ maleuolum non mutat, sed diu" tius grassandi in re familiari facultatem præstat. Su" spectum eum putamus, qui moribus talis est, vt suspe" ctus sit. Enimuero tutor vel curator quamuis paup. sit, fi C delis tñ & diligens, remouendus nõ est quasi suspectus.

Sed diutius grassandi in re familiari.

Malè hîc Accursius exposuit: siquidẽ hoc in loco grassari est impetu quodam ferri ad nocẽdum pupillo. Est enim verbum grassari medium, & in bonam partem accepit Sal" lust. in Iugur. cùm inquit: Qui vbi ad gloriam virtutis via grassatur. Frequentius tamen in malam partem accipitur, vt inde grassari secũdùm Nonium dicamus, qui suprà modum sęuiunt, vel (vt inquit Festus) impetu quodã gradiendi adoriri: Et ita grassari in tutela dixit iureconsultus in.l.

» Tutor.ff.eod.titu.ibi, Si forte grassatus sit in tutela, & in.l. D
Quia satisdatio. & hic. Eodem ferè modo loquendi vtitur
» Sueto.cùm inquit:Nec minore liuore ac malignitate, quã su
» perbia, sæuitiaq; penè aduersus omne genus hominũ gras
» satus est, hoc est, vt Budæus interpretatũ, improbum ac ma
leficum se exhibuit, & in dies nocentiorem. Hinc grassato
res, viarũ obsessores sunt in.l. Capitalium.§. Grassatores.
ff. de pœnis. quo modo est etiã accipiẽdum in.l. Item apud
Labeonem.§. Item apud Melam.ff. de pręscrip.ver. quãuis
ibi Accursius, & Albericus aliter & malè interpretent̃. Re
fert Au. Gellius libro.xi.cap.ij. M. Catonem in libro illo,
quem Carmẽ de moribus inscripsit, dixisse, Romanos olim
grassatores eos solitos fuisse appellare, qui conuiuijs, aut
poeticæ sese dabant.

Registrum

✱ 1 2 3 4 A B C D E F G H I K
L M N O P Q R S T V X

4 duernio X ternio, cęteri quaterniones.

Venetijs in officina hæredum Lucęantonij
Iuntę Florentini. Mense Ianuario
M. D. XLVIII.





Castigationes erratorum.

Pagina. 16. linea. 14. cui. lege Quibus.
23. lin. 33. Camæ. l. Comœ.
24. lin. 24. dicere. l. discere.
43. lin. 23. feueritate. l. fecuritate.
48. lin. 18. Rex. l. Res.
59. lin. 25. quamuis possim. l. quamuis uix possim.
63. lin. 25. Sed quoties nomen. l. Sed quoties non addimus nomen.
76. lin. 34. magistratuum edicta. subiunge duo hæc uerba tex. Respõsa prudentum.
77. lin. 28. Quod apud Græcos. l. Vt apud Græcos.
89. lin. 18. fenatus. l. fenatum.
110. lin. 24. l. Hæc uerba. §. illæ, lege. l. Hæc uerba ille aut ille.
125. lin. 33. libertini. l. libertinos.
134. lin. 18. cùm qui. l. cùm quis.
136. lin. 21. femel. l. fimul.
138. lin. 22. ex tex. l. est tex.



